**Iohannis Hartmanni praxis chymiatrica ... / edita a Iohanne Michaelis & Georgio Everhardo Hartmanno, authoris filio.**

**Contributors**

Hartmann, Johann, 1568-1631.
Michaelis, Johann, 1606-1667.
Hartmann, Georg Eberhard, active 1633-1659.
Burggrav, Johann Ernst, active 1600-1629.
Poppius, Hamer.
Cornacchini, Marco, -1621.

**Publication/Creation**

Genevae : Sumptibus Petri Chouët, 1635.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/jt397shq

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


Iohannes Har
mannus



A·XXXIII.h
3066/B



24858

— 18

24858

# IOHANNIS HARTMANNI

MEDICINÆ DOCTORIS ET QUONDAM CHYMIATRIÆ IN Academia Marpurgenſi Profeſſoris celeberrimi, Principúmque Haſſiæ Archiatri

# PRAXIS CHYMIATRICA

edita à

*IOHANNE MICHAELIS, Philoſophiæ & Medicinæ Doctore, & Profeſſore ibidem extraordinario: & Georgio Euerhardo Hartmanno Autoris Filio.*

Huic poſtremæ editioni adiecti ſunt, propter affinitatem materiæ, tres Tractatus noui.

*I. De Oleis variis Chymice diſtillatis.*

*II. Baſilica Antimonij Hameri Poppij Thallini.*

*III. Marci Cornachini D.M. Methodus, qua omnes Humani Corporis affectiones ab humoribus copia, vel qualitate peccantibus, Chymicè & Galenicè curantur.*

*GENEVÆ.*

Sumptibus Petri Chouët.

M. DC. XXXV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLVSTRISSIMO AC CEL-
SISSIMO PRINCIPI, AC
DOMINO, DOMINO

# VVILHELMO

Haſſiæ Landgrauio,

COMITI CATINELBO-
CI, DECIÆ, ZYGENHAINÆ ET
Niddæ, &c. Reginæ, Regnique SVECIÆ Generali, Germanicæ libertatis Defenſori acerrimo, Bonorum Studiorum fautori & promotori ſingulari,

*Domino meo Clementiſſimo.*

MAGNVM quidem eſſe ingenue fateor, Illuſtriſſime & Celſiſſime Princeps, Domine clementiſſime, quod T. Celſitudinem

pauculis hiſce adire & Chymia-
trico hoc munuſculo ſalutare
audeam. Sed ſi res æqua rationis
ponderetur lance, propendere
meum inſtitutum liquido appa-
rebit. Cognitum namque eſt &
more peruulgato receptū, quod
cuncti, qui opus aliquod in lu-
cem publicam emittere conten-
dunt, illud Magnati & Mæcena-
ti cuidam ſummo, aut amico
Pyladæo, aut Patrono inſcribere
& conſecrare ſoleant, idq; qua-
tuor principaliter ob cauſas; Vt
nimirum hoc ipſo non modo
ſua nomina, ſed & ipſius patroni
memoriam immortalitati quaſi
deuoueant. Deinde vt patroci-
nium aduerſus liuidos caninoſ-
que dentes, qui ſemper Theoni-

no den-

no dente aliena rodere ſolent, ſua vero cernere, ac nihil, niſi quod ipſi faciunt, rectum putare aſſolent, ſibi comparent & acquirāt. Vt porro illuſtre aliquod operi ipſi præfixum nomen ſit, inſtar hederæ, ſub cuius ſigno, tanquam generoſum vinum reposcatur, collaudetur & vendatur. Vt tandem obſeruantiæ & gratitudinis debitæ pro acceptis beneficiis teſtandæ publicum ſit monumentum, & patroni humanitas & munificentia eluceſcat.

Hæ ipſæ cauſæ & me impulerunt vt T. C. praxin hanc chymiatricam parentis mei piæ memoriæ inſcribere & conſecrare animum inducerem. Nam ſi tā-

ta tamq; varia in parentem meũ piæ memoriæ, inque me collata ingentia beneficia Alexandrina recenſere vellẽ, dedicatoria hæc in volumen concreſceret. Quare vt aliqua ex parte ſaltem, (quandoquidem ex toto impoſſibile eſt ) gratum me erga T.C. exhibeam, praxin hanc Chymiatriciã inſcribo, dico, dedico & conſecro, ſubmiſſe rogitans, vt ſub T. C. patrocinio prodire, permittere & contra aduerſorum Miſochymicorum obtrectationes & calumnias praxin hanc ea, qua pollet authoritate & poteſtate, defendere velit. Valeat T.C. ad Neſtoris annos ad Dei gloriam, Reipublicæ Chriſtianæ, libertatis Germanicæ defenſionem, patriæ

prote-

protectionem, ſub indeſinenti DEI Ter. Opt. Max. tutela, qui ſolus gubernationes felices efficere poteſt, qui ſapientiam, per quam principes regunt, fortitudinem, per quam hoſtibus Eccleſiæ & libertatis germanicæ ſe opponunt, oppugnant, largitur. Caſſellis Anno 1633.

Ill$^{mæ}$ Celſitudinis

*Subiectiſſimus & obſeruantiſſimus cliens*

Georgius Euerhardus Hartmannus Philochymicus.

CVM praxis iſthæc chymiatrica clariſsimi & excellentiſsimi Domini Doctoris Ioãnis Hartmanni à diuerſis & etiam exteris nationibus maxime deſiderata, modo autem impreſſa ad manus meas peruenerit, exemplaria autem in copia propter tumultus bellicos, præſertim in inferiore Germania, Anglia & Gallia haberi non potuerint, conſultum fore putaui, amice Lector, illã ipſam annexo de oleis arte chymica deſtillandis tractatu nouo, in nullius tamẽ præiudiciũ vel fraudẽ ſed potius ad maiorem autoris laudem & Reip. commodum ob materiæ præſtantiam & affinitatem in hanc cõmodiorem formam cõiicere & typis recudere. Quod vt æq; boniq; cõſulas, obnixe rogo.

# PROOEMIVM.

FELICITER in praxi chymiatrica proceſſuro ad 2. reſpiciendum. 1. Vt bene cognoſcat morbum. 2. Vt remedia conuenientia & ſelectiora in promptu habeat. Prius cognoſcitur ex Pathologia; Alterum ex Therapeuſi; quæ tamen præcipuè eſt chymica. In Pathologicis doctiſſimus Fernelius eſt conſulendus: In Therapeuſi quæ imprimis Pharmaciam ſpectat hoc loco præſtant chymica, ſcilicet ſpecifica & quidem εὐπόριστα, in quibus duobus tota ratio medendi chymica conſiſtit. Antequam igitur ad ſingularum partium morbos & ſymptomata perueniamus, non erit inutile præmittere vniuerſalia medicamenta in certas claſſes redacta, ex quibus vniuerſales curationes particularium morborum petendæ. Cum autem in Medica Praxi frequentiſſima intentio ſit

Euacuatio : Medicum eandem per medicamenta cita, tuta & iucunda ritè adminiſtrare callentem principalem Praxeos neruum callere meritò arbitramur. Igitur de morborum principalium cura tractaturi, operæ pretium erit, vniuerſalia illa euacuantia, quæ in ſingulis quaſi morbis offerenda, præmittere.

Cum autem Natura per 4. vias ordinariè morbi mineram expellere ſoleat. 1. per ſuperiora: 2. per inferiora: 3. per veſicam vrinariam, & 4. per ambitum corporis; Medicus naturæ miniſter eam in his meritò imitatur, & propterea 4. euacuantium medicamentorum claſſes conſtituit, ſcilicet Vomitoriorum, Purgantium, diureticorum & Diaphoreticorum, atq; hęc pro diuerſitate ſubiecti & morbi ſcilicet ex vegetabilibus, nunc ex mineralibus depromit.

Quemadmodum autem in ſingulis morbis hæc in vſum veniunt, ita ſæpius ob virium imbecillitatem, aut doloris vehementiam nunc æger confortandus, nunc dolor mitigandus, nunc confortantia & anodyna adhibet, quæ particularibus curis præmittenda.

DIGE-

## DIGESTIVA.

INter Digeſtiua familiaria præter cætera in dogmatica Medicina vſitata interdum etiam ab ipſis ęgrotis requiſita maximè in vſu ſunt: Tartarus Vitriolatus imprimis à Crollio deſcriptus, ex quo eſt digeſtiuum ibid. Iſtud eo modo in vino ſc. diſſolutum, cum paſſulis & cinnamomo coctum, quē docet Crollius, paratum, etiam oſtenſum vnicum eſt, quod debito modo exhibitum, in morbis contumacibus & chronicis digeſtione & mitigatione egentibus, plurimum poteſt.

II. Eſt Cryſtallus Tartari à Quercet. ſæpe laudatus, & hactenus vſu quoque confirmatus, vulgò vocant Cremorem Tartari. Eius vſus quoque valdè conueniens morbis multis, digeſtione opus habentibus: imprimis verò ad calculum renum vel veſicæ, de quo infrà maximè eſt accommodatus. Doſis huius eſt à ℥ß ad ℥j. In melācholia ſummum eſt deoppilatiuum tam alui, quàm Tartari in venis Meſaraicis ſtabulantis. Datur in iuſculo carnium vel vino ſæpius doſin reiterando. *Tartari Cryſtall.*

## VOMITORIA.

Inter Vomitoria primum tenet locum *aq. Benedicta* à Martin. Rulando propriè ita dicta.

II. Eſt *Syrupus ex aqua Benedict.* de quo in notis ad Crollium.

III. *Sal album:* hujus autem vſus rarior; à ℥ß ad ℥j. in aqua menthæ aut hordei diſſoluta vomitum mouet *Vitriolum album* ſi purius deſideras, diſſolue illud in aqua cent. min. ſolutum filtra, coagula, iterum ſolue, filtra & coagula idque tertia vice. Vltimo diſſolue in aq. roſ. ſolutum filtra, & in cineribus calidis per 6. dies digere, fæces fundum *Sal albū.*

petentes ſepara, quod clarum euapora ad ſiccitatem. Doſis ℈ij, cum Conſ.Roſ.vino, hydromel.vel ptiſana addito ad libitum Syr. acetoſ.vel oxymell.

IV. *Gilla Paracelſi*, vt exſtat ap.Croll.

*Vomitorium Plateri.* V. *Vomitorium Plateri ex nucibus viridibus*, Raphano & acet.vini.

♃. *nuc.jugland.circa feſt.Ioh.collectar.*
*rad.raphan.an.part.ij.*
*aceti vini diſtillat.part.iij.*

Conquaſſatis nucibus & raphano fiat digeſtio leni calore per dies 5. vel 6. poſtea diſtilla per Alemb.ex B.Doſ.℥iij.℥ß, fortificatur cum aq.Bened. dimidia doſi, vel etiam 3. aut 4. parte.

*Vomitiu. Conradinum.* VI. *Vomitiuum Conradinum*, de quo ad Croll.

*Ramenta Vnguiũ.* VII. *Ramenta vnguium* in vino vel alio liquore.

NB. In hydrope ſi ſegmenta vnguium digitorum & pedum vmbilico ægri imponantur, miraculoſè dicunt aquam expellere, D.C.H. Baſil.

*Coagulũ Aſari.* VIII. *Coagulum Aſari*, ex aſaro toto, h.e.rad. & fol.cum ſpir.vini extrahitur tinctura, quæ cum Sale purificato eiuſdem coniungitur, & facta in MB.lento igne digeſtione ſp.vini in B. abſtrahitur ad conſiſtentiam vel coagulum.

*Alia præparatio.* CLARIVS: Menſe Majo ♃. rad. aſar. q.ſ. cum foliis, quæ in vmbra diligenter exſiccentur & earum pars quarta conquaſſetur, poſtea & ipſi in phiola affundatur ſp.vini rectificatus, vt 4. dig.emineat: Phiola optimè obturata in loco calido ponatur, vt ſpiritus vini colore è viridi flauo tingatur. Spiritus tinctus decantatur à fæcibus & in vaſe clauſo ſeruatur. Ex partibus reſiduis tribus in cine-

℥ij, ac miſce diligenter in mortario vel ſuper porphyrium, & poſtea puluerem in ſcutella ad lentum ignem exſicca. Hunc puluerẽ miſce cum ſpecieb. enumeratis à Crollio in Electuario Antim.

X V. Non diſſimili virtute præditi ſunt fl. antimonij & vitrum eiuſdem ſi per noctẽ infundantur in vino vel alio liquore conuenienti (v.g. in aq. Cardui bened. ℥iij, Cinam. ℥j) à ℈ß ad ℈j, & mane vinũ clarum decantatũ exhibeatur: ſi v. in promtu vomitiuum habere animus ſit, infundi poſſunt ℥j flor. antimonij vel Croci vel vitri, in ℔iiij vel circiter vini albi, aut aq. Cardui bened. addita pauca aq. Cinam. & in vaſe bene clauſo adſeruari. Liquoris, cum opus, dabis ℥iij vel iiij. Colentur & exhibeantur vel per ſe, vel cum ſyr. acetoſæ vel oxymel. ſimpl. *flor. Antimonij & vitrum.*

X V I. Alij Gummi guttæ gr. aliquot (3) cum gut ij. ol. Cinam. aut aq. ejuſdem in pingui iuſculo exhibent. *Gummi gutt.*

NB.

Si vomitus vt purgatio à datis his medicamentis nimium ſubſequatur, præſentaneum eſt remedium potus lactis cocti cum pane, aut cochleari. Syr. de maſtich. aut Theriaca antiqua ſtatimque cibum aut panem tinctum vino groſſo exhibere. Prodeſt etiam Emplaſtrum de cruſta panis ventriculo imponere, & plantis pedum: Præſentaneum quoque remedium eſt, ſi offeratur pil. j. laudani opiati. Interdum prodeſt, ſi æger ad vomitum non admodum procliuis eſt, naturam iuuare iuſculo exhibito ſine pane, aut aq. hordeacea hydrelæo:

## CATHARTICA VEGETABILIA.

*Puluis Diaſenæ.* I. Puluis Diaſenæ laxatiuus.

℞. *fol.ſen.mund.*
*Crem.Tartari ana* ℥j,
*Sem.aniſi,*
*Caryophyll.*
*Caſſia lignea,*
*Galang.*
*Diagr.an.*ʒj.

puluerisa ſubtiliſſime. Doſis à ʒß ad ʒjß in ſubſtãtia ad ſummum in conuenienti liquore. In infuſione doſ.eſt ad ℥ß.

*Panchymagogon vegetabile.* II. Panchymagoga vegetabilia Crollij, & illud quod à me additum eſt, aut aliud, quod ex vtroque componitur. Doſis à ℈ xvj ad ʒß, videatur in notis Crollianis.

*Extractũ Rhabarbari.* III. Extractũ Rhabarbari, quod nullo alio modo fit, quã per aq. Cichor. vel Endiu. aut Cent. min. cum gutt. aliquot ol. tartari ſine vlla compoſitione alia. Acui tamen illud poteſt neceſſitate requirente cum diagr. it. cum guttæ gum. Elaterio, præparatis, nempe per læuigationem in marmore cum gutt. aliquot ſp. vitrioli & ol. aniſi, fœnic. Cinam. angelic. citri pro ratione morbi & patientis.

*Extractũ Senæ.* IV. Tale quoque eſt extractum ſenæ cum aq. Cinam. eodem modo cum extr. Rhabarb. paratum. Doſis horum à ℈j ad ℈ij.

V. Extractum Mechoacannæ cum aceto factum, & ad piceam ſubſtantiam redactum.

VI. Extr. radic. Eſulæ min. eodem modo paratum. Vide notas ad Crollium.

*Elleb. nigri.* VII. Extr. rad. Elleb. nigri veri cum aq. maior. vel meliſſ. & ol. tartari. Doſ. à ℈ß, ad gr. xvj. vel

etiam

etiam xx. nonnulli extrahunt cum vino bono, vide Crollianas notas.

VIII. His annumerantur rad. Ellebor. præparatæ per phlegma vitrioli quod abſoluitur hoc modo:

℞. Rad. elleb. veri, irrora cum phlegmate vitrioli, quod nempe in rectificatione ſp. vitrioli primo loco prodit, pone in ſcutella vitrea ad lentum calorem cinerum, ſubinde cum ſpatula lignea mouendo. Fœtor nimirum exhalans ex ipſis radicibus earum venenoſitatem ſecum rapit: perge irrorando ampliùs, & detinendo in leni calore, donec nempe fœtor omnis abactus, radices relinquat grati odoris, & ſumme nigricantes. Exſiccentur leniter, quanquam ſubinde quaſi madore perfuſæ maneant. Doſ. à ℈ß ad ℈j. *Radicum ellebori preparatio.*

IX. Extract. Colocynthidos.

X. Scammonium ſimul cum aceto elaboratum, aut Extr. ſcamm. per ſe ſimpliciter cum aceto factum. Doſ. à gr viij. ad xij.

XI. Huc referendus eſt ſpir. vitæ aureus Rulandi, qui nil aliud eſt, quam eſſentia trochiſcor. Alhand. cum ſp. Vini Maluatici i. e. maluatico diſtillato extracta. Doſ. à ʒß ad ʒj.

XII. Specificum purgans Paracelſi. Vide notas ad Crollium.

## ELECTVARIVM DE *foliis ſenæ.*

℞. Cinam. el. ʒvj, fol. ſen. Or. ſ. ſ. ℥v. F. infuſio in vini generoſi ℔iiij. per biduum in loco tepido. Hinc leuiter bulliant & exprimantur. Cum colatura extrahe pulpam paſſularum in aq. coctarum. ℥ix adde pulpæ caſſiæ ℥vj, & ſi fortius deſideras

Elect.lenit.℥ij ol.nuc.moſch.per expreſſ. fact. ʒß.
F. Elect. Doſis ʒvj ad viij vel x per ſe, vel cum ʒß
ad ℈j diatartari.

*PANCHYMAGOGON VEGETABILE.*

℞. Colocynth. inueterat. ab arillis & nucleis purgatæ ʒvj. fol. ſen. orient. ſine ſtipitibus ℥iiij Rhab.℥ß,ſem.Ebuli ℥jß,rad.Elleb.nigr.præparat. agar.throchiſc.an.℥j,Cinam.Caryoph.an.ʒij.Cōtuſa infundatur in ſp. V. non rectificato ad eminent.3.digit.matracio optime clauſo per 16.dies in loco calido digere,vt ſp.V.tingatur,tinctum effunde, aliumque affunde toties, donec non amplius tingatur. Hinc ℞.Elaterij ℥ij,aloes ſuccotr.℥j, infunde in ſp.V. bono additis aliquot guttis ſp. vitrioli aut ol. Sulphuris per Camp. per dies in loco calido, matracio exacte clauſo. Hinc materia per filtrum traiiciatur, digitis exprimatur & inſpiſſetur calore lento, atque cum extracto ſuperius facto coniungatur. ℞. Etiam ſcammon.optim.q.v. in marmore tenuiſſime tere, & imbibe ſp.vitrioli addendo gutt.aliquot ol. aniſi (e.g.ad. ℥j ſcamm. additur ſp. vitrioli vel olei ſulphuris ℈ß, ol. aniſ. gut.6.) diligenter ſubige ad maſſam inſtar picis viſcidam. Hæc tinctura optime corrigit ſcammonium. Nam cum exſuperante calefaciendi poteſtate polleat, quæ à Mercurio & Sale volatili dependet, hac via mordicans Sal per mortificationem ab actione contraria ſp. vitrioli & ol. aniſi profecta, retunditur, & ad beneficam operationem redigitur. Maſſam dictam cum aq.roſ.aut Maioran. extractam ad ſiccitatem euapora. ℞. Nunc Extractum ſuperius pulueriſatum, & adde Extr.ſcam.ʒvj,ol.nuc.moſc.per expr.ʒij,M.in mortario

tario & ad vſus ſerua. Doſis à ℈ xiij ad ℈j vel ʒß in forma pilul. in prunis aut paſſulis vel pomo coᶜto. Poteſt etiam Extr. ſcammonij ſolum propinari à ℈ xij ad xx. cum ſyr. Roſ. ſolut. in pilul. redactum. Purgat etiam leniter & ſine moleſtia. Idem etiam Extr. poteſt vicem ſupplere Colocynth. ad incorporandum Mercurium quouis modo præparatum.

## *EXTRACTVM SEV RESINA Scammonij.*

℞. ſcamm. opt. ℥j in mortario, reduc. in puluerem piſtillo oleo amygd. d. illito, in matracium pone ſuperfundendo aquam Endiu. vel Roſar. ad emin. 3. dig. in loco calido per 3. dies vas optime clauſum reponatur. Aquam colore obſcuro tinctã decanta à fæcibus, filtra & in calore blandiſſimo aut MB. menſtruum aufer, vt remaneat Extract. Scamm. in forma pulueris. Huius ℈ iiij. v. vj. cum ℈j tartari vitriolati exhibe, vel quod melius:

Tartarus vitriolatus tincturâ ſcammonij impregnatus. ℞. poſtquam tincturam ſcammonij filtraueris, eam cum ʒij tartari vitriolati coniunge, coniunctam in B. loca, menſtruumque inde ad ſiccitatem euoca: *Tartarus vitriolatus Scammoniatus.*

Purgat per inferiora, & omnes obſtructiones tollit, ſi miſceatur cum Cathartico v. g. panchymagogo vel offeratur in ſyr. roſar. ſol. vel violarum vel melle roſar. ſolut. Vt: ℞. tartari vitriolati ℈j mell. roſ. ſolut. ℥j. vini Enulati ℥ij. M.

In hydrope ad craſſos & ſeroſos humores expurgãdos: in febribus Melancholicis & phlegmaticis commode datur cum oxymelle elleborato, & aq. vel decocto bugloſſæ. In Quartana præmiſſis vniuerſalibus vtiles ſunt pilulæ ſubſequentes:

ad ʒj tribus horis ante paſtum cum iuſculo vel E-lect. de ſenna ʒij aut cum ſyr. de Canella vel alio quocunque appropriato Electuario liquido aut ſyr. Patiens eo ſumto parum deambulando ſe exerceat.

## *ANISVM LAXATIVVM.*

*Aniſum Laxatiuum.*

Aniſum laxatiuum fit, quando Confect. aniſi ad ℥ ſingulas ℈ij ſcamm. pulueriſati (& ſi lubet mercurij vitæ aut dulcis ad libitum) adduntur. Item non videtur incongruum, ſi cum infuſ. flor. antim. aut croci Metall. aut vitri antim. diſſoluatur ſaccharum, quo ad confectionem vtimur, ſed hoc modo Cathartica erunt) cum ſacch. roſ. vt docet Croll. inter conficiendum aſpergantur. Aut ſi vis præparetur ſcammonium h.m. Inter pulueriſandum inſpergantur gut. aliquot ſp. vitrioli, exacte trituretur, exſiccetur ſcamm. iterumque pulueriſetur. Doſis aniſi à ʒj infantibus & aliis.

## *PASSVLAE LAXATIVAE.*

Paſſulæ laxatiuæ fiunt, ſi in decocto quocunque purgante paſſulæ macerentur: maceratæ pro quantitate decocti imbibiti adſumuntur. Eas ſi fortiores deſideras, adde infuſ. flor. antim. vel vitri antim. aut quod melius, Croci Metall ad libitum.

## CATHARTICA
### Mineralia.

I. Mercur. Dulc. ſeu Panchymagog. Quercet. fortificatus cum Mercur. vitæ, ita vt g̃xvj. iſtius capiant g̃ij Mercur. vitæ.

NB. Hæc mixtura diligenter marmore per aliquot horas eſt læuiganda, ſic enim vis vomitiua Mercur. vitæ torpet, & ille cum Mercur. dulc. tantum per inferiora purgat blãde.

II. Pilulæ ex flor. antim. correctis tantum per inferiora purgantes.

III. Puluis Emeticus ſeu Mercur.vitæ vel flores butyri antim. qui etiam inter vomitiua locum habent, quantum & vomitionibus & purgationibus indulgendum. Tales ſunt fl.antimonij correcti, ſeu in oleum butyraceũ conuerſi, & in aq.communi præcipitati. Vis enim vomendi adimitur, ſi aliquãdiu cum Sale cõmuni leuigentur in marmore, & poſteaquã Sal per edulcorationem cum aq. cõmuni fuerit ablatũ, puluis reſiduus in conſueta priori doſi exhibitus tantum aluum mouet.

IV. Sol vitæ vel præcipit. à Rhenan.pag.34.& 35. Sole puteo emergente deſcriptus.

V. Mercur. Crollij.

VI. Arcanum Corallinum Paracelſi in Baſil. Crollij elaboratum.

VII. Oleum antim.dulce.antim. calcinetur ad ſummã albedinẽ, dein acetũ (alij ſp.vini ſumunt) in Baln.eſſentia ſalina extrahitur, abſtrahitur acetũ & aq.pluuiali de nouo eadẽ eſſentia extrahitur, traiicitur per chartam bibulam aliquoties. Hunc laborem repetendo fit Sal nitidiſſimum, quod in cella frigida liqueſcit, & ſoluitur in ol. rubicundũ, quod inſtar ſacchari dulce. Huius gut.vij per aluum clementer purgant.

℞. Antim.fuſum cum Marte, & poſtea calcina cum ſulphure, poſtea per ſe, vt pro vitro, & habes ol. antim.dulce adſtrictiuum.

*Succinũ.* VIII. *Succinum* Antim.Mercur. vitæ vulgaris in retorta partes volatiles igne lento euocari, & in oleo deſtillari poſſunt, reliquum ſi in Crucibulo fundatur, conſit inde vitrum colore ſuccini fere.

Doſ.

Doſ. gr. ij vel iij per ſe vel infuſo.

IX. *Vitrum purgans.* Vitrum antim. in veram Chiliſtem laxatiuam abit modo ſequenti: ℞. Vitr. antim. pulueriſati ℥j inſtilla ſp. vitrioli opt. rectiſ. ℥j. M. diligenter in mortario & in catino ad ignẽ lentum exſicca, & denuo eandem quantitatẽ ſp. vitrioli affunde, atq; iterũ exſicca, idque ſepties repete, ſemper prouidendo, vt puluis bene exſiccetur. Interim ℞. maſtich. ℥j, affunde illi ſp. V. ℔j. digere per 4. hor. Hinc ſp. Vini decanta, atque in eo vitrum antim. præparatũ per 3. dies macera. Hinc flores ſeu Vitrũ cum ſp. V. in Crucibulũ inde, & ſp. V. accende, vt totus flagret, quod vt eo rectius fiat, cũ flammã non amplius concipit materia, in igne rotæ colloca crubiculũ, vt totus ſp. V. exhalet. Puluis reſiduus lento igne cinerum per 12. hor. in ſcutella vitrea exſiccetur. Doſ. à g̃iiij. *Vitrum antimon. purgans.*

Dicta hæc Medicamenta vt cum maiori voluptate aſſumantur, miſceri poterunt cum conſeru. Roſar. aut quacunque alia, aut Conſ. ſacch. roſat. ad iuſtam conſiſtentiam. Cum adhuc calet, ex catino eximatur, & ſuper tabulam mundam extendatur, & cum cultro deſignata magnitudine tabularum, in ſingulas tabulas inde iiij. gr. vitri. aut fl. antim. pulueriſat. ſic apte formentur tabulæ, quas exſicca. Vel ℞. Sacch. roſat. cum pauca aq. roſ. in mortario contunde, vt fiat maſſa. Huius ℞. quantumlibet, eique admiſce doſin antim. præparati, & cum inſtrumento apto manu tabellam forma, & ſic procede, donec habeatur quantitas. Vel ſubigatur farina cum aq. roſat. & Cinamom. addito, vt fiat maſſa. Ex hac dum placentulas in formam oblatæ formas, in

inſtrumento proprio coque ſingulíſque inſperge doſin Vitri antim.præparati. Vel pyra moſchatella conficimus,& in ſingulis fiat foramen,cui indatur doſis dicti purgantis, iterum proprio operculo exactè claudantur, & conficiatur Confectura humida ſicca. Idem in aliis fructibus conficiendis fieri poteſt.

*Mercurius laxatiuus.*

X. *Mercurius laxatiuus.* ℞. Mercur.viui q.v. ſuperfunde ol Sulphur. per camp.facti, aut ol.vitrioli, vt digitum tranſuerſum ſupereminea t, hinc in arena calida tamdiu pone, donec materia calida in vaſe coaguletur,quod fiet intra 3.hor.matracium ſaltem papyro tegatur,quo ſpiritibus volatilibus exitus pateat. Hinc fracto matracio materiam aufer, & ſi quid fortè Mercur. viui adhuc in fundo reſtat,illum ſepara, materiam pulueriſatam in Crucibulo inde, & igne patenti per horam digere, vt totus rubeat in igne. Hinc ab igne remoto Crucibulo materiam in aq. calidam iniice, & conuertetur in puluerem flauiſſimum, qui abiecta aq.alia adhuc affuſa lauetur, & poſtea exſiccetur. Hinc in matracium indatur, & cum ſp. V.digeratur per 15.dies. Hinc ſp.V.decantetur,& ſuper candens ferrum Mercur.ponatur,vt optime exſiccetur. Doſis ℈vj ad x.

NB. Mercur.dulcis ſublimatus ad ℈xvj.exhibitus, in corpore valde cacochymo plus purgat, quam in alio non ita cacochymo gr. xxx.

*Panacea Mercurij alba.*

XI. *Panacæa Mercur.alba vulgaris.* Mercur.in Aq.fort. diſſoluitur, in ſolutionem aqua ſalſa infunditur, vt Mercur.ad fundum præcipitetur, qui ab omni ſalſedine per reiteratas ablutiones liberatus

ratus exhibetur cum Terebinth. à gr. v ad x vel xvj.

XII. *Flores antimonij correcti.* Fiant primo flores antimonij albi ſeq. modo: ſumatur olla aut cucurbita fictilis ampla, iuxta fundum perforata, cui in furnum locatæ applicentur perforatæ alię 4. vel 5. inuicem ſe excipientes, in ſummitate apponatur Alembicus roſtratus, accendatur ignis lentus, donec per gradus vas inferius candeſcat. Hinc de antimonio pulueriſato per foramen in infima olla relictum iniiciatur ad ℥ß, quo iniecto ſtatim eleuantur flores in ſuperpoſitas ollas, foramen ſubinde exacte claudatur operculo apto: Relinquantur per hor. continuando ignem, vt olla inferior candeat, hora elapſa aliam ℥ß antimon. pulueriſati iniice, iterumque per hor. relinque. Hic labor, quoties viſum fuerit, repetatur. In principio ſemper aliquid phlegmatis per Alembicum diſtillare ſolet, quod cum ſtillarit, roſtrum claudatur charta, & ſublimatio, vt dictum, continuetur. Floribus h. m. præparatis deſtillatur ex melle aqua, lento cinerum calore aut Balnei, quæ primo exit, inſipida (quę enim hanc ſequitur, inſtar aceti acris eſt) cum æq. portione ſp. V. rectificati miſce, & in phiolam ſuper flores affunde, ad emin. 4. dig. Circulentur h. m. flores in ſole, vel alio loco calido per menſem, poſtea menſtruo abiecto flores exſicca leni calore & ſerua. Videbis violentiam florum antimonij, quæ à cruditate erat per coctionem & nobilis menſtrui prę́ſentiam concoctam & ſublatam eſſe, ac tantum ſedes mouere ſiue omni vomitu. Doſ. à gr. v ad vj vel vij.

*Flores Antimonij Correcti.*

XIII. Mercur. cum ſole. ♃. Solis fini part. j.

*Mercur. c. Solis præparatio.*

Mercur. viui part. vj. fiat ſecundum artẽ amalgama, Mercur. ab amalgamate ſuper ignem lentum carbonum euolare ſine in tigillo, remanebit Calx Solis in fundo. Calcem iterum cum aliis part.vj. Mercur.ſ.a.amalgama optime agitando,vt calx omnis in Mercur.diſſoluatur,& vnũ corpus homogeneũ appareat. Amalgama hoc inde retortæ paruæ lutatę & ſuperfunde Aq.fort.ad eminent,3.dig. retortã in cineribus loca per diẽ ad digerendum igne mediocri. Die ſeq.igne fortiori collige Aq. fort.in recipiens retortæ appoſitum,& ignem ſub finẽ auge,vt fundus rotortæ incandeſcat,& omnes ſp.Aq.fort.corroſiui deſtillent. Vaſis refrigeratis materiã exime,tere,iterumque retortæ inde,& ſuperfunde Aq.fort.ante abſtractam, iterumq; igne forti aren.diſtilla, vt prius, vt retorta in fundo incandeſcat. Vaſis refrigeratis materiam in retorta contentã rubicundiſſimã exime, abiiciendo illud, quod forte ad latera retortæ ſublimatum eſt.Hinc ℞. laminam ferream quadratam,quam in igne,vt incandeſcat,tene. Cũ optime candet,inſperge puluerẽ Mercurialem, vt optime exſiccetur, & quod volatile reſtat, euaporet; cum ferrum frigere incipit, materiam aufer, & in vaſe clauſo ad vſum adſerua. Lente ſine omni etiam vomitu, niſi ſcil.ſuperioris ventris regio ſiue ventriculus quibuſlibet impuritatum mineris refertus ſit, per ſeceſſum purgat.Doſ.à g̃ iij ad viij. cum paucul.Terebinth. aut Extr. colocynth. aut in horũ defectu cum pil. Coch.min.aut aliis. Summum arcanum in hydrope,lue gallica, & omnibus cutaneis affectibus, & defluxionibus, & vbi corpus ſcatet pituitoſis humiditatibus.

NB. In

NB. In exhibitione Mercur. quomodocunque parati notandum, 1. conuenientiſſimam omnium exhibendi formam eſſe pilulas, ne ſcil. Mercur. mora nimia in palato noxam adferat, mouendo ptyaliſmum, & tonſillarum tumorem inferendo, attractis ad palatum vndique humoribus tenuioribus propria quadam naturæ familiaritate. *Cautela in exhibitione Mercurialium.*

2. Incorporando Mercur. ſemper conſultum eſt addere gut. 1. & alteram ol. Sulphur. quia hoc ipſius malignitatem compeſcit, volatilitatemque, quia ſurſum tendit, figit, & ſymptomata; quæ infert, corrigit.

3. Vt ad ſummum poſt ſumptum Mercur. (hor. 2. poſt) detur iuſculum, & cibus dimidia hora poſt, ne diutius in ventriculo hæreat.

4. Ne exhibeatur frequentius bilioſis, quia educendo ſeroſam humiditatem frenum bilis nocumento illis eſſe poterit.

5. Vt exhibeatur cum Terebinth. aut Extr. Colocynth. ſeq. ℞. Colocynth. non recentis ſed ab annis aliquot reſeruatæ ſine interioribus arillis & nucleolis ℔ß, ſcam. pur. ℥iiij, inciſa extrahantur cum ſp. V. antea vſurpato, ſeu non rectificato; reiectis fæcibus menſtruum tinctum cucurbitæ indatur & per MB. ſp. V. vſque ad mellis ſeu pilularum conſiſtentiam reuocetur.

## DIAPHORETICA.

1. Bezoardicum minerale ſimplex. Doſ. g̃vj ad xij vel plura, in vehiculo conuenienti, vino aq. Card. bened. Cinam. aut Theriac. vide notas ad Crollium. *Bezoard. ſimplex.*

*Bezoard. Solare.* II. Bezoardicum minerale ſolare doſ eadem.

*Bezoard. Lunare.* III. Bezoardicum lunare, quod fit hoc modo: Luna in Aq. fort. ſoluitur, digeritur tamdiu, donec ſolutio fiat viridiuſcula, abſtrahe (per alembicum ad mellaginem) Aq. fort. & ex Luna cum ſp. V. tincturam extrahe viridem, hanc extractam repete, donec non amplius tingatur. Viciſſim ſp. V. ablato remanentem tincturam proportione ſuboctupla ad butyrum (butyro antimon. in ſp. vitrioli ſoluto iunge, & l. a. diſtillando ad ſiccitatem bis terve fixa, eodem modo quo Bezoardicum commune figitur) Bezoardicum minerale ſimplex. Doſ. eadem.

*Antimoniū diaphoreticum.* IV. Antimonium Diaphoreticum ſeu fl. antimonij albi fixi. Doſis à ℈ß ad ℈j, nonnunquam etiam vltra cum conſeru. Roſar. vel aq. conuenienti cum particula Theriac. vet. vitioſos humores per ſudorem pellit optime.

*Panacæa ſeu ſulphur antimonij fixum.* V. *Panacæa ſeu ſulphur antimonij fixum* fit hoc modo: Ex Cinnabari antimonij poſt deſtillatum butyrum antimon. in collo retortæ collecto, primum eliciatur ſulphur rubrum h. m. Fiat lixiuium fortiſſimum ex cineribus clauellatis vel calce viua, vt moris eſt, cum quo exacte purificato perque filtrum traiecto cinnabaris antimon. puluerisata ebulliat per 3. vel 4. hor. in cacabo ferreo. Lixiuiū redditur rubicundum (propter ſulphur) argentum vero viuum in fundo fluit currens. Tinctum lixiuium per inclinationem ſeparatum & adhuc calidum per chartam bibulam colatur & reponitur per hor. aliquot, atque ita ſulphur antimonij fundum petet in forma pulueris rubri, quod à lixiuio ſeparatum deinceps edulcorandum eſt aq. communi,

muni, poſtea lento calore exſiccandum. Huius ſulphur: & Reguli antimon. ♃.an.v.g̃.ʒj ol.Sulphur.per Camp.facti vel ol.vitrioli ℥iij, digere per aliquot noctes & dies in retorta vitrea in loco calido, deinde deſtilla ex aren. ter (ad minimum,& quinquies) cohobando, vrge poſtrema vice ignem quarti gradus per 12.hor.& erit totum fixum in igne manens, quod exime & cum aqua roſ.laua. Huius ♃.ʒj. Salis ſeu mag.Corall.ʒij.M.exacte & F.puluis. Panacææ ſeu Sulphuris Antimon. doſ.à g̃ x ad xv. Eſt egregium ſudoriferum, præſertim in morbis malignis & epidemiis in aq. appropriatis ſudoriferis. Datur in conſeru. aliqua vel mithrid. vel cum decocto raſuræ CC.

VI. Aq.Theriacalis Croll.in ſpecif.peſtilentiali Doſis à cochl.ß ad j.

VII. Diaphoreticum in peracutis Paracelſi, ſeu Mixtura ſimplex, doſ.ʒj.

VIII. Spir.tartari Alcoholiſatus, de quo in Croll.doſ.ʒj.ʒij.

IX. Lapis Bezoar.doſ.g̃vj.vij, ſi quotidie, vt in morbis diuturnis (cordis palpitatione) eo vtendum g̃ij.iij. in aqnis conuenientibus.

X. Cinnabaris antim. cum ana Mag.Corall.& perlar.permixta.doſ.à g̃viij.ad xij. Si æquale pondus ad hanc mixturam addatur Magiſt. Cranij humani, fit egregium diaphoreticum in Epilepſia. Doſ.poſterioris ſunt g̃xvj vel xx.

XI. Arcanum Cardui bened. Doſ.g̃v.vj.viij. It.Sal.Cardui benedicti in ſp.Salis nitri ſolutus & iterum in Cryſtallos redactus, doſ.℈j valde commendatur in quartana.

XII. Aurum potabile Angelicon: Doſ.gut.1. ſolut.in Maluat.ʒj.

*Laconicũ Hartmanni.* XIII. *Laconicum D.Hart. tale eſt:* Fiat cupa ex aſſeribus alta pedes quinque, lata duos, longa 4. vel 5. quadrata. In ſuperiori tegumento fiat foramen, per quod caput exſeri poſſit, (aſſerculis hinc inde mobilibus) in fundo fiat craticula lignea, in medio ſedile cũ ſcabello pertingente ad craticulam ad ſubleuandos pedes. Antica parte fiat oſtiolum cum feneſtra vitrea quæ poterit aperiri & claudi. In partibus extremis fiant manubria ex ferro, quibus moueri & portari poterit. ſub craticula ad omnia 4. latera fiant feneſtræ mobiles (*Schubfenſter*) ligneę, per quas in ſcutellis ferreis acetũ poſſit (ſtanneæ enim aceto abſumuntur) vel vinum ardens ſubiici, cuius ardentis vel inflammati vapor per cupam totum corpus patientis in ea depoſitũ, excepto capite tantum, ferire poſſit (interdum decoctum herbæ vel etiam aromat. pro neceſſitate nẽpe ipſius morbi adhuc feruens in fiſtula lignea ſimul imponendum, cuius vapores à ſp. Vin. ardente melius ad ſudandum exſtimulari poſſint, ſimul in cupam reponitur, opus id tamdiu inſtituitur, quamdiu opus eſt & ratio dictitat.

*Flores antimonij.* XIV. Flores antim. ℞. Antim. Calcinat. ℔ß. Salis tartari ℥j. ſublimentur, vt flores antim. ſemel cum Sale tartari ſecundo & tertio eleuentur, tandem abluuntur, in aq. ſimplici. 2. roſarum. Sic habebis flores diaphoreticos.

XV. ℞. *C C. præparat.* ℈jß.
*Magiſt. perlar.* ℈j.
*lap. Bezoar.* gr. v.
M.F. puluis, ſumatur cũm aq. Card. bened. ℥j.

*AquaTophorum CC.* XVI. Vtiliſſimum etiam ad omnes morbos malignos ſudoriferum elicitur è tophis ſeu Cornibus recentibus ceruorum ſanguine adhuc rigidis

gidis (*Hirſchkolben VVaſſer*) ſi in tenuiſſima fruſtula conciſa in retorta per MB. aut Roris diſtillẽtur, vel per ſe, vel pauco vino generoſo, donec liquor omnis egrediatur. Doſ. coch. ß. vel per ſe, vel cum opiata aliqua aut conſerua flor. Citr. aurant. vel in liquore conuenienti in omnibus febribus ardentibus, malignis & Epidemiis.

XVII. Aqua Theriacalis.

*℞. rad. ariſtol. vtriuſque,*
*angelic.*
*Serpentariæ, Cyperi, tormentillæ, ſcorzoneræ, enulæ, pentaphylli, Valerianæ, diptamni alb. ana ℥ß.*
*Zedoariæ, pimpinellæ olſnicij an. ℥iij.*
*bacc. lauri rec. ʒiij,*
*juniperi ʒvj,*
*Sem. Citri ʒjß,*
*Card. bened.*
*Siler. mont. an. ʒj*
*galang.*
*Xyloaloes,*
*Santal. Citrin.*
*an. ℈iiij,*
*Cort. aurant.*
*Citri an. ℥j,*
*flor. Citri ʒvj,*
*fol. ſcord. Mj,*
*fol. Morſ. diabol. Veronic. Cardui bened.*
*ſcabioſ. ana. Mß,*
*flor. borrag.*
*bugloſſ.*
*hyperic.*
*an. Mß.*
*ſucci acetoſæ ℔jß*

*Salui.ſcabioſ.borrag.an* ℔ß
*Vini opt.* ℔iiij
*Camphor.*ʒiß.*Mithrid.opt.* ℥jß
*Ther. Androm.*ʒij
*Vini granat.*℔j.*ſp.Vini* ℥iiij

inciſa & contuſa infunde ſimul & digere in loco tepido per 8.dies,poſtea diſtilla in MB.

*Acetum Theriacale.*

XVIII. Acetum Theriacale:

℞.*rad.biſtort.*
*gent.*
*pimpinell.*
*angel.*
*tormentill.an.*ʒx
*bacc.lauri,*
*iuniper.an.*℥j
*nuc.moſc.*ʒv.
*raſur.lign.S.*℥ij
*Zedoar.*ʒß
*Santal.alb.*ʒiij
*fol.rut.*
*abſinth.*
*ſcord.an.M*ß
*flor.tunic.*
*bugloſſ.an.M*jß
*Theriac. Androm.*
*Mithridat.an.*ʒvj.

Contuſis contundendis fiat omnium in acet. Vini infuſio per dies 8.poſtea diſtilla per MB.

DIVRETICA.

I. Aq.ex nucleis perſic.& cum Maluat.vel alio vino generoſo maceratorum per dies 5.6. deſtil. per B.vel ciner. eiuſque Cochl.1. exhibitum efficaciſſimum eſt.

II. Silices

II. Silices albiſſimi è flumine collecti igniti in vino generoſo extinguuntur toties; donec planè in pulverem redacti fuerint. Vini per filtrum trajecti hauſtus vnus ſubitò vrinam pellit propter ſal ſilicum. Vrinæ enim ſal reſtagnans in corpore per Salem alium curatur. *Vinum diuretticum.*

III. Oleum ceræ gut. ij. iij. aut iiij. in aq. rad. vrt. maior. vrinam pellit fortiter. Renum regio ſimul intingatur ol. de lateribus, ſcorpion. & Ceræ. Item peritonæum vngatur eodem oleo.

*OLEVM CERÆ.*

℞. Ceræ ℔j Cinerum lotorum ℥iiij, diſtilla in cucurbita humili aut retorta in cineribus igne lento, quod primum exſtillat, butyri inſtar coagulatur, vnde ſæpius orificium alembici aut roſtrum retortæ clauditur, quod adhibito carbone liquandum vt in recipientem deſcendat. Semel atque iterum per retortam addita aq. communi rectificetur poſtea. *Oleum Ceræ.*

IV. Sal ſuccini Volatile Crollij. vide notas in Crollium.

*SAL SVCCINI.*

Fixum Sal ſuccini fit ex capite mortuo poſt deſtillationem olei in fornace figulino calcinato & è calce Salis extract. doſ. à ℈j ad ʒß in conuenienti liquore. *Sal Succini.*

V. Spir. Salis, præſertim marini cum aquis vrinam mouentibus gut. iij ad vj vel x. cum aq. font. aut petroſel. aut halicacab.

VI. Spir. Vitrioli quemadmodum & Vitriolum ipſum doſ. eadem cum aceti partibus duabus.

VII. Aquæ Vitæ Cochl. j.

VIII. Tinctura ſeu Sulphur tartari, huius gut.

4.vel 8. cum vino vel alio liquore exhibitæ vehementer pellunt inferiorum viſcerum morbos per vrinam; & quod mirari licet, alui ſegnitiem vel à medicamentorum vſu vel à natura contractam mirifice reſtituit, ſenibus accommodatiſſimum. Vide notas ad Crollium.

*Iulepus Diureticus.*

IX. Iulepus Diureticus.

*℞. Sal.prunell.à ʒß ad ʒj,*
*aq.onond.*
*petroſel,ab ℥ij ad ℥iiij,*
*Syr.è flor.onond.præparat. vel violac. tantum, vel de ſucco borrag.aut*
*Limonum ℥ij.*

*Oxymel Diureticum.*

X. Oxymel diureticum eſt apud Medicos nonnullos in vſu frequentiſſimum.

*℞. Rad.Valerian.*
*vincetox.*
*Eryng.ana ℥ß,*
*herb.origan.*
*hyſſop.*
*Veron.*
*ſcabioſ.*
*marrub.an.Mj,*
*rad. fœnic.*
*petroſel.an. ʒvj,*
*ſem.aniſi,*
*fœnic.*
*an.ʒij,*
*flor. geniſtæ,*
*ſambuc.an.p.ij.*
*Mel colat.℔y,*
*acet. ſcillit.℔ß,*
*aq. font.℔iiij.*

M.lente

M.lente ebulliant & ſtent in loco calido cooperta,per dies 8. coque & exprime. F.l.a.oxymel.doſ. ab ℥ij ad iiij vel vj.vrgente neceſſitate.

## CONFORTANTIA.

I. Sal Perlar.& Magiſterium.Doſ.à g̃6.10.ad 20. (NB.in notis ad Crollium, ne excedas g̃xv.)

II. Syrupus perlarũ.Pręparat Quercetanus ſyrupum ê corallis, qui confortatiuus quoque cenſetur, ad cuius imitationem fieri poteſt ſyrupus ę margaritis, ſi cum ſucco limonum depurato ad authoris mentem digerantur & ſoluantur perlę,& ex ſolutione fiat ſyrupus, ſicut etiam de ſyrupo Corallorum docet. *Syrupus Perlarũ.*

III. Arcanum Perlatum,doſ.g̃xv.xx. (propter ſpir.Guaiaci, quo præparatur, ſanguinem egregiè purgat in lue venerea.) Vide infra. Cur.venerea.

IV. Sal Corallorum.

V. Magiſt. Corall.

VI. Tinctura Corall.Doſ.à g̃vj ad x vel xv.Vide notas ad Crollium.

VII. Elixir proprietatis Paracelſi à gut.vj.ad xxv.in conuenienti vehiculo.Vide notas ad Crollium.

VIII. Ol.Cinnam.doſ.à g̃iij ad iiij.

IX. Balſama confortantia, de quibus Crollianæ notæ videantur.Balſamus Cinnamomi. ℞. olei Nucis Moſchatę per expreſſionem q.v.Tincturam cum ſpiritu vini extrahe donec oleũ in fundo albidum & quaſi inodorum reſtet; hoc accipe eique adde extracti cinnamomi ʒvj. & in cineribus calidis ſine, vt in vnum corpus abeat, quo facto adiice olei cinnamomi diſtillati ʒij optime *Balſamus Cinnamomi.*

miſce & ſerua. Doſis ℥vj. in aqua meliſſæ vel alia cordiali, conſerua, opiata cordiali. Omnia principalia membra confortat, imprimis ventriculum frigidum cor & cerebrum, vt & in deliquiis animi ſingulare eſt remedium, vbi cor etiam eo inungi poteſt.

X. Aurum potabile Anglicum.

XI. Sol tranſparens, de quo Rhenan. in lib. Sole è puteo emergente.

XII. Aq. Confortatiua.

XIII. Aqua Magnanimitatis, de qua in Medull. deſtillator. lib. 2. Tr. 8.

*Ambra rectificata.* XIV. Ambra rectificata, qua ſæpius vſum fuiſſe Rudolphum Imperatorem aiunt, eius compoſitionem ab Eliſabetha Regina Angliæ accepit, quæ talis eſt.

♃. Ambræ griſeæ puræ & probæ partes viij.
*Moſchi odoratiſſimi part. vnam.*
*Sacchari albiſſimi partem ſemis.*

Omnia pulueriſata cum ſpiritu roſarum ardente terantur optime, diutius ſæpius aliquid de ſpiritu roſarum affundendo, attemperando, & rurſum paulatim reponendo, vt quaſi ſicceſcat, hinc rurſus vt prius teratur & ad vſum ſeruetur. Doſis inſtar piſi minoris in vino vel alio liquore conueniente. Omnium viſcerum confortatiuum maximum & imprimis vim procreandi promouet.

*Spiritus Fuliginis.* XV. *Spir. Fuliginis* cum oleo eiuſdem, qui talis: ♃. Fuliginis ex caminis elegantis & ſplendentis inſtar ſuccini nigri *Spiegelerus* (quo propior fornaci adhæret, eo melior) Eius ♃. qv. (*Spiegelerus*) imple retortam vitream benè loricatam vel etiam terream vſque ad collum, & appoſito recepta-

ceptaculo capaciſſimo diſtilla gradibus ignis aperti ab initio lentis, poſtmodum fortioribus, vt phlegma, omnes ſpiritus albicantes, oleumque ſimul primo flauum, vltimo rubeum tranſeat vna phlegmate per tritorium debile ſeparato: Spiritum cum oleo aliquandiu in digeſtionis igne digere, poſtea affunde medietatem ſp. Vini & diſtilla (ſæpius.) Prodit cum ſp. Vini ſp. fuliginis, & ſimul etiam oleum rectificatiſſimum, odorem habens inſtar Camphoræ. cap. mortuum calcina & exinde extrahe Sal more communi; quem reſerua tanq. præſtantiſſimum curatiuum in cancro exulcerato. Hic Sal extrahitur cum acet. in quem liquorem in loco humido frigido rurſum ſoluitur, eoque poſtea cancroſa vlcera ſemel atque iterum inunguntur, venenoſitas inſtar vaporis viſibiliter extrahitur. Tandem verò oleum ſuprà dictum leni adſpergine ſæpius illitum, cruſtam inſtar cuticulæ ſupra inducit, quæ ſponte ſpacio 5. vel 6. dierum cadens vlcus conſolidatum eſſe indicat.

*Specificū in cancro.*

Doſis ſpir. eſt à ℥vj ad ℈ß. Olei à gut. ij ad iij. Exhibentur in vino vel alio vehiculo conuenienti. Eius guttæ iij agoniſanti in aceto exhibitæ mirabiliter eum refocillando exſuſcitant. Vnde & hanc δοκιμασίαν imminentis mortis animaduertere licet. Si ſudor poſt exhibitum oleum copioſius emanarit, ſignum indubitatum ſanitatis & conualeſcentiæ erit, ſin ſecus, mortis. Quod ſi cum fuligine vulgari noſtrate fuligo laricis vel etiã quercus miſceatur, exindeque more vſitato eliciatur oleum correctum multum id præſtabit in caduco & contractura, ſyncopen & leipothymias arcẽdo

ſoluit, ſpiritúſque animales vehementer excitat & corroborat.

*Eſſentia Margaritarum.*

XV. *Eſſentia Margaritarum.* ℞. ſal. perlar. per acetum facti q.v. affunde ſp. V. rectificatiſſimum ad emin. 3. digit. & vaſe hermeticè clauſo illud ad digerendum in cineres calidos loca ad 8. vel 10. dies. Perlæ eo tempore eſſentiam ſuam ad inſtar olei ſpiſſi ad ſuperficiem ipſius ſp. V. remittunt. Hoc oleum per inclinationem ſepara cum ſp. V. à ſubſidentia, inq; vaſe bene clauſo ſerua. Remanentiæ olei ſp. V. recentem affunde & vt prius digere, ac toties eſſentiam collige, cum priori coniunge, quoties viſum fuerit. Eſſentiam omnem collectam in cucurbitam inde, & lentiſſimo igne ſp. V. euocca, donec, in fundo inſtar olei eſſentia remaneat. Datur à gut. vj. in conſ. opiata, decocto quocunque. Hæc eſſentia vtiliſſime exhiberi poteſt cum ſeq. mixtura:

℞. *ſem. meliſſ.* ℥j.
*lact.* ℥ß.
*aq. fœnic.* ℥x.
*roſar.* ℥iiij.

F. emulſio, cuius ℞. ℥iiij eſſent. Perlar. ℈ij. M. dentur Cochl. iij. vel plura, (cochl. i. mane & veſperi, vel tempore quocunq; neceſſitate vrgente.) Quod ſi cui dicta operatio nimis laborioſa videatur, is è citri malis abiectis corticibus ſuccum exprimat, eumque in MB. vt depuretur, per aliquot dies detineat. Tunc. ℞. perlas contuſas vino albo lotas, in matracio affunde ſucci dicti ad emin. 4. dig. in cineres calidos loca per 8. hor. Videbis perlas ſolui & quaſi in liquorem butyraceũ conuerti. Huic affunde rorem majalem deſtill. vel aq. Meliſſ. vt ſol-

uatur

uatur in ea ſolutio perlarum, aq. effunde, iterumq; affunde ſucci dicti q. ſ. digere, affuſaque aqua quod ſolutum, aufer. Hunc laborem toties repete, donec pene totæ ſolutæ ſint, relictis exiguis fæcibus. Hinc liquores omnes coniunge & in cineribus igne lento aq. & ſuccum exhalare permitte. Inuenies puluerem impalpabilem in quouis liquore reſolubilem. Cuius vſus à ℥vj ad ℈ß ex aq. roris maialis cum manna diſtillata vel ex aq. Cin. cum aq. roſ. deſtillata aut bugloſſ. vel ex conſeru. Cort. aut fl. Citri.

XVI. *Liquor Hyacinthi.* ℞. Hyacinthi pulueriſ. q. v. cum æqua. pondere ſulphur. viui (mineræ adhuc coniuncti, non in magdaleones redacti) miſce in crucibulo forti cum operculo tecto, ſed non lutato igne circulari primum lento, deinde fortiori, & tandem fortiſſimo calcina, donec ſulphur omne exhalet, & puluis ex igne extractus non ſpiret amplius odorem ſulphureum. Hinc aq. communi diligenter lauetur & cum aq. portione vitrioli præparat. ſeu, ſalis prun. miſceatur, & in igne circulari calcinetur, donec in maſſam cum ſal. nitri abeat, in igne metalli inſtar rubeſcentem. Hinc in aq. calidam iniicitur, vt vitriol. ſoluatur, relicto in fundo puluere Hyacinth. Aq. calida eluendo, donec non amplius ſapiat vitriolum, poſtea exſiccetur, eique affundatur acetum ſequens. ℞. Aceti ℔ vj. Ciner. herb. Kali ℔ j. (ſi herba Kali deficiat, fiat acetum Terebinthinatum ex aceto & Terebinth. per retortam ſimul diſtillatis, ol. & ſp. ab aqua ſeparatis) in retortam ſenſim ſuper cineres affundatur acetum, ne efferuaſcat. Hinc in cineribus deſtilletur,

*Liquor Hiacynthi.*

fiatque cohobatio: Acetum tribus vicibus fit dulce,nec adeo mordax, magnarum tamen virium in ſoluendis pretioſis lapidibus omnibus. Huius igitur acet.affunde pulueri, vt dictum, ad emin.2.vel 3.digit.& vt ſoluatur,in cineres calidos loca per 2. dies, materiam ſemper agitando. Elapſis 2.diebus tincturam decanta, aliud acetum affunde, & tincturam collige, donec Hyacinthi ſint ſoluti, relictis exiguis fæcibus in fundo.Solutionem omnem filtra & ad ſiccitatem exhala, remanebit Sal Hyacinthi ſæpius aqua ſimpl.ſoluendum & coagulandum, donec omnis ſapor aceti abſumptus ſit: Aut inſperge in ſolutionem gut. aliquot olei tartari per deliquium facti, Sal ad fundum præcipitatur, quod affuſa quantitate aquæ ſimplicis ab omni acredine liberatur. Vſus eius eſt, vt ſolutionis Perlarum.

## *ACETVM TEREBINTHINÆ pro extrahendis lapidibus.*

℞. Terebinth. ℔iij,affunde aceti ℔iij,deſtillato in aren.donec rubrum oleum adſcendat. Tunc muta Recipiens, ſepara ol. Terebinth. ab aceto per tritorium & ſolum acetum ſuper Zinzib. rectifica.

*Extractũ Kermes.* XVII. *Extractum Alkermes.* Granor.Kermes ſ.q.contundantur,ac affuſa aq.roſ.ſ.q.acidula reddita cum gut.aliquot. ſp. vitrioli aut ſulphur ad emin.4.digit.digerantur in loco calido per dies 4. Aqua tincta auferatur, aliaque affuſa tam diu tinctura extrahatur, donec aqua non tingatur amplius,tincturam in B.vel cineribus deſtilla. Poteſt idem Extr.fieri, inſtar aliorum Extractorum cum ſp.V. Vel ſuccum ex granis maturis ſub prelo exprime;

prime, per dies 4. in B. digere, donec clarus euadat, ſubſidentibus in fundo fæcibus. Succum clarum decanta, filtra atque in cucurbita inſpiſſetur, per B.deſtilletur. Aquam deſtillatam & ſuccum ſeorſim ſerua. Poſſunt enim hæc duo neceſſitatis tempore coniungi, vt inde liquor fiat. Idem ſuccus depuratus ad vſus ſeruari poteſt, ſi cum ſacchari candi parte dimidia ad conſiſt. ſyr. igne lento cinerum per B.coquatur. Vſus eius à ℈j ad ℈ij.

## *AVRVM POTABILE Anglicum.*

XVIII. Franciſci Antonij. Primum diſſoluatur aurum finum in Aq. Regis ſ.a. (Aq. Regis fit ex Aq. fort. ℔ 1. ſal. ammon. ℥iiij ſimul per retortam in arena diſtillatis) ſolutionem claram in capax vitrum effunde, quod ſit colli amplioris & guttatim infunde ol. tartari per deliq. factum, donec Aq. Regis clara & alba euadat. Hoc ſignum ſi appareat, calcem totam ad fundum deſcendiſſe certum eſt, ſine acquieſcere per noctem, & manè liquore ablato calcem 4. vel. 5. aq. communi ablue, eamque leniſſimo igne exſicca. *Aurum potabile Anglicum.*

NB. Caue ne calor ſit excedens, quamprimum enim calorem ignis calx ſentit, ſtatim concipit flammam & in auras abit, quare tutius eſt in hypocauſto vel aëre tantum exſiccare diligenter ſpatulâ ligneâ agitando. Calci adde dimidiam partem ſulphuris pulueriſati, ſimul miſce & in crucibulo per ignem patentem ſulphur cõflagrare permitte, adhibendo in principio ignem lentum & in fine per hor. j. fortiſſimum, vt calx quodammodò reverberetur, & tenuiſſima euadat, quam in phiola optimè clauſa ad vſum ſerua.

*Spiritus Vrinæ.* Iam fiat ſp. Vrinæ: Hominis ſani vinum bibentis vrinam q.v. modice in cucurbita bene clauſa in fimo equino vel alio loco calido per 40. dies digere, finito putrefactionis tempore deſtilletur vrina ex arena per alembicum, adhibito recipiente ſatis amplo, donec omnis humiditas deſtillata fuerit. Deſtillatum tertiò rectificetur per Cohobia à capite mortuo, vt exinde poſtea ſp. iuſtè eleuentur. Ex phiola igitur longioris colli cum ſuo alembico & recipiẽte iuncturis bene vndiq; clauſis in arena deſtillatio inſtituatur, & eleuabitur ſp. inſtar Cryſtalli in alembicum nulla concomitãte aquea humiditate. Hęc deſtillatio continuanda, donec omnes ſpiritus aſcenderint. Quod ſublimatione prodiit, aqua pluuiali deſtillata ſoluitur, & ex phiola vt prius diſtillatur, idque ſexies repetitur, ſemper nouam aquam pluuialem accipiẽdo. Hinc in phiolam Hermeticè clauſam per 15. dies reconduntur Cryſtalli, & digeruntur lento calore B. donec in liquorem limpidiſſimum abeant. Huic liquori additur æq. pondus ſp. V. è vino bono facti & quam optimè rectificati, & ſimul in B. per dies 12. digerantur & vniantur.

Nunc ℞. Calcem Solis & ei affunde menſtrui è ſp. V. & vrinæ facti, vt 3. dig. emineat, in lento calore digere, donec ſanguinis inſtar rubicundum euadat. Tinctura decantata & ſæpius collecto in B. per aliquot dies digeritur (e. gr. 8. 10. 12.) hinc lentiſſimo calore ſpiritus ſoluens abſtrahitur adhuc ſemel cohobandus. Hinc remanet ſal in fundo cucurbitæ in forma rubicundiſſimi olei ſuauem odorem de ſe ſpargentis, in quolibet liquore reſolubilis. Propterea hoc oleum Solis veri ſuc-

çedaneum

cedaneum eſſe poteſt. Eandem ſolutionem ſi non in B. ſed in arena diſtilles è retorta poſt partem menſtrui primam cum reliqua eius parte ſolis tinctura per alembicum tranſit, rubicunda inſtar ſanguinis, relicta in fundo vaſis terra, nigra, arida, ſpongioſa, leui. Ipſum a. menſtruũ quod in tinctura ſolis prodiit, per B. tepidum ſeparandum eſt & ol. ſolis in fundo reſtitans ſolum aſſeruari poterit. Hoc eſt illud aurum potabile, quod in Anglia habetur ap. Franciſc. Antonium, Medicum Londinenſem: vnde ſæpius in Germ. & alia loca allatum.

Cuius ℈iiij ad vj vel viij modo quocunque exhibitæ vires mirifice reficiũnt, & contra quemvis morbum agunt, plerumque per ſudorem euacuando, licet nonnunquam per ſingula emunctoria noxium expellunt.

### *ALIVS MODVS.*

Aurum laminatum in ſp. ſoluatur, abſtrahe menſtruum, remanebit calx in fundo, cui affundatur aliud menſtruum ex ſp. V. optimè rectificato, & ſale vrinę paratum (menſtruum hoc in leni calore per 15. dies ſtet, vt vniatur) ſol ita ſoluitur, & per alembicũ cum menſtruo ſimul deſtillari poterit in arena, qua facta deſtillatione menſtruũ leni B. calore ſeparetur. Tinctura ſolis in fundo remanente.

XIX. Conſumatum. ℞. Caponem vel perdicem ſolum, vel cum parte aliqua carnis vitulinæ, in minutiſſimas partes conſcinde, & oſſa in mortario conquaſſata & in phiolam aptam vitream vel ſtanneam cum pauco cinnamomi, & ſi libet croco phiolã exactè claude & in çatinũ aqua fer- *Conſumatum.*

uente plenum pone, ignem continua vt per 3. horas bulliat aqua. Hinc carnem exime & liquorem exprime, qui eſt optimi ſaporis & odoris, ſtatimque congelatur, caro verò dura & inſipida. Liquoris cochlear 1. vel per ſe vel cum alio iuſculo exhibetur.

## ANODYNA.

I. Laudanum Opiatum generale (vide notas in Crollium, & opiologiam de Laud. opiat) tam cum opio, quam ſine eodem, h. e. cum ſulphure vitrioli anodyno correcto & fixo præparatum.

II. Laudanum Epilepticorum. Vide infra de Epilepſia.

III. Laudanum ſuffocationum. Quorum omnium doſis eſt à ℥ij. iij. iiij. ad ſummum. Vide infra de ſuffocatione vteri.

*Laudanũ ſine opio.*

## *LAVDANVM SINE OPIO.*

℞. Limaturæ Martis puriſſimæ ſine omni puluere part. j. vitrioli Vngar. p. ij. Tere & miſce omnia, poſtea in cucurbita ſuperfunde acetum, vt ſupereminecat digitum dimidium tranſuerſum, coque & coagula lento igne arenæ ad ſiccitatem, quo facto vrge ignem, vt omnia quodammodò rubeant. Vaſis refrigeratis materiam exime, tere & affunde acetum ad emin. 3. vel 4. dig. digere donec acetum tingatur, quod fiet intra 3. vel circiter dies. Acetum tinctum ſine fæcum perturbatione decanta, alióque affuſo tamdiu tincturam collige, donec non coloretur amplius. In acetum tinctum filtratum inſperge gut. aliq. ol. tartari per deliq. facti & ſulphur Narcoticum petet fundum, quod aq. communi ſæpius ablue donec aqua non amplius acredine aut guſtu vitrioli inficiatur.

Hoc

Hoc enim niſi fiat propter ſal. vitrioli præſentiam, nauſeam vel etiam vomitum cauſabit. Nunc ℞. pulu. ſantal. rub. & citrin. ana ℥j. pulu. mac. galang. piper. Cardamom. ana ʒiij. F. l. a. cum ſp. V. extractum. Extrahe etiam Mumiæ Ægyptiacæ ℥j cum aqua Cichor. tincturas diligenter collectas & filtratas coniunge cum ſulphuris narcotici ʒij. Omnia ſimul in vaſe clauſo per 15. dies calore lento digere, poſtea menſtruum vſque ad mellaginem detrahe. Hinc adde Extr. croci ʒß. ſalis ſiue Magiſt. perlar. ℥j. Maſſa vſui recondatur.

Anodynum eſt præſtantiſſimum in omnibus doloribus ad conciliandum ſomnum accommodatum, præſertim intra corpus aſſumptum à g̃vj ad x. cum conſerua aliqua aut liquore, aut forma pilularum.

Cum non rarò doloris & ipſius individui comitis vigiliarum & inquietudinis tanta ſit vehementia, vt vires ipſæ reſoluantur, nulloque modo niſi ſymptomatibus ablatis, morbis ipſis occurri poſſit, imò his ipſis ablatis ſæpius leui cura morbus ipſe tollatur, magna omninò danda opera, vt qui eſt amicus naturæ ſomnus introducatur. Summum in Medicina arcanum, quo introducto dolor & cruciatus enormes plerumq; conſopiuntur, ac ſæpè dum quieſcit cum corpore morbus, ſimul dolorum cauſſæ extirpantur. Vt igitur eſſentiali aliquo Anodyno tanq. theſauro Attalico inſtructus ſit Medicus oportet, qui in acie nouaculæ ad illud tempus ad ſacram ſalutis anchoram confugere poſſit. Quod igitur Anodyna attinet, à Galenicis conſtituuntur Philonium Romanum

vehemens, vel vigiliæ, hor. iij à cœna datur pil. v-na, nocte media altera, & ſi non remittat, circa diluculum tertia.

Exterius etiam applicatur Vnguent. Alabaſtrin. ℞. Vngu. ℥ij laud. op. ℥j F. Vnguent. aut ſoluitur in aqua ſolatri, roſar. papau. rhœad. in ſoluto lintea intinguntur, vt patebit ſuo loco.

## LAVDANVM ALIVD.

℞. Spec. diambr. ℥j, affunde ſp. V. opt. rectif. vt 2. digit. ſuperemineat, ſtent in infuſ. per 14. dies, poſtea tincturæ dimidium effunde atque adde opij ℥iij. ſtent iterum in infuſione per 14. dies, poſtea quod clarum eſt, effundatur, atque lentiſſimo calore ſp. V. ſeparetur, ad Syr. fluidioris conſiſtentiam. Extr. huic adde ſolut. Corall. margar. an. ℈j, ſuccini opt. præparat. ℈ß. c. c. ℈j. & affunde reliquam tincturam diambræ ſpecierum, & ſtent in ſole, vel loco calido, adde ſub finem Moſch. ambr. an. gr. vj. Croci ℈ß. ol. Cinam. Caryoph. an. gut. iiij. M. doſ. à gr. ij ad iij. *Laudanũ opiatum aliud*

## DOLOR CAPITIS.

I. In Cephalæa ſeu doloribus capitis quibuſcunque imprimis vſus Aq. Benedictæ Ventriculo ieiuno ſtata doſi exhibitæ multum prodeſt. Vide notas in Crollium.

II. Eiuſdem effectus quoque eſt Syr. ex aq. Benedicta.

III. Purgatio fit:

1. *Per diaſenam Laxatiuam,*
2. *Per Panchymagogum vegetabile,*
3. *Radices Ellebori præparat.*
4. *Scamm. præparatum,*
5. *Mercur. dulcis,*

*6. Mercur. vitæ.*

*7. Flores antim. Correct.*

*8. Specificum purgans Paracelſi; quod maximè commendatur. Vide notas ad Crollium.*

*INTERNA.*

*Pilulæ caput confortantes ex Ladano.* Inter INTERNA referuntur pilulæ Capitales non purgantes, ſed confortantes ex Ladano; ſunt tales: ℞. ol. Camphor. ℥vj. (ol. Camph. ſic fit: Camphora ſoluitur in oleo ſpicæ ana.)

*Extr. Gumm. Ladan. cum ſp. ♁. facti* ℈j *Moſch: opt.* ℥ij.

M. F. cum aq. Maior. & mucilag. Tragac. pilulæ ponderantes ſingulæ gr. iiij. Doſ. pil. 2. vel 3. ad ſummum reiteratis vicibus, ſi opus eſt. Dentur longè à paſtu circa veſperam. His rectè accenſetur ſpiritus vitrioli Philoſophicus in vino exhibitus.

*Dolor tripliciter aufertur.* Cum dolor omnis tripliciter auferatur. 1. iis quę cauſam doloris tollunt, eique hoc modo contraria ſunt. 2. Anodynis, quæ paregorica cauſam doloris mitigant, conſopiunt & æquabilem reddunt, leniterque rarefaciunt. 3. Narcoticis, quæ dolorem non percipi faciunt: Hæc propriè doloris cauſſam non tollunt, niſi per ſomnum fortè, quem interius aſſumta cauſant, mitigetur & concoquatur. Dolor vehementiſſimus Narcoticum, mitior Anodynum indicat.

Si igitur dolor *ab intemperie aliqua calida* Cerebri vel vaporibus calidis exhalantibus fiat, vt in febri, cui occurri poterit præmiſſa euacuatione per clyſterem, ſtatim vena ſecetur, ſi adſit præſertim Plethora aut totius corporis intemperies, aut quod magis tantum affectum ſpectat, applicentur

Homo-

Homoplatis cucurbitulæ cum ſcarificatione: imò eæ ſæpius reiteratæ in magnis doloribus eodem die ſine ſcarificatione applicentur. Hinc Frontale aliquod anodynum applicetur; quod tale: *Anodynũ Frontale.*

℞. *Laud.opiat.* ℈ß;
*aq. ſolani,*
*roſar. an.* ℥iij,
*acet. roſar.* ℥jß:

M. & panni linei iis madefacti applicentur fronti. Olfaciat quoque æger ſæpè aq.roſ.in qua Camphora ſoluta ſit, & faciem eadem lauet. Interius dentur, quæ intemperiem alterant, humores noxios educunt, quæque vim habent anodynam, qualia ſunt Laudana ſupra dicta.

Quod ſi hoc modo non cedat dolor, ad Veſicatoria accedendum, quæ applicentur ſyncipiti, vel collo prope nucham.

Quod ſi verò *à frigida intemperie Cerebri* vel cum vel ſine materia oriatur dolor, à dictis medicamentis abſtinendum; & ad ea, quæ à Practicis vulgo præſcribuntur, accurrendum. Inter maximè ſibi accommodata habeat Medicus acet.& Oxymel ſcillit.aq.flor.ſambuc.ol.& aq.puleg. roriſmar. aneth. & petroſel. quæ extra applicata duo poſteriora vel ſola ſæpius, præmiſſis tamen præmittendis, dolorem eiuſmodi ſedant, materiam digerunt & diſſipant, vel ita diſponunt, vt poſtea ab Errhinis & Apophlegmatiſmis facile educi & diſſipari queat.

Ad tempora & frontem nec non ad Coronalem ſuturam ſummopere prodeſt eorum inunctio. Profunt etiam ol.nuc. Moſch.expr.& Balſa-

mus apoplecticus naribus illitus, it. Cinamomi, ſuccini Balſamus. Proſunt etiam vel maxime ſacculi in modum pileoli ex ſerico confecti, in quibus inſuuntur aromata cum herbis capitalibus, & illi, qui ex Milij part. iiij. & ſal. toſti part. j. fiunt, capiti quotidie ter aut quater applicandi, prius tamen calefaciendi.

Et ſi his affectus non cedit remediis ordinariis, poſt aures in parte inferiore excitare veſicas licet, quæ vbi excitatæ rumpuntur, illisque ſuperimponuntur folia braſſicæ, veſicæ apertæ detinentur, & ſi eas conſolidare animus, inunguntur vnguento albo Rhaſis. Poſſunt etiam, ſi morbus ſit diuturnus & rebellis, applicari ſetaceum aut cauterium potentiale aut actuale.

Quod ſi *ob ventriculi vitium & conſenſum* oriatur capitis dolor, isq; continuus aut per interualla adfligat, ſæpius detur infuſio Croci Metall. vel flor. Antimonij in aqua betonicæ aut menthæ facta. Prodeſt, vt & in dolore à frigidis humoribus cauſato, Mercur. cum ſublim. Mercur. vitæ & panacæa. Proſunt in talibus etiam vel maxime pulueres groſſi ex aromatibus Coriandri præparati, aniſi confect. rotularum diarrhodon Abbatis diamoſch, & ſimilibus facti, poſt paſtum aſſumpti, habita ſemper cura ventriculi, vt & Capitis, quod confortandum odoratis Balſamis & aliis, tam intra, quam extra aſſumptis & applicatis.

*Verbenæ vis in capitis doloribus.* In omni dolore Capitis tanquam arcanum appropriatum a ℞. Verbenæ deſtillata commendatur, quæ ſæpe aſſumpta pondere ℥iiij. cum ſpir. vitrioli gut. iiij. iuuat, & Verbena tota contuſa & capiti impoſita, vel particula eius, vel tota cum radice collo

è filo

è filo ſuſpenſa, vt radix ſurſum vergat, amuletum eſt.

NB. Verbena primum cum terra cui adhæret radix, eruenda, poſtea radix præhenſa ipſa per terram ordine inuerſo ducatur.

## EXTERNA IN DOLORE Capitis.

I. Epithema ex Gammaris.

II. Spir. V. opt. qui valet (quàm maximè) in dolore capitis ex Crapula; præſertim ſi teſticuli cum ſpongia in aceto vini vel aq. communi macerata & expreſſa fomententur.

III. Epithema ex Zedoaria: puluis Zedoariæ irrigatur cum aqua florum ſambuci (vel aq. communi) roſarum betonicę, & applicetur ad nucham debite.

IV. In hemicrania, præſertim in clauo à proprietate iuuat Radix cucumeris aſſumpta (31.) cum verbena & abſinthio pontico ana p. j. (in febr. vngaricis) in Vino cum aq. roſ. cocta. F. Epithema.

V. Aqua compoſita talis:

℞. *aq. roſ.*
*ſambuci an.* ℥iiij,
*Camph.* ʒij,
*Moſch. opt.* gr. iij *vel* vj,
*Extr. Carlinæ* ʒß,
*ol. ſpicæ* ʒij.

Diſſolue Camphor. in ol. ſpicæ, poſtea omnia M. & applicentur in petiis dolenti capiti in magnis & ingentibus caloribus: in febribus verò ab æſtu Solis applicentur, it. ad tempora & Carpum.

VI. Eſt ſpecificum in doloribus capitis frigi-

dis, quales ſæpè vexare ſolent mulierculas, præſertìm ſi credant, ſibi in occipitio frigida cum fluctuatione quadam hærere. ♃. piper. long. ℥iij (eſſent. pip. lon.) contunde in mortario in puluerem craſſum, poſtea extrahe cum ſp. V. & ſerua. Vſus talis eſt: Fiat ſacculus ex ſuccino albo, pulueriſato craſſiuſculè, interpaſſetur ſacculus, & in hac eſſentia piper. l. madefactus applicetur, calidè ſuturæ coronali (maximè prodeſt) ſi opus eſt, præmittatur Euacuatio vniuerſalis per aluum.

VII. In grauiſſimis doloribus capitis (cum vigiliis, vrgentibus imprimis deſtillationibus) recurrendum eſt ad Laudanum opiatum cæteris nimirum nihil proficientibus.

VIII. Cancri aliquot fluuiatiles acet. roſaceo irrigentur & contundantur, ac Emplaſtri loco circumplicentur.

IX. Radix Plantaginis collo ſuſpenſa dolori capitis à proprietate medetur.

X. Hederæ folia mollia cum Oxyrhodino torreantur & fronti temporibúſque apponantur. Optimum eſt in Cephalalgia biliosa.

XI. Verbena vt ſuprà dictum eſt inſigne ſpecificum intus & extra vſurpata.

XII. Nuclei perſicorum cum aq. beton. vel Verbenæ contuſi & applicati iuuant mirabiliter in capitis dolore à cauſa frigida.

*Vnguentum de Alabaſtro.*

XIII. Vnguentum de Alabaſtro.

*♃. Cimarum Rubi M ij,*
*Fol. Rutæ P j,*
*Florum Chamomillæ recentium ℥iij,*
*Lapidis Alabaſtrini*
*Subtiliſſimè pulueriſati ℔ß,*

Ole-

*Olei Roſarum* ℔j,
*Ceræ* ℥ß,
*Vini albi* ℔ij.

Pone in olla vitreata noua per triduum, poſtea ebulliant ad conſumptionem vini refrigeſcant, addantur albumina ovorum N° iiij, M.

DESIPIENTIA.

In eiuſmodi caſibus exhibeatur I. Cæteris paribus aq. Bened.

II. Succus lunæ viridis (aliàs liquor lunæ & luna potabilis, qualis quidem haberi poteſt. Vera enim tinctura menſtruum vniuerſale) qui fit hoc modo: *Luna potabilis.*

*℞. aq. tartari opt. purific. part. ij,*
*terr. ſigill. alb. part. j.*

pulueriſentur in porphyrio tenuiſſime poſtea in crucibulo ſuperius operculato (cum luto) gradibus ignis ab initio obſeruatis in furno anemio ita ſtatuantur, vt tandem igne vehementiori ad fluxum quaſi vſque per hor. 24. maneant (propter terram ſigillatam non fluit materia, ſed quaſi fluere videtur.) Vbi refrixerint omnia, aq. tartari reperitur in crucibulo inſtar vitri viridis, hoc exime & tenuiter reduc in puluerem. Huius ℞. part. j. Calc. lunæ finæ per Aq. fort. ſolutæ & communiter per venerem præcipitatæ (in aquæ copia) ac diligenter poſtea ab omni acrimonia edulcoratæ part. ij. Miſce curioſe inuicem, denuo in pyxide vel tigillo cæmentario perlutato pone in arenam & ſubminiſtra ignem à primis gradibus lentum, poſtmodum etiam fortiorem ſubtus & ſupra, vt vaſculum candeat & cæmentetur materia per 12. hor. ita tamen ne fluat; ſi forte fluxerit, laborem

denuò repete. Refrigeratis vaſis exime totũ illud, & ſubtiliter tere, & in cucurbita lati fundi affuſo ſp. Vini opt. extra rubedinem, (rubedo non à luna quæ tantum cęruleũ vel viridem colorem continet; ſed à tartaro per dies 6. 7. vel 8. Decantato hoc ſpir. Vini aliũ affunde & in digeſtione vt antea repetitis vicibus rubedinem vel flauedinem extrahe. Extractiones omnes ſerua, luna verò in cucurbita poſt extractionem rubedinis apparebit cærulea aliquantulum. Hanc igitur paulatim exſicca, & in marmore terendo in puluerem reduc, ſerua diligenter. Extractiones verò rubeas collectas deſtilla per B. & prodibit ſp. V. rubedo verò tota manebit in vitro inſtar ſanguinis. Hanc cum luna illa cærulea reſeruata tere minutiſſime, & cum iis iũge vel miſce duplum ſilicum calcinatorum (quod fit, ſi igniti aliquoties in aqua extinguantur) diligenter miſce, & ex ſublimatorio fictili ſeu cucurbita humili ad ſublimãdum pone in arena obſeruatis gradibus, igne tandem vehementiori; & aſcendit ſeu eleuatur luna tota cęrulea inſtar ſapphyri; remanente in ipſius fundo Corpore craſſo nigro. Hanc nigram materiam diligenter exemtam tere in marmore, & aqua calida aliquoties elue, poſteà moderato igne calcina (in vaſe ferreo) vt abeat in calcem leuiſſimam (vt in Antimon. ſemper mouendo ſpatula) Ex hac Calce cum deſtillato antea à rubedine ſp. V. ad ſuperemin. 3. vel 4. digit. ſuperinfundendo illum extrahe ſal. digerendo ſcil. per 3. vel 4. dies in B. optime clauſo vaſe. Lacteſcente aliquantulum ſp. Vini hunc ſpiritum aufer à fæcibus, & perge calcinando & extrahendo, donec ſatis eſt, h. e.

donec

donec nihil amplius ſalis prodierit nec lacteſcat ſpirit. Extractiones omnes collige, & ſp. V. inde euoca deſtillando in MB. donec circiter quarta duntaxat pars totius in fundo relicta fuerit. Pone in locum frigidum humidum & Sal Lunæ tranſlucens inſtar Cryſtalli ſucereſcit ſeu granulatur: Spiritum Vini reliquum collecto priore ſale denuò ad quartam vſque partem deſtilla, & ſal granulatum viciſſim collige, & ſic perge, donec omne ſal collegeris. Salia collecta omnia diligenter exſicca & ſerua. ♃. Cęruleæ lunæ ante ſublimatæ & eleuatæ part. ij. Salis iam collecti part. j. tere in marmore inuicem, & per retortam igne arenæ deſtilla in oleum vel liquorem cæruleum Lunarem (aliquantulum vireſcentem) quem liquorem collectum diligenter ſerua. Eius doſis eſt gut. iij ad iiij in conuenienti vehiculo in omnibus affectibus capitis, præſertim in phrenitide, Melancholia, Hypochondriaca, Paraphreniticde, Mania & Apoplexia, Paralyſi, Epilepſia, memoria deperdita ſeu debili, vertigine, Catarrho &c.

Principale certiſſimum & probatiſſimum remedium in omnibus affectibus cerebri, hoc mirabiliter reſtituti per annos multos catenis conſtricti.

## INSANIA, MANIA, Melancholia.

III. In Inſania, Mania, Melancholia etiam tanq. ſpecificum laudatur ſanguis Aſini (aſini ſanguis durat annum tantum. Hac ęſtate 1615. fabrum quendam lignarium reſtituit ( ex venis poſt aures captus, in quem linteola munda, nulli vſui antea expoſita, macerentur & exſiccentur.) NB. ana-

logia, (aſinus eſt animal melancholicum) Vſus: Ex his laciniis cape quantitatem 2. digitos latam & vnum pollicem longam, macera in hauſtu aq. fontanæ, donec color exeat. Hanc aquam da epotandam talem morbum paſſo, triduo integro mane ſemel, & quantum eius fieri poteſt, ſudorem euoca (quem elicit hic ſanguis.)

## MANIA.

Maniæ cura perfecta talis eſt:

1. Exhibeatur Vomitorium, imprimis aq. Bened.

2. Poſt vomitorium per aliquot dies capiat decoctum Anagallidis flore purpureo (ſine omni additamento) Vinum nullo modo exhibeatur.

*Lixiuiū capitale.* 3. Præparetur lixiuium tale: ℞. herbarum Cephalicarum cum floribus q.v. coque in aqua fontana deinde ℞. bacc. laur. & radic. elleb. nigr. ana q.ſ. contundantur inuicem craſſe, & inſuantur ſacculo interpaſſato & longiori. Sacculum coq. aliquantulum in prędicto lixiuio. Tandem per 9. dies continuos accipe ſingulis diębus iſtius lixiuij ℔ij, calefac, & cum linteolis in eo madefactis & leuiter expreſſis foue caput raſum per integram horam, poſtea ſacculum iſtum applica ſuturæ Coronali (quamdiu calet) cum bona ligatura patiens incumbat lecto, & ſi fieri poteſt, quieſcat. Tunc mira expurgantur per omnia capitis emunctoria, & aluus ſimul aliquantum fluit. (Hinc colligitur à quibuſdam vſum Ellebori apud veteres fuiſſe externum potius quàm internum.) Sic nimirum fuligines inhærentes cranio & cerebro mirabiliter diſſoluuntur, quod ſanè nulla remedia alia præſtare potuerunt.

4. Com-

4. Commendantur in Mania folia Buxi (hoc nondum ratum, commendari tamen audiui.) Eius ℞. fol. IX. in minimas particulas cum cultro ſciſſa exhibent in vno atque altero cochleari aq. lauendulæ ieiuno ventriculo, præmiſſis antea præmittendis, & ſi fieri poteſt, ſudorem eliciunt, repete ſemel atque iterum.

5. Vltimum in hoc morbo refugium eſt cranij apertio cum Trepano. Vide infra in fine capitis de Phrenitide & paraphrenitide.

MELANCHOLIA.

V. In Melancholia purgantia ſunt præter Vomitoria.

1. Pulu. diaſenæ laxatiuus.

2. Rad. ellebori præparat.

3. Optimum eſt ſpecificum purgans Paracelſi, Pro Cerebri confortationibus eſt.

1. Elixir proprietatis Paracelſi.

2. Eſſentia Croci cum aq. vitis deſtillata (aqua vitis fit ex vitibus inciſis, quæ poſtea deſtillatur propter conſeruationem) extracta.

3. Liquor lunæ de quo ſupra.

4. Extractum Alkermes cum extracto gummi laudani adiecta particula Ambrę & moſchi in forma pilularum.

Nota: Extr. Alkermes fit neque pet ſpir. V. neque per aliud menſtruum, ſolus ſuccus pomorum redolentium præſtat. Illud extractum poſtea diutius conſeruatur, ſi poſt confectam præparationem ſpir. V. admiſceatur, aliam præparationem vide ſupra de confortantibus.

5. Extractum lapidis Lazuli, ℞. lap. Lazuli *Extractũ Lapidis Lazuli.*

quantum placet, igniatur ſexies vel ſepties, & toties extinguatur in ſp. V. tandem in puluerem redigatur, & cum aq. meliſſæ ipſius recreméta terrea eluantur (*abſchliechen*) redigantur in puluerem tenuiſſimum & cum ſpiritu vini digerantur in calore per ſeptimanas 3. vel 4. poſtremo per deſtillationem aufer ſp. Vini à toto & remanentiam diligenter ſerua. Eſt extractum lapid. Lazuli doſis à ℈ß ad ℈j. in Melancholia, Epilepſia, Vertigine, Cephalalgia. Quartanæ medicamentum præſtans in liquore appropriato.

Medicinam Melancholiæ ſpecificam Paracelſus ponit in floribus Antimonij bis, ter quaterve pro morbi contumacia cum pauca Theriaca exhibitis.

Melancholicis puluis fumariæ ſæpius exhibeatur & liberantur. It. aqua & conſerua Elenij, Eſſentia Chelidoniæ minoris in Melancholia, Hypochondriaca mire confert.

*Hypochŏdriacum Zvvingeri.*

Zvvingeri in Hypochondriaca ♃.

♃. 5. *rad. aperitiu. an.* ℥ß,
*bugloſſæ,*
*Cardui bened.*
*an. pj,*
*Abſinthij parum,*
*ſem. fœnic.* ℥j.
*Carthami* ℥ß,
*fol. ſenæ* ℥jß,
*agaric.*
*tart. albi an.* ʒß,
*Zinzib.*
*Cinamomi an.* ʒj.

parentur omnia pro vino. Inde ſumantur quotidie 3.

die 3.cyathi mane,per 3. hebdomad. vſque ad ægri languorem.

Magni nominis Medici Aq.ſecreta Melancholiæ Hypochondriacæ conuenientiſſima. *Aqua antihypochondriaca ſecreta.*

*℞. flor. borraginis,*
*bugloſſæ,*
*ſtœchados Arabicæ ana ʒß,*
*roriſmarini,*
*maioranæ,*
*meliſſæ an.℥ijß.*
*rad.bugloſſæ ʒij,*
*pæoniæ ʒj.*
*aq.bugloſſæ,*
*borraginis an.℥iiij.*
*Syr.granat.℥ijß.*
*pulu.Cinam.graſſi,*
*galangæ.*
*Caryophyll.*
*Croci,*
*ſem.baſilicon.an.ʒj.*

ſuperfunde Vini Rhen.℔ iij, ſtent in infuſione per 2.vel 3.dies, deinde deſtillentur in B.

Digeſtiuum excellens in Hypochondriaca.

*℞. Sal.tart.Cryſtall. ℈j.*
*Ol.vitrioli vel acidi ſulph.gr̃20.*

M.in iure prunorum vel alio iuſculo, per biduum reiteretur vel triduum, poſtea purgetur cum apozemate ex Cholagogis & phlegmagogis cum ſuis correctoriis & carminatiuis.

## HYDROPHOBIA.

VII. In Hydrophobia nobiliſſimum medicamentum eſt mixtura ſimplex, vt ſci.ſudet patiens.

## PHILTRVM.

VIII. In Philtris (furore ex Philtris) 1. neceſſaria ſunt vomitiua, aqua benedicta Electuarium, Vitr. Antimon. Croll.

*Pulueris ſecundinæ preparatio.*

2. Poſtea ℞. ſecundinam recentem (puluis ſecundinę vix vltra biennium durat) ſegrega venam vmbilicalem & cuticulam exteriorem, exſicca in Clibano, vt poſſit pulueriſari. Huius pulueris exhibe (bis diebus duobus continuis) patienti poſt vniuerſalia, à ℈j ad ℈jß cum Extr. Theriac. ℈ß. vel aqua aut ſpiritu Theriacali vel diaphoretico in aquis ʒj (cum cochl. j. atque altero ſucci naſturtij aquatici, & Emplaſtrum ſimul applicetur ſequens ad ventriculum:

*℞. pulu. Colocynth. ʒij,*
*ſammon. ʒj,*
*rad. imperat. ʒjß. ſal. gemm.*
*Elleb. vtriuſque an. ʒj,*
*Cort. Cydon. ℥ß.*
*pulueriſentur omnia groſſo modo, adde olei ſambuci, Ceræ q. ſ. ana.*

F. Empl. Extendatur particula ſuper alutam & vẽtriculo applicetur, & non niſi per horam dimidiam ibidem relinquatur: poſtea provocetur ſudor. Quibus omnibus abſolutis per aliquot dies exhibeatur Electuarium ſequens.

*℞. Succi meliſſæ,*
*hyperici an. ℥ij,*
*rad. Vincetoxici ℥ß,*
*magnetis lapidis boni & qui ferrum trahat ʒij,*
*mellis deſpumati q. ſ.*

F. Electuarium. doſ. eſt à ʒj ad ʒjß ieiuno ventriculo aliquoties, donec remittat malum (poteſt etiam

à meri-

à meridie quotidie exhiberi aliquid de tinctura Corall. à gr. vj ad x.)

## PHRENITIS.

In Phrenitide cerebri membranarumque eius, inflammãtione cum febre acuta coniuncta curandi communes ſeu vſitatæ medicationes locum habent, ideoque non excutiendæ initium fit curationis vt in morbo acutiſſimo, rectiſſime à Venæ ſectione, (habita nulla ratione temporis & horæ, & ventriculi pleni, ad reuellendum & euacuandum: plethora ſi magna ſit, venæ ſectio ſequente die reiteranda: quę ob vrgentem neceſſitatem protinus & quidem copioſa, ſi vires ferant, ſanguisque redundet, adminiſtranda eſt, non iniecto etiam clyſtere (emolliente & refrigerante) & ventriculo pleno. Si vero ætas & viriũ lapſus obſtent, cucurbitulæ homoplatis & ceruici cum ſcarificatione applicentur. Danda opera, vt ęger quieſcat, neq; huc neque illuc ſe iactando vires amittat. Phreniticis ſuccus conſolidæ cum melle miſtus & naribus infuſus prodeſt. Statim quoque in initio Oxyrhodino caput madefaciendum: hoc nimirum ipſũ depellit humorem & alterat. Fiat irrigatio ſuper ſuturam Coronalem raſis capillis ex olei roſarum ℥iij, Chamomillæ ℥j, acet. roſacei ℥jß, tepidè admoueatur. Si inquietudines magnæ imprimis moleſtæ ſint, præſertim cum primis diebus vigiliæ admodum laborioſæ vires infeſtarint & febrim auxerint, ſtatim exhibeatur Laudani Opiati doſis, poſt quam 8. horas repetatur, donec aſſumpſerit ℈ß, imò in defectu Laudani opiati tantum exſiccetur opium, donec in puluerem redigi poſſit, & eius gr. vj diſſoluantur in aq.

Nymphææ, vel lacte vel decocti refrigerantis ℥iiij addita ſyr. de papauere ℥j. Si vero quod ſemper fit, potum deſideret, ℞. aquæ nymphęæ ℥iij. roſar. buglosſę ana ℥vj. Syr. de ribibus aut Lim. ℥ijß, ſal prunellæ ʒj aut ʒjß. M. vtatur pro potu. Ad vigilias nõ incongruum erit fronti applicare Epithema liquidum ſæpius linteis exſiccatis renouandum.

*℞. aq. ſolan.*
*lactucæ an. ℥ij,*
*acet. roſacei ℥ß,*
*Laudani opiati ℈j,*
*Camphoræ g̃ vj.*

M. poſſunt quoque nates inungi vnguento ſequenti:

*℞. Vnguenti populei ℥j,*
*Eſſentiæ opij g̃ iij.*

M. Aut. *℞. olei nucis moſchatæ per expreſſ.* ℈j
*laudani opiati* ℈ß.

M. pro conciliando ſomno.

Bilis feruore contemperato exhibeantur ſæpe g̃ x. ſal. perlarum cum aqua borrag. vel bugloſſæ; Lauari quoque poterunt crura & brachia decocto. ſeq.

*℞. fol. ſedi,*
*nymphææ,*
*vitis alb,*
*vini fortis,*
*roſarum an. q. v.*
*Cap. papau. albi,*
*& ſem. lactuc. ad libitum.*

F. decoctum. Cordi quoque Epithemata applicentur refrigerantia, quibus vtiliter admiſcetur Eſſentia ſeu extractum croci ℈jß, ſeu crocus ipſe & aliquot

quot grana Camphoræ. Teſtibus quoque adhibemus Epithemata, quibus addatur aliquid aceti vini ad penetrationem. Facies lauetur ſæpius aceto roſaceo. Hinc corpus purgandum Extracto Rhabarbari aut infuſione eius in aq. Cichorij. Hinc ſi morbus non remittat, præſtat catulum à tergo inciſum detractis inteſtinis calidum vertici applicare ad partem anteriorem declinando; aut in eius locum pulmonem animalis calidum, pullumvè à tergo inciſum, quæ ſi refrixiſſe ſenſeris aquæ calidæ, in qua incocta capita papaueris, & flores nymphææ immerſa, recalefacienda & aqua ſpongia abſterſa iterum applicanda. Nam calor ille externus mitis humidus calorem internum temperat, humectando: imò gradui caloris noſtri ſimilia cauſſam doloris mitigant, concoquunt, æquabilemque reddunt, diſſipantque calorem præter naturam leniter rarefaciendo. Vnde hoc tanquam primarium remedium præmiſſis his dictis ſibi quiuis commendatum habeat. In reliquis progrediendum ad præſcriptum practicantium, addendo ſemper medicamentis aliquid ſolutionis perlarum, & in declinatione gut. aliquot auri potabilis: quia hoc ſolet natura confortata plerumque morbi reliquias per ſudorem expellere.

NOTETUR etiam ne vſus ſtupefacientium ſit continuus, ne fiat tranſitus de phreniti de in Lethargum. Caute quoque applicentur in his, qui imbecillium iam ſunt virium, imprimis externa, ne materia in capite coaguletur, quæ propter imbecillitatem virium poſtea diſſipari & reſolui non poſſit. *Cautela.*

*Para-phrenitis & Delirium.* Eodem modo Paraphrenitis & Delirium ſimplex ac ſymptomata mitigantur, tolluntur que morbo curato, qui illorum cauſa.

*Cautela.* Illud tamen notetur; quod ſi ſint criſeos prçſagia & ſymptomatica, ſi item Rheuma adſit, nulla adhibenda eſſe ſtupefacientia, ſed ſolum offerendam eſſe ſemel atq; iterum doſin Laudani opiati.

*Mania.* Eadem medicamenta ſuo modo quoque obſeruatis Practicantium regulis & Methodo in Mania exhibentur, in qua prodeſt ſæpius exhibere flor. antim. & Antim. alia, cum purgantibus permixta. Item Extractum Ellebori nigri preparatum cum ſuis corrigentibus & aliis purgantibus permixtum.

Vltimum in hoc morbo refugium eſt; ſi aliis non cedat medicamentis, admouere capiti intra coronalem & ſagittalem ſuturam cauterium potentiale, quod relinquitur, donec tanta eroſio facta ſit, vt os nudum appareat. Hinc trepano aperiatur cranium, maneatque locus apertus per menſem, & ſanabitur à Mania æger. Hinc ſ.a. conſolidetur vulnus.

## EPILEPSIA IN PVERIS.

Epilepſia & ſimiles morbi, qui à paroxyſmorum vehementia & pernicie infames ſunt, duplicem habent indicationem. 1. quę paroxyſmum reſp icit. 2. quæ ipſas morborum radices.

I. Aqua vitæ Mulierum (*VVeiber* aqua vitæ, aliàs Balſamus Embryonatus. Vide Pharmac. Auguſt.) propinata prægnanti menſura cochl. j. cum ſpiritus Antepileptici noſtri gut. iij vel iiij. ſingulis mēſibus ſemel in Nouilunio à menſe quarto ad partum vſq; fœtum ab Epilepſia præſeruat: præmiſſa illa

illa maioris ſecuritatis ergò datur hic puluis. ℞. Spinam dorſi viuæ muſtelæ non coctæ, ſed crudæ à capite ad caudam probe mundatam & exſiccatam, eámque pulueriſa, huius pulueris ℞. & magiſt. Corall. & perlar. an. ℥ij. M. Doſis quantum cultelli mucro capit, in pulpa pomi aſſati.

*Puluis præſeruatiuus.*

II. præſeruantur pueri ab Epilepſia, vel prorſus liberantur, ne vnquam ſuccedente ætate tali paſſione capiantur, ſi recens iam natis, antequam lac ſugant vel cibum comedant; ingeratur ol. amygd. dulcium recens cum ſaccharo fino permiſtum vtriuſque ſit à ʒß ad ℥ij vel ℥iij. Sic enim vbi pauliſper à ſumpto hoc abſterſiuo quieuerint.

℞. Stercus de Vacca nigra adhuc calidum, indatur ollæ nouæ, & calcinetur, de quo exhibeatur ℈j vel ʒß modo nato infanti (Electoris Saxoniæ Secretum) tandem euomunt pituitoſam admodũ copiam impuritatum in vtero materno ante exitum collectarum, (ſi præſertim in ſpiritu ducto aliquid menſtrui hauſerint) quæ impuritates ſunt cauſæ multorum morborum in pueris, nominatim vero Epilepſiæ. Quod ſi non euomunt, per aluum ſaltem purgantur; deinceps vbi balneantur aliquandiu & in primis per tempus puerperij coq. in B. cortices ſalicis recentes. Sic nimirum non ab Epilepſia tantum, ſed etiam à tabe præſeruantur (ſpecificum in aridura puerorum.)

Spir. Antepilepticus puerorum (vide not. ad Croll.) Cuius gut. 6. 8. 9. cum aquis Epilepticis flor. tiliæ, rad. pæoniæ aq. hirundinum, ceraſorum, Lauendulæ. It. ceraſorum nigrorum cum aq. Langij Epileptica exhibitæ tum in paroxyſmo, tũ etiam poſt eundem mirificè puerorum morbum

tollunt, præſertim ſi in primo paroxyſmo exhibeatur.

## EPILEPSIA IN Adultis.

I. Præmittantur Vniuerſalia Vomitiua, Cathartica, imprimis ſpecificum purgans Paracelſi. Poſtea exhibeantur ſpecifica, qualia ſunt.

II. Epilepticum Crollij.

*Puluis Antepilepticus.*

III. Puluis Antepilepticus ex Cinnab. Antim. qui talis eſt: ℞ Cinnab. Antim. magiſt. Coral. perl. ana: Alius ℞. Cinnab. natiui pellucidi & ſplendentis ʒß, pulueriſa in marmore ſubtiliſſime: adde magiſt. Corall. perlar. ana ℈ij, Croci ℈j, fol. auri diligenter triti, ſuper lapidem, reduc in puluerem, cuius gr. vij ad xviij, in aq. ſalu. propinentur & ſæpius repetatur. Vide ſupra de ſudoriferis.

*Puluis Epilepticus magnarũ virium.*

Alius puluis Epilepticus magnarum virium. ℞. Cinnabaris Vngarici probè loti & depurat. ℔ß, imbibe cum ſpir. vitr. ℥iiij, ſcobis cranii humani nunquam ſepulti ℥ß, imbibe cũ ſpiritu vini, relinque in loco calido per 15. dies, & poſtea per retortã deſtilla liquorẽ, & illud quod reſtat ſeorſim ſerua. hinc ℞. ſcobis Vngulæ alcis ℥jß, Myrrhę rubrę ℥ß ſolue in ſp. ſalis, ſolutum à fęcibus ſepara & ſerua, poſtea ℞. croci ℥ß, cũ ſp. vini tincturam extrahe, liquores omnes ſimul miſce & in iis imbibe cinnabarim ante præparatam lotam & pulueriſatam, calore lento ſemper exſiccando, donec omnem liquorem imbiberis & in puluerem ſiccũ abierit. doſis à gr. ij ad 4. cum vino generoſo aut ſpir. vini vel aq. antiepileptica in, ante & poſt paroxyſmum.

*Spiritus cerebri humani.*

IV. Spiritus cerebri humani, qui ſic fit, ℞. Cerebrum

rebrum hominis iuuenis integri bene ſani (adoleſcentis infra annum 24.)& bonę cóſtitutionis violenta morte peremti, collige fruſtulatim cũ omnibus membranis, arteriis, venulis& neruis cum medulla ſpinæ tota, conquaſſa in mortario lapideo, & adde in cucurbita vel phiola potius capaci aquarum capitalium ſcil. flor. tiliæ, pæoniæ, betonicę, ceraſorum, lauendulę imprimis, adde diaphoretici in acutis ad ſupereminentiam 4. vel 5. digit. (plus quam de reliquis ſimplicibus aquis, addunt etiã ſpir. V.) claudatur hermetice vas, & relinquatur aliquandiu, per annum 1. 2. 3. &c. poſtea per cohobia deſtillatur ex B. roris, vt tota (aliquota) cerebri ſubſtantia ſimul tranſeat. Hanc aq. abjectis fæcibus curioſe ſerua. Ex fæcibus poſt ſextuplex cohobium calcinatis elice ſal, quem deinceps cum ſp. facto junge, & totum curioſe ſerua. Doſ. à ℈j ad ʒiij, in vehiculis conuenientibus.

NB. Si initio non addita eſt miſtura ſimplex propter defectum; poſtea phlegmate per B. leniter abſtracto, adde miſturæ ſimpl. partem dimidiam, & procede, vt monitum eſt. Doſ. à ℈j ad ʒiij.

V. *Hepata-Ranarum*, quæ ſic parantur: Collige hepata de ranis viridibus aquaticis (non terreſtribus) 40. quibus viuis jecinora exime & ſigillatim pone ſupra folia braſſicæ capitatæ ad eã partem, qua terram reſpiciunt, ita vt ſe inuicem contingant, poſtea in ollis devitreatis & recentibus (*Irdene Bratpfanne*) ſuperius tectis, exſiccentur ad lẽtum ignem, ita vt in puluerem tenuiſſimum teri poſſint, à foliis cautius ſeparata. Poſtea diuide puluerem integrum in 5. partes æquales & ſerua.

*Hepatum Ranarũ præparatio.*

Partem vnam exhibe patienti præmiſſis vniuerſalibus jeiuno ventriculo in hauſtulo aquæ vel ſpiritus appropriati, cũ luna ingreſſa eſt in cancro: Veſperi duabus horis à Cœna alteram partem, atque ſic conſequenter poſtero die mane tertiam, veſperi quartam; tertio die vltimam partem mane.

Vbi tamen obſeruandum, ſemper ante & poſt ſumptionem pulueris 2. horis ab omni cibo & potu eſſe abſtinendum. Si patiens præſertim adultus, poſt ſumtam hanc medicinã in fronte & temporibus ſudat, eſt teſtimonium operationis exquiſitæ. Itaq; ſi poſt 3. 4. & quintam exhibitionem ſudor prouocetur, vel in lecto, vel in laconico totius corporis, effectus ſperandi ſunt vberiores.

Caueant ſibi ab omni terrore, ab ira, ab aqua & igne, à vino, & ne videat Epilepticos cadentes: horum nimirum conſpectu morbus, qui vel diu latuit, vel iã ſopitus erat redire poteſt. Præterea etiam ab eiaculatione tormentorum. Præcipue vero ſtudioſe euitet omnes animi motus vehementes, ebrietatem tanquam peſtem fugiat.

Diæta & cætera 6. res non naturales conuenienti admodum ratione & modo obſeruentur, ne aliquid accidat, quod iſti curæ impedimentum aliquod afferre poterit.

NB. 1. Ranæ virides tantum & non aliæ accipiendæ ſunt & quidem viuæ. 2. hic puluis Menſe Maio, Iunio & Iulio vſq; ad medietatem Auguſti tantum confici poteſt, extra hæc tempora ranæ inutiles ſunt. 3. Cum exſiccata ſunt hepata, vt poſſint pulueriſari, folia braſſicæ capitatæ diligenter ſunt ſegreganda & poſtea hepata in mortario contundenda.

denda. 4. Hic puluis vltra annum non durat, ideoque ſingulis annis, ſi opus eſt, de nouo præparandus.

Vix poteſt dici quantū emolumenti ab hac medicina ſimplici accidat. Inſtituenda eſt cura in Iunio circa ſolſtitium, & ſi primo anno non correſpondeat effectus, altero anno hęc cura reiteranda. Hoc remedio reſtitutus eſt Fridericus IV. Palatinus, qui ab anno 15. ætatis ad 26. Ephilepticus fuit.

VI. *Amuletum ex frutice ſambuci in ſalice inuenti.* 1. diligenter obſeruetur, vbinam in ſalicib. præſertim antiquis ſubnaſcatur ſambucus, id quod ſæpe fit, præſertim in ſaliceris, vbi non procul ab iiſdem ad hortorum ſepes ſambucus plantata fuerit. Hic nimirum grana matura ab auibus leguntur, præſertim à pico. Picus nimirum excrementa ſua poſt comeſta grana ſambuci deponens ſuper ſalicem antiquum ( cui interdum innaſci ſolent aliæ plantulæ vel frutices, nominatim vero Amaradulcis, vrtica, Chelidonia) exinde quaſi primordia figit & ponit ſambuci exinde naſcētis. Picus autē quia Epilepſia laborat, hoc nobile periapton ad ſimilem morbum curandum facit. Colligatur frutex quolibet menſe, melius tamen in Septembri & Octobri, quando maturuerint grana ſambuci ante plenilunium diebus duobus, & reſeruetur vſui (ſeruari poteſt annos 12. ) teneriores ſaltem ſurculi ſufficiunt. *Amuletū Antepilepticum.*

Vſus talis eſt: ſeca ſurculum vnum tenuiorem in taleolas tenues, & quantum fieri poteſt integras. Earum 9. redigantur in nodulum vel ex linteo, vel ex ſerico confectum, & cum ſimplici filo lineo

*Das in demſelben Hauſe geſponnen vnd von dem Patienten*, licet parum referat. 4. Amuletum adpenſile collo vſque ad orificium ventriculi, vt recte nodulus eo pertingat. Applica vero hunc nodulum poſt Vniuerſalia exhibita ad mundificandum corpus quolibet tempore ſeu ante, ſeu poſt paroxyſmum. Nodulus relinquatur tamdiu, donec ſpōte ſua citra omnem vehementiam rumpatur filum, & nodulus videatur cadere, quem deinceps neque in ſe patiens, neque vllum animal nudis manibus vel pedibus tangat, ſed mediante aliquo inſtrumento vel forcipe, vel alio ſepeliatur ſubtus terram, eo in loco, vbi neque homines neque animalia pertranſire poſſint. Secus ſi tetigerit, morbus Epilepticus denuo inuadet eum: vel alios antea morbum non paſſos corrumpit, id quod ſtudioſe eſt euitandum. Hoc amuleto curari poſſunt & ij, qui longiſſimo tempore hoc morbo laborarunt.

A curatione deinceps diligentiſſime præſeruandi ſunt ab omnibus cauſis externis, alioquin huic morbo infeſtis, de quibus diximus in præcedentibus.

Nota: in adultis ſoleo ex maioribus ſurculis excauatis facere cannas, per quas tempore geſtationis amuleti omnem ſuum potum hauriunt.

VII. Spir. Vitriol volatilis duplex, de quo in notis ad Crollium (præſertim in adultis.

VIII. Laudanum Epilepticorum, de quo in opiologia & infra de Apoplexia.

*Radicis Pæoniæ collectio.* IX. Radix Pæoniæ maris nimirum, ſeu nigræ. Nam fœmina nullius efficaciæ, ſi ſuſpendatur de

collo

collo pueri Epileptici, morbus cedit, ſed radix effodienda eſt in Iulio luna decreſcente, ſole exiſtente in leone, in meridie & die ſolari.

X. Viſcus quercinus luna decreſcente inter duo Mariæ feſta, h.e. 15. die Auguſt. & 8. Septem. collectus: nobilior autem habetur illa pars, quæ quercui propior reſecta eſt. *Viſci quercini collectio.*

XI. Mixtura Antepileptica, quæ ſequ. m. fit: *Mixtura Antepileptica.*

*℞. ſpir. Vitrioli viridis ex Vitriolo & vrina puerorum ʒj ℈j.*
*cum aqua rad. pæon. & fl. til. ana ℥j.*

M. de hac mixtura exhibe in paroxyſmo membris conuulſis & contortis cochl. ß guttatim, & paulò poſt redibunt ad ſeſe recollectis ſenſibus, quo animaduerſo denuo aliquid exhibeto, atque ita tertiò; quod ſi quidem rediturus ſit paroxyſmus, vt fieri poteſt, eundem proceſſum repete. Poſtea confortantia cerebrum adhibeantur, ceu ſunt Magiſt. Corall. perlar. Cranij humani. Multum poſſunt hę Tabellæ. ℞. mag. Cranij humani ʒj (quod calcinatum primo, poſtea per aq. euaporatur, puluis inſtar magiſterij) gran. pæoniæ excortic. N° xvj, ſacch. in aq. theriacali ſolut. F. ſ.a. tabulæ, quarum vna atque altera tam mane ieiuno ventriculo, quam veſperi longe à paſtu & cœna exhibeantur.

Paroxyſmus Epilepticus inſtans, vt auertatur, æger ſigna quædam præſentiens ſtatim capiat pil. j. laudani antepilept. vel rotulam vnam antepilept. aut in horum defectu ol. ſuccini gut. j. & alteram.

Nares a. inungat Balſamo antapoplectico, aut balſamo ſuccini.

Præſens ſedatur modo ſequenti. Cadentis ori cuneus immittendus eſt, vt apertum maneat, nec linguam commoueat, alta voce inclamandus, nares conſtringendæ & ſternutatorio ſeq. irritandus:

*℞. rad. ellebori alb. ℥j,*
*Caſtorei,*
*Euphorb. ana ʒß.*

F. pulu. ſuffitus etiam fieri poteſt ex ſuccino albo.

Membra incuruata molliter ad rectitudinem reducenda, fricanda & continenda.

Fauces Extracto caſtorei, oleo ſuccini aut Mithridatio, Theriaca in aqua Epileptica ſolutis: nares autem & tempora balſamo apoplectico illinenda.

Et ſi ſuſpicio ſit, eam ob vitioſos humores in ventriculo collectos, & ad caput exhalantes fieri, vtile eſt excitare vomitum cum aq. Benedicta aut Vitriolo albo in aqua pæoniæ, in qua ſcobs viſci quercini bullierit, diſſoluta paroxyſmo ſedato, ſi metus ſit, vt mox reuertatur, clyſteres acres iniiciendi ad auertendos humores acres, alioſque in cerebrum irruentes.

Cucurbitæ item cum ſcarificatione humeris applicandæ, & ſi plethora adſit, vena ſecanda.

Quo facto ad radicis Epilepticæ exciſionem progrediendum, vbi præſcripta bona viuendi regula ad vniuerſalem totius corporis euacuationem perueniendum, obſeruatis hac in parte practicantium regulis. Nonnunquam vtile eſt admiſcere purgantibus Extr. ſcammonij, aquam bene-

dictam,

dictam, Extr. Ellebori nigri, & ſæpius præparatum corpus purgare Mercurio dulci, Mercurio vitæ, floribus Antimonij.

Hinc ad caputpurgia, & ad ea, quæ à proprietate conferunt, accedendum, non neglectis iis, quæ caput exſiccant, & maxime roborant.

*Tabula Antepileptica.* — *Tabula Antepileptica.*

*℞. rad. pæoniæ ʒj,*
*magiſt. perlarum,*
*Corallorum an. ʒjß,*
*magiſt. Cranij humani. ʒß.*
*Sacch. in aq. florum tiliæ ſoluti q. ſ.*

F. Tabulæ. Detur vna atque altera mane ieiuno ventriculo & veſperi longe à cœna.

Aqua Epileptica. ℞. Fl. lil. conuallium M ij, infunde in ſ. q. Vini generoſi, digere per 10. dies, vel donec habere poteris — *Aqua Epileptica.*

*Fl. Tiliæ recent. ℔ß,*
*pæoniæ ℥iij,*

diſtilletur in B. M. ad ſiccitatem, in deſtillato iterum infunde

*Rad. pæoniæ ℥j,*
*Diptamni albi,*
*Viſci quercini ana ℥ß,*
*Cranij humani præparati ℥ß.*
*Rad. pyrethri ʒß,*
*Caſtorei ℈ij,*
*Fol. Rutæ Mj,*
*Flor. ſtœchados Arabicæ,*
*Lauendulæ ana Piij,*
*Flor. Betonicæ Pvj,*
*Cubebarum,*
*Maceris ana ʒij,*

*Cinnamomi* ℥j,
*Scillæ præparatæ* ℥iij.

Digere iterum per 15. dies, hinc per alembicum in M.B. deſtillatur & aqua vſui reſeruatur. Doſis ℥ß, ad ℥j.

*Clyſterem in epilepſia vide in capite ſeq.*
*Balſamum vide etiam in capite ſeq.*

## APOPLEXIA.

In Apoplexia qualicunque inſignis eſt:

I. Spiritus cerebri humani de quo in Epilepſia.

II. Sanguinis arterioſi humani, ſpiritus, cuius vires inſigniter commendat D. Graſeccius Argentinenſis in libro ſuo de vita humana nuper edito Spiræ in quarto 1615. Germ. Vtriuſque operationes & vires vide ibid. in aliquot obſeruationibus ab ipſo habitis. Spiritum ſanguinis arterioſi vocat *Aq. benedictam*: ſpir. cerebri humani vocat *Aq. auream*.

## APOPLECTICOS excitant.

I. Mercurius vitæ iuſta doſi exhibitus: à crebris enim vomitionibus in robuſtioribus prima regione ventris expurgata, paulo poſt ad ſeſe redeunt, præſertim ſi Epithema fiat ad ſuturam coronalem ex ſuccino pulueriſato, & in ſacculū oblongiorem interpaſſatum conformato, prætereaq; in aqua Vitæ vel ſpiritu Vini cum pipere longo eſſenſificato, & cum ol. ſuccini gut. aliquot adſperſo, decenti ligatura ſuturę coronali impoſito multum prodeſt, ſi (in debilioribus ſcil.) præſertim vbi Mercurius vitæ non eſt exhibitus, enemata primo leniora, poſtmodum & acriora iniecta fuerint.

II. Ex-

flores cæruleos ſine calicibus & apiculis diligenter ſeparatos æquali pondere coniunge cum floribus lilij conuallium in idem vitrum, quod firmiter clauſum relinque vſque ad menſem Septembrem. Tandem per alembicum ex B. deſtilletur, & quæ primo loco egreditur aqua ſpirituoſa diligenter reſeruetur. Eſt nimirum pretioſa & tam præſeruando quam curando Apoplecticis prodeſt (reliqua etiam vſui eſſe poteſt, ſed tam virtuoſa non eſt, facit imprimis ad frictiones membrorum) Ex capite mortuo elici poteſt Sal. Hæc aqua diu durat & fragrantiſſima eſt. Doſ. cochl. ß vel j. per ſe etiam jß vel ij, pro ægri & morbi natura cum gut. vna atque altera ol. ſuccini ieiuno ſtomacho.

*Aqua Apoplectica alia.*

Aqua Apoplectica alia.

℞. *Fl. primulæ veris* ℔j,
*Lauendulæ,*
*ſtœcados Arabicæ ana* ℥j,
*Tiliæ,*
*bugloſſæ ana* ℥jß,
*Anthos,*
*Nymphææ ana* ℥ß.
*Rad. Pæoniæ,*
*Caryophyllatæ ana* ʒ x,
*Zedoariæ,*
*Macis,*
*Spicæ Indicæ ana* ʒiiij,
*Iridis Florentinæ,*
*Viſci quercini ana* ℥j,
*Galangæ,*
*Caryophyllorum ana* ʒvj,
*Pomorum citreor. recent. No.* ij,
*Raſuræ ligni ſaſſafras* ʒjß.

Fol. Ma-

*Fol. Maioranæ,*
*Artemiſiæ ana M*jß,
*Roriſmarini M*j,
*Sem. Fœniculi,*
*Sileris montani,*
*Pæoniæ,*
*Baſiliconis ana* ʒij.

Confractis & contuſis, craſſo modo affunde in matracio capaci.

*Aquæ roſarum* ℔j,
*Vini generoſi* ℔ij.

Simul per 3. dies vaſe bene clauſo digerantur, hinc adde recenter expreſſi ſucci ex foliis ſaluiæ ℥vj.

*Betonicæ,*
*Meliſſæ ana* ℥iij,
*Spiritus vini* ℔iij.

Denuo per 3. dies digeratur & deſtilletur in B.M. per alembicum ad ſiccitatem. Fiat ſemel cohobium. Hinc per ſe in cineribus vel B. aqua illa rectificatur, deſtillando 3. partes, quarta relicta & inferendo roſtro alembici,

*Moſchi,*
*Ambræ ana* ℈vj.

bombace inuoluta, tandem omnia in vitro bene clauſo ſeruentur vſui.

His omnibus poteſt annumerari diaphoreticum in peracutis præſertim, ſi cum eiuſmodi aquis appropriatis Apoplecticis mixtum exhibeatur, & ſudor prouocetur.

## *LAVDANVM ANTEpilepticum.*

*Laudanū Antepilepticum.*

♃. *Laud. noſtri ex ſulphur. vitriol. fact.* ʒj,

*Ol. Camph.* ℥ß.

M. & habetur Laudanum præſtantiſſimum, cuius vſus tam in paroxyſmo, quam ad curationem extra paroxyſmum, doſi ſæpius reiterata præmiſſis vniuerſalibus.

*Oleum Camphoræ verũ.*

## *OLEVM CAMPHORÆ verum.*

℞. *Camphoræ part.* j,
*argill. præparatæ & ſiccatæ part.* vj.

Contunde inuicem & miſce exacte, donec Camphora nullibi appareat. Ex maſſa forma globulos, quos in vmbra exſiccatos deſtilla in arena per retortam lutatam in Excipulum, quod continebit aliquid aquæ pluuialis deſtillatæ, & prodibit Camphora partim oleaginoſa, partim ſublimata, quæ tamen ſeſe ſoluit. Hinc diſtillato cum aqua, adde ſpir. Vini part. iij, & deſtilla per Alembicum igne lento. Ita ſpiritus Vini tenuiſſimum oleum Camphoræ transferet, quod ſeparatim ſeruandum, ſeparato ſpiritu Vini per ſeparatorium aut per MB.

## *ALIO MODO.*

Solue Camphoram in ſp. Antepileptico ex vitriolo & vrina puerorũ leni calore, & Camphora eleuabitur in forma olei ad ſuperficiem. Hoc ſeorſim collige, & cum terra ſigillata ſicca, & pauco aceto forma globulos, deſtilla ex arena per retortam & prodibit ſpiritus ſeu oleum Camphoræ valde fugax.

Apoplecticis proſunt ſaluiæ decoctum, Extra-

ctum

ctum eiuſdem, ſemen carui & Erucæ. It. ℞. aquæ vitæ q.ſ. granorum Iuniperi M ij, contundantur & macerentur in aqua vitæ per triduum, colentur-que, imponantur deinde ſaluia, pulegium & Na-ſturcium & ℨj Croci. Detur patienti, & ſtatim lo-quelam recuperabit.

Balſamus Apoplecticus.

℞. *Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem* ℥j,
*Ambræ griſeæ* g̃ xvj,
*Moſchi optimi,*
*Benzoin.*
*ſtyracis calamitæ.*
*Laudani optimi ana* ℈ß.
*Olei ſtillat. caryophyllorum gut.* xvj.
*Lauendulæ,*
*Ruthæ,*
*Anthos,*
*cinnamomi ana* ℈ß,
*ſuccini gut.*vj.

pulueriſatis optime cum oleo Nucis Moſchatæ in ſcutella aliqua argentea vel orichalcea cum pi-ſtillo quam optime vniantur, vt in corpus vnum abeant. Hinc admiſcentur olea deſtillata pede-tentim & Balſamus in vaſe bene clauſo ad vſum ſeruatur. Apoplecticis, Epilepticis, & vertigi-noſis prodeſt, ſi extremitates manuum, tempora & vertex eo inunguntur. Ratione præſeruationis ſingulis ſeptimanis bis aut ter ſaltem inunctio in-ſtituatur.

*Clyſter.* ad Apoplexiam, Epilepſiam, Paralyſin & Lethargum.

℞. *Rad. cyclam.*
*Colocynth. ana* ℨjß,

*aſar.* ℥j,
*elleb.nigr.præparati,*
*ſem.Carthami ana* ʒj,
*Centaurij minoris* ʒß.

Coque in ſ. q. aquæ ad ℔j. colaturæ adde mellis anthoſati ℥ij, & ſi æger robuſtus ſit Sal gem.ʒj. F. Clyſter.

Medicus Apoplecticum aggreſſurus ante omnia in principio conſideret, an in ægro adhuc ſigna & ſpes aliqua vitæ adſit, quibus cognitis ad curam ſeſe ſtatim accingat. Ægrum hinc inde agitare & membra eius fricare mandet, abraſis capillis verticem ſtatim inungat, & nucham balſamo ſuccini aut oleo eiuſdem, ſtatimque ſi os clauſum ſit, illud aperiat, apertum conſeruet, palatumque cum balſamo dicto aut Mithrid. aut Theriaca inungat, nares & tempora balſ. apoplectico.

Capiti ſæpius admoueat laminam vel tabulam ferream oportet calefactam vel etiam ignitam.

Per os ſi fieri poteſt, exhibeatur ſtatim cochl.j. aq. apoplecticæ, & ſi nimiam ſentit ſanguinis abundantiam, venam brachij immiſſo tamen prius clyſtere acriore aperiat.

Naribus item aliquid ex puluere per canalem vel culmum pyrethri elleborive inflet.

Vmbilico adhibeat aut Vnguentum Arthanitæ aut ellebori in forma cataplaſmatis, poſſunt etiam ratione reuulſionis cucurbitæ applicari dorſo, lumbis.

Natibus clyſter acris inijciatur, cui ʒß croci metallorum adiici poteſt vel ʒj bulliat in aqua vitæ & cum decocto apto iniiciatur.

Hinc

Hinc ad vomitoria aquam ſcilicet benedictam confugiendum, vbi notandum, quod in duplici ſemper quantitate, prout ſopitæ vires, exhibenda. Interim continuanda exhibitio aquæ apoplecticæ, quemadmodum & reliqua dicta medicamenta.

Poſſunt & Veſicatoria brachiis & pedibus, ſyncipiti item: interdum etiam ad primam vertebram Cauterium actuale non ſine commodo applicari poteſt.

Ægro reſuſcitato cura ſecundum Practicos inſtituatur.

Nota. Clyſteres non tantum ante venæ ſectionem, ſed & poſt eam conueniunt, primum ex emollientibus, & ſtimulantibus calidis, capitique appropriatis, mox etiam ex fortiter irritantibus, quæ quoque cum non retineant diutius, repetenda, eoque frequentius quo morbus magis vrget. Plat. tom. 1. pag. 47.

*Leuior* itaque talis ab initio exhibeatur.

℞. *Maluæ,*
*Mercurialis,*
*ſaluiæ,*
*rutæ,*
*pulegij an. M j.*
*Rad. ireos recentis ℥iij,*
*furfuris,*
*flor. Chamomillæ,*
*anthos an. p j,*
*ſem. carui ʒj.*
F. decoctum, in quo diſſolue
*mellis ℥j,*
*Elect. benedicti laxatiui ℥iij*

F

*ol. laurin.*
*rutæ ana ℥j,*
*Sal. ʒj.*
F.Clyſter.

*Fortior*, qui poſt primum, vel ſi malum vrge at ſtatim in principio exhiberi poteſt.

℞. *Rad. ireos recentis,*
*ſigilli ſalomonis,*
*Cyclaminis ana ʒi.*
*rutæ,*
*thymi,*
*ſaluiæ,*
*lauri,*
*pulegij,*
*origani,*
*Calaminthæ,*
*hyſſopi ana M j.*
*flor. ſtœchados,*
*anthos ana p. j.*
*ſem. Citri,*
*Cumini ana ʒij,*
*Carthami,*
*baccarum lauri,*
*juniperi ana ℥ß,*
*Agarici in panno ligati ʒij,*
F. decoctum, in quo diſſolue
*Hieræ Colocynthidos ʒiij,*
*mellis anthoſati ℥ij,*
*ſucci mercurialis,*
*betæ ℥j,*
*fellis tauri ℥ß,*
*ol. rutacei ʒij,*
*de caſtoreo ℥ß,*

Sal

*Sal fuſilis ʒj.*

F. Clyſter.

*Fortiſſimum* in Apoplexia:

℞. *Rad. ireos,*
*pyrethri ana ℥j,*
*aronis ℥ß,*
*ellebori ʒj,*
*rutæ,*
*ſaluiæ,*
*thymi,*
*Flor. Centaurij minoris,*
*naſturtij ana Mj,*
*Sem. Carui ℥ß,*
*vrticæ,*
*rutæ ana ʒj,*
*Colocynthidos in petias ligati ʒß,*
*anthos p. ij.*

F. decoctum, in quo diſſolue
*Hieræ colocynthidos ℥ß,*
*mellis ℥j.*
*olei, rutæ ℥iij,*
*Caſtorij,*
*Euphorbij an. ℈j,*
*ſalis ʒj.*

F. Clyſter.

## PARALYSIS.

In Paralyſi curanda etiam ea, quæ in Apoplexia enumerata ſunt, locum tenere poſſunt. Hic igitur mercurius vitæ, Enemata, aliaque purgantia, genus neruoſum reſpicientia, vtilia ſunt.

In loquela reſtituenda maxime ſatisfacit aqua Apoplectica, etiam cum ſanguine Turturis calente an. impregnata. Sic oleum aniſi guttatim

linguæ Paralytici adſperſum, loquelam reſtituit & reducit. Talis eſt aq.fl. lil.conuallium cum vino facta. It. Eſſentia caſtorei per ſp. Vini extracta, ſal perlarum, Corall. It. ſuccini mirifice iuuant.

Ad ſudores imprimis eliciendos vbi, quæ ab initio erant neceſſaria, omnia præſtita ſunt, præter hactenus enumerata ſingularis eſt virtutis in Paralyſi puluis ſeu magiſter. ex cinnab. antimon. & magiſterio perlarum & Corall. de quo ſupra de ſudoriferis & Epilepſia. Doſ. à gr. viij ad xij vel xvj. Sudores autem melius, imo optime in Laconico, ſeu in diaphoretico enumerato eliciuntur.

*Eſſentia foliorum Tabaci.* Inter externa maxime laudabilis eſt Eſſentia foliorum Tabaci (viridium) cum Maluatico facta (ſola infuſione ſine deſtillatione) ſi præſertim à præmiſſis ſudoribus membra paralytica hac Eſſentia diutius fricentur. Reſoluta nimirum membra facile reſtituuntur & redeunt.

Paralyſeos curandæ ratio plerumque à venæ ſectione inchoatur pręmiſſo clyſtere acriore, ſi ſcilicet ætas & habitus corporis conſenſerint. Hinc ad materiæ concoctionem & eductionen accedimus, vbi ſemper admiſceri debent aq. deſtillatæ primulæ veris, ſalu. aut meliſſæ aut Extr. ipſorum, & vel purgantia illis infundi vel extrahi poſſunt, adiectis gut. ij vel iiij ol. tartari per deliquium, ſtatimque inungatur ſpina oleo Chamomillæ ſolo.

Quod ſi citius & rectius curam abſoluere volueris, modo ſeq. progredere: ♃. Extr. ſcammonii gr. iij, florũ aut vitri antimon. gr. ij, tenuiſſime puluériſata miſce cũ ℥ij conſeruæ aut iij bugloſſæ, capiat mane cum cuſtodia. Si ad vomitum irritatur, detur iuſculum ad eum promouendum, pur-

gabitur

gabitur hoc modo æger per ſuperiora & inferiora: diebus duobus ſequentibus vtatur apozemate aliquo vel ſyrupo capitali & aperiente cum gut. aliquot ſp. tartari, aut in defectu eius tartar. vitriolat. ℈j. Hinc iterum dicto medicamento purgetur, à quo ſi forte propter vomitum abhorreat æger, F. infuſio ex Agarico cum radice ellebori nigri pulueriſati & Ialapi cum aq. fl. primulæ veris & meliſſæ, aut capiat Extr. Panchymagogi doſin: iterumque per 2. dies vtatur apozemate dicto vel ſyrupo aliquo magiſtrali appropriato. Eadem medicamenta repetantur ad 10. diem. Interim inungatur ſpina oleo Chamomillæ, cui parum petrolei ſit admiſtum. Hinc ingrediatur ſtupham, excipiatque vaporem ſeq. decocti ſuper ignitos lapides affuſi, & quam optime ſudet;

♃. *flor. ſaluiæ,*
*ſambuci,*
*lauri,*
*roriſmarini,*
*Chamomillæ,*
*meliſſæ,*
*ſtœchados Arabicæ.*

decoque in aceto vini, ęger commoretur in ſtupha ad horam 1. aut quantum vires permittent: antequam egrediatur, aſſumat Mithridatij ℥ß, cũ gut. iij. aut v. ſpir. tartari, aut ſolum aſſumat Mithridatium. Poſtquam egreſſus fuerit linteis calidis ſudor omnis exſiccetur, & in lecto quieſcat per horam ſemis; ſpina vero inungatur Galbaneto Paracelſi, quod fit modo ſeq. ♃. Galbani ℔ß, inde in cucurbitã ſatis amplam, & ei affunde ſpiritus Terebinthinę ℔j. digerãtur in loco calido per 8. dies, *Galbanetum paratum.*

poſtea per Alembicum ex cucurbita non nimis alta deſtillentur ad ſiccitatem, quod ſi odoratius & præſtantius deſideres, rectifica ab aromatibus nuce moſchata & Canella. Eodem balſamo omnia membra paralytica inungi debent: facta inunctione imponatur radix ſymphyti maioris in aqua communi ad pulticulam cocta inſtar cataplaſmatis. Cataplaſmatis applicatio & inunctio repetatur veſperi, præmiſſa partium affectarum cum panno aſperiore frictione, & adſperſo poſt frictionem ſpiritu tartari, aut fricentur membra intincto linteo in ſpiritu tartari, poſt inungantur, & applicetur cataplaſma. Interim in quotidiano vſu habeat æger conſeruã anthos & fl. ſaluiæ, ſtœchados Arabicæ cum Mithridatio extr. aut puluere caſtorei, confectione Anacardina cum paucula ſolutione perlar. & auro potabili. Continuetur Balneum per 14. dies ſingulo mane, aut ad minimum de biduo in biduum. Interim vtatur diæta tenui & bibat decoctum Guaiaci & Hydromel loco potus.

Si Medico proponatur Reſolutus, qui membrum vnum tantum habeat reſolutum, illud reſtituat modo ſequenti

*℞. Summit. origani,*
*fol. querc.*
*bacc. iuniperi ana M iiij.*

Conorum abietis N° IX. cum aq. communi coque ad craſſitiem. Cum his herbis membrum foue, donec frigeſcant. Hinc linteo calido diligenter abſterſa aqua inungatur ſeq. mixtura:

*℞. Spir. Salis,*
*Vitrioli,*
*& therebinthina ana.*

M. di-

M. diligenter, guttatim infundendo ſp. Terebinthinæ. Repetatur eadem inunctio bis in die & reſtituetur membrum, ſæpius quoque in die rotulas ſeq. aſſumere debet.

*℞. Lilii convallium*
*flor. lavendulæ an. ℥iiij,*
*ſacch. alb. ℥v.*

Coque ad perfectionem. Inde remotis ab igne adde ol. ſuccini rectificati ℈j, Extr. ſalviæ ʒij, aut ol. ipſius ʒß, agitentur piſtillo & fiant ſ. a. rotulæ.

Præſtat quoque in initio Paralyſeos facere Embrochationem cum ol. copioſo. It. balneum ex lacte & oleo ſolo, vel ex lacte cum aq. mixto vel hydreleo.

Vtile quoque eſt in omni Paralyſi ad excitandum ſudorẽ in balneo vel lecto aſſumere ſeq. pulverem. ℞. Cinnab. antimon. in deſtillat. butyri antimonij in collo retortę collecti q. v. pulveriſa atque in cucurbita vitrea ſublima. Hinc *Pulvis antepa-ralyticus.*

*℞. Cinnabaris huius ter per ſe ſublimati part. j.*
*Magiſterij, Corallorum, perlarum an. part. ß,*
*Oſſium human. uſtor. part. ij.*

M. Doſis ʒß, in aq. Senecionis vel Cardui bened. repetitis vicibus exhibeatur.

## PARALYSIS EX COLICA.

Huius curationem vide in Theſibus meis Medico-Chymicis diſput. 1. pag. 19. Cuius hæc ſumma: Non diu hic cunctandum, morbus enim temporis ſucceſſu fit incurabilis, qui cæteroquin præceps eſt.

Purgantia vehementia, quæ nimirũ ægrũ con-

vellunt, prorſus euitanda ſunt: materia tamen ſubduci poteſt Extr. Eſulæ, ſenioris nigræ in iuſta doſ. Materia ſubducta quotidie (donec ſucceſſus reſpondeat) ieiuno ventriculo detur ſpir. tartari g̃xx. vel xxv. Hinc tertio quouis die ſudores prouocentur.

Decoctum ſaſſafras multum hic poteſt. Iuuat nimirum ventriculum & inteſtina, vnde mali initia.

Dentur quoque quotidie rotulæ confortantes: membra affecta primum linteo aſperiore fricentur, deinde ſp. tartari aſpergantur, tandem Balſamo Galbani Terebinthinato inungantur quotidie ter, ab inunctione qualibet rad. ſymphyt. maior. in aq. fontan. decoctæ, linteoq; in formam cataplaſmatis ſuperinductæ membris inunctis calide applicentur, reliqua naturæ committendo.

## MEMORIA.

*Puluis Trithemij ad memoriã.* In memoria deperdita reuocanda, præſertim apud ſenes multum prodeſt puluis Trithemij, ita vocatus (vide miracula Chymica Mülleri p. 117. Ruland. cent. 5. p. 100.)

*℞. Macis,*
*Cubebarum,*
*Caryophyllorum an. ℥vj.*
*Fol. Sennæ,*
*Cryſtall. tartari,*
*Zinziberis,*
*Chamæpityos an. ℥v.*
*Rad. calami aromatici,*
*gentianæ,*
*Sem. Cumini,*
*ſileris montani,*
*aniſi,*

*ämeos,*

*ameos,*
*dauci,*
*petroſeleni,*
*ſpicæ nardi Indicæ an.* ℥ß,
*mag.Corallorum,*
*perlarum an.*ʒij.

Redigantur ſ.a. in puluerem,doſis ʒj, quem accipiat primo menſe mane &veſperi ante cibum horis 3. in vino vel etiam brodio; ſecundo menſe tãtum mane: tertio menſe mane ter in hebdomade; quarto menſe bis in ſeptimana,& ſic deinceps per aliquot menſes.

2. In memoria confortanda & reſtauranda mirifice valet aqua Magnanimitatis repetenda ex medullæ deſtillatoriæ parte ſecunda Conradi. Elegantius valet,ſi cum ea extrahantur ſpecies Anacardinæ, cuius eſſentiæ g̃iij.iiij.v.vj.in ſeptimana ſemel, bis vel ter exhibitæ in vino vel aq.lauendulæ vnice proſunt. *Aqua Magnanimitatis.*

NB. In bilioſis & ſiccioribus hac aqua circumſpecte vtendum:valde nimirum exſiccat:rarior ergo eius vſus eſto in eiuſmodi hominibus, qui in Melancholicis & pituitoſis potiſſimum tutior eſt.

3. Inſignis eſt liquor lunę de quo ſupra in Deſipientia.

## SOPOROSI AFFECTVS.

In ſopore,Caro,veterno,comate,vigiliis, Cataphora, ſiphyla ſtricta,id eſt, noctambulonibus.It. Incubo in tremore,ſtupore, cæteriſque vitiis cerebri, præter illa quæ hactenus enumerata ſunt, potiſſimum prodeſt Liquor lunæ, ſupra in deſipientia deſcriptus, cuius excellentia in eiuſmodi caſibus ſatis commendari nequit.

NB. Sternutatoria in eiuſmodi caſibus eſſe neceſſaria, itaq; in curationibus iſtorum morborum ſternutationes ſunt ſæpius prouocandæ.

Prodeſt litus ex oleo caſtoreo cum ſucco rutæ, fœniculi. It. ℞. ſucci apij, acet. fortis q. ſ. & cum puluere caſtorei F. Emplaſtrum & capiti abraſo ſuperpone.

## VIGILIÆ.

*Pedilauium.* 1. In vigiliis immoderatis vſitata ſunt mihi pedilauia, præcipue vero hoc, quod

℞. *fol. ſalicis,*
*lactucæ,*
*nymphææ,*
*violariæ an. M j,*
*Chamomillæ,*
*betonicæ an. M ß.*

Capit. papau. alb. ſine ſemin. N° 5. 6. vel 7. Inciſis capitibus reliqua bulliant in aqua fluuiatili. Hoc decocto primum madefiant tempora & manus, ſponte exſiccandæ, tandem pedes per ἐγκάθισμα abluantur: ſomnum iucundiſſimum producit, præſertim ſi aliquot diebus veſperi ante ingreſſum lecti illud vſurpetur.

2. Multum prodeſt Laud. opiat. intro ſumtum doſi certa & exquiſita. Vide opiologiam.

Valent item Epithemata ad caput, ex ſemine anthos, aniſi, fœnic. & papaueris alb. in aqua decocta & fronti impoſita ſeu temporibus.

## PEDICVLI CEREBRI.

In pediculis Cerebri 1. proſunt purgationes cerebri partim à vulgaribus, (v. g̃ pilulis cocciis) partim à ſpecifico purgante Paracelſi.

2. Sternutatoria aliquoties ieiuno ventriculo exhibita,

3. Ver-

3. Vermiculos enecant ſuffumigia ex candelis, ex cera & cinabrio puluerifato confecta. Fumus autem excipiendus eſt in loco anguſtiori, emoriuntur vermiculi ab hoc fumo.

Citius cura abſoluitur, ſi quotidie poſt ſternutationes aliquid de mercurio dulci in axũgia capi diſtemperetur cum turundis in naribus geſtetur.

NB. In pediculis totius corporis, tum ex hoc, tum veſtimentis abigendis valet cingulum ſapientiæ Rulandi, quod ℞. nigrediuẽ mercurij ex eius præparatione cum ſp. Vini nimirum agitando in eundem ſpiritum vini, depoſitam q. ſ. Miſcetur cum pulpa pomorum aſſorum, vt fiat inſtar Vnguenti. ℞. deinde linteum in faſcias inſtar cinguli affabre ſectum & in Extracto liquido croci aliquoties imbibe & ſicca. In duas tales lacinias Vnguentum iſtud in forma Emplaſtri extendendum, tandem ab altera parte exteriore corium ſubtile adapta, & cingulum nudo corpori circa lumbos applica & geſta. *Cingulũ ſapientiæ Rulandi.*

## VERTIGO.

In Vertigine, præmiſſis vniuerſalibus, ſpecificus eſt puluis ex cinabrio natiuo confectus, cuius deſcript. habet Quercet. lib. de capitis affect. circa finem.

Stercus pauonis abſque omni præparatione in forma pulueris cum ſaccharo mixtum & exhibitum doſ. ʒj. vel ʒß. Vertiginem etiam inveteratam curat. idem ibid.

## CONVVLSIO.

Eadem hic valent, quæ in Epilepſia.

## IECTIGATIO.

1. Hæc curatur Vomitoriis aq. Bened. mercur.

vitæ tanquam vniuerſalibus primum.

2. Poſtea confortantibus ventriculum, imprimis v. ſp. Vitriol. philoſophico.

3. Ad membra jectigata & imbecillia proſunt Laconica ex herbis (imprimis rubo idæo bis radicato) capitalibus, vel ſudatorium cum ſp. vini, quod maxime prodeſt.

Interdum ad confortationem exhibenda Magiſteria Corallorum, perlarum. It. lapis Bezoar & Balſamus vitæ.

## CATARRHVS.

*Aqua ſerpilli.* In omnibus Catarrhis & defluxionibus tum prohibendis, tum etiam caput ab iiſdem præſeruandis prodeſt aqua ſerpilli cum vino deſtillata, eiuſque particula quotidie ſumpta doſ. cocl. j. ij, pro ratione ægri. Illa ſic fit : ℞. ſerpillum cum flore matutino tempore ante exortum ſolis decreſcente luna collectum, inde in particulas minimas ſuperfuſo Vino generoſo albo in ſole aliquandiu, poſtea per Alembicum deſtilla in B.

2. Prodeſt Vinum Medicatum ſequens. ℞. rad. Caryophyll. ʒ vj. rad. acori ℥iiij. pulu. ſambuc. M ß, fol. maioran. M j. Vini ℔xvj, exhibeatur pro potu communi.

2. Catarrhum quemuis ſiſtit ſacculus ex ſuccino & ſp. vini paratus, de quo ſupra in Apoplexia. Huius itaque vſus eſt magni momenti in catarrho ſuffocatiuo. It. ex Chamępithy. pulueriſato ol. ſuccini aſperſo.

4. Catarrhos tenues delabentes ad partes interiores, præſertim pectus, feliciter ſiſtit laudanum opiatum, ſub ingreſſum lecti exhibitum.

*Amuletū in catarrho.* 5. Præſentiſſimum in Catarrho remedium extat in

tat in Amuleto radicis verbaſci virginis, h.e. quod per eam æſtatem non floruit, quando colligendum eſt. Colligitur autem in die Veneris (ex his in vltima Veneris die optime luna decreſcente) ante exortum Solis à 15. Auguſt. vſque ad 8. Sept. luna decreſcente: poſtea radix purificata exſiccatur in loco vmbroſo. Eius particula in auro ligata & collo poſtea appenſa mirifice contra omnes catarrhos qualeſcunque corporis præſeruat. Fœminis non prodeſt, conceptum impedit, quamdiu geſtatur, qui ea remota reſtituitur. Vide Dodonæum. Radix quo rectior, eo melior in parua quantitate.

## CATARRHVS SVFFOcatiuus.

Inter fluxiones, quæ à capite ad partes ſubiectas fiunt, nulla periculoſior illa, quæ ad pectus & cor fit, adeo interdum vehemens, vt hominem ſubito è medio tollat. Vnde huic ſtatim occurrendum abſque omni mora. Hinc Medicus vocatus, ſtatim præſente magna ſanguinis abundantia, præmiſſo Clyſtere forti eoque reddito venam ſecet, fumum in cubiculo excitet è Maſtiche, thure, ſuccino per vices & acet. roſaceum ſuper lapidem ignitum effundat:

Capiti raſis capillis applicet Emplaſtrũ ſequẽs.

℞. *Emplaſtri contra rupturam* ℥. ß,
*gummi ammoniaci* ℥ß,
*maſtichis*,
*ſuccini ana* ʒj.
*myrtillorum* ʒß.

M. ſimul & F. Emplaſtrum rotundum, futuræ coronali applicandum;

Nares inungat Balſamo ſuccini, & vt æger ſedeat in lecto, imperet; Exhibeat deinde ſyrupum ex aqua benedicta & paulo poſt acet. theriacale vel ſcilliticum deſtillatum cum radice iridis Florentinæ. Accipitur ſc. ℔j. acet. ſcillitici pulueris rad. ireos Florentinæ ℥ij. ſimul per alembicum ad ſiccitatem deſtillando, impoſito roſtro alembici nodulo ex radice dicta. Accipiat item boli armeni loti in aqua roſarum ℈ij, cum ſyrupo de roſis ſiccis & puluere diatragacanthi frig. ad ʒß. Sequens item gargariſma in vſum vocetur.

*℞. ſyr. papaueris,*
*diamor. ana ℥ij,*
*Vini granatorum ℥ß,*
*aq. plantaginis,*
*ſcabioſæ an. ℥j.*

M. Hinc ad materiam concoquentia Apozemata, Syrupos, magiſteria & Electuaria confugiendum.

Materia cocta repurganda tum iis, quæ ſentinam in toto corpore reſpiciunt, tum iis, quæ caput ab humore liberant, qualia Errhina, ſternutatoria, Apophlegmatiſmi, Gargariſmi. Palmam inter hęc obtinet nigella Romana ſi ſubtiliſſimè puluerifata cum aq. maioranæ è vola manus in nares attrahitur: imò hæc ſæpius odorata proprietate occulta confert in quauis deſtillatione capitis.

Quæ caput confortant, ſunt vel Electuaria vel conſeruæ florum anthos, ſtœchados, roſarum vel cum puluere diamoſchi dulcis, oxymelle ſcillitico & oleo nucis moſchatæ miſta, aut rotul. cum ſpeciebus dictis & cum ol. ſuccini & ſaccharo in aq. fl. ſambuc. ſoluto, quibus addi poteſt flor. Sulphur. ʒj, vel altera. Poſſunt quoque ad præcauendum fluxum

fluxum humorum ſubitaneum in ore noctu præſertim inter dormiendum tempore ſtillationis detineri orbiculi ſequentes.

*℞. ſpicæ nardi ʒj,*
*maſtich. ʒij,*
*ſacch. ℥ij.*

C. ſyrup. de roſ. ſiccis F. orbiculi ſimiles lupinis.

Exterius admoueantur ſacculi vel pileoli capiti, qui recipiunt ea, quæ caput roborant, & materiam exſiccant.

*℞. flor. meliſſæ,*
*maioranæ,*
*betonicæ,*
*ſummit. origani ana M ß,*
*Nuc. moſchatæ,*
*Caryophyll.*
*Benzoin. ana ʒiij,*
*Croci,*
*macis an. ʒj ß,*
*thur.*
*maſtich. an. ʒiij,*
*roſar. rubr. p ij.*

In puluerem groſſum redacta ſerico rubro includantur, ac inſuantur. F. pileolus.

Aut ſi æger hoc medicamentum recuſet, puluis ſyncipiti inſpergatur è maſtiche, thure, ſuccino, gallia moſchata. Excipiatur linteo, quo caput tegatur: linteum ſæpius perfumetur & capiti applicetur. Vel

*℞. maſtichis,*
*olibani an. ʒij,*
*thymiam,*
*benzoin. an. ʒj,*

*ſuccini* ℥ß.

Tacamahacæ q.ſ.ad incorporandum.

F.Trochiſci pro fumo.

Proſunt & hic poma odorifera ac Balſamus apoplecticus naribus illitus.

Quod ſi medicamentis dictis non cedat catarrhus ; parti capitis anteriori tonſæ veſicatorium admoueatur , veſica rumpatur & per diem vnum & alterum aperta ſeruetur , tandem conſolidetur: non neglectis interim,quæ ad catarrhum exterminandum faciunt medicamentis.

Alij candens ferrum vel cauterium potentiale applicant,vbi digitorum maximus deſinit, capitis parti anteriori paſſa manu eius radice ſeu pollice extrema naſi radice admoto.

## OCVLORVM AFFECTVS.

### *STRABISMVS.*

Strabiſmus recens(inueteratus enim non curatur) in pueris ( vniuerſalia pro humore peccante præmittuntur ) corrigitur , ſi larua faciei applicatur foraminibus ad locum oculorum perforata, vt per ea radios viſiuos emittat patiens, vt propter ſitum ipſorum radij viſiui ad genuinum oculorum ſitum reducendi conformentur : opus tamen eſt accurata diligentia , in hoc recte perficiendo.

### PARALYSIS OCVLI.

Paralyſis oculi raro occurrit ſine reſolutione aliarum partium : ſi tamen ſola , vix curatur : & ſi cum reliquis partibus, vt in Hemiplexia, cura eadem inſtituitur,quæ in paralyſi communi.

## VISVS IMBECILLITAS & Caligo.

Ad viſus imbecillitatem & caliginem, ſpiritusque viſiuos confortandos, cerebrum humoreſque ipſius rectificandos, præmiſſis vniuerſalibus mirificè prodeſt Euphraſia dextre parata. Vulgo vtuntur eadem in infuſo vini in quotidiano victu cibis admiſta. It. in conſeruis, aliiſque formulis. Præſtat ipſius eſſentia Chymicè extracta gr 2.3.4.5. It. Sal eiuſdem crebris ſolutionibus & coagulationibus, præſertim ſi cineres ab initio cum Sulphure ana calcinati fuerint ſine igne (h.e. ne fluat in tigillo) ad ſummam puritatem deductum & in vſu ſali menſario admixtum. Sic Euphraſiæ arcanum præſtantiſſimum eſt in viſu recuperando gr 2. ad 5. hinc vere *Augentroſt*, dicitur. *Verbenæ vis in affectibus oculorũ.*

2. Aqua quoque eſt efficax, quæ fit h.m. *Aqua ocularis interna.*

♃. *fol. Euphraſiæ,*
*Rutæ,*
*verbenæ,*
*fœniculi an. M* j,
*ſummit. roriſmarini,*
*ſaluiæ,*
*fl. roſ. an. p* j,
*bacc. juniperi* ℥j.
*Caſſiæ ligneæ* ℥ß,
*ligni aloes* ʒß
*ſem. fœniculi* ʒij
*ſileris montani* ℥j
*rutæ* ʒß.

Infunde c. vini Maluat. ℔ vj, macerentur per quindenam, poſtea deſtillentur. Huius cochl. ß,

vel j, mane, jejuno ventriculo ſumtum viſum eleganter confortat.

*Aqua ocularis externa.* Externa: eſt aqua Ocularis cum Vitriolo albo confecta, h.m.

*℞. lapidis ſciſſilis Shiferſtein in fruſta contuſi* ℔ß,
*aquæ fontanæ claræ vel pluviæ, quæ præſtat* ℔iiij,
*Vitrioli albi* ℥j,
*ad ſummum vel* ʒ vj,

Coque ebulliendo in olla, & inter coquendum ſpumam diligenter remoue ad caſum 2. digitorum tranſuerſorum, poſtea per filtrum mitte, & vaſe bene clauſo ſerua. Vſus quotidanus eſt immittendo in oculum manè & veſperi guttas aliquot.

2. Ad externos vſus, it. in glaucomate mirifice commendatur aqua deſtillata ex fellibus piſcium præſertim Lucij piſcis. Vide infra vngues, nebulę & pterygia oculorum.

## DIVVLSIO ET RVPTIO pupillæ.

In diuulſione & ruptione pupillæ, item corneæ omniũ optima eſt aqua, quæ fit ex albumine ouorum. It. ex Cancris & Chelidonia, de quibus in notis ad Baſilicam Crollij.

## ALBVGO ET NEBVLA.

In Albugine & Nebula, præter illa communia cuiuis nota egregie valet pinguedo ex hepate Muſtelæ Germ. *Quappen, Aalrappen.* Laua ex vino, & ſtatim ita implẽtetur vitro, ne fundũ & parietes ipſius vitri tangat, ſed libere in eodẽ pendeat. Vitrũ optime claudatur, & exponatur ſoli aliquãdiu & hepar ferme totũ in pinguedinẽ flauã deſtillat,

*Pinguedo hepatis muſtelæ.*

quam

quam collectam ſerua. Vſus eius eſt externus tantum, inungendo palpebras eundo cubitum. Fortius operatur, ſi intro in cibis aliquoties exhibeatur puluis ille de carduis minoribus pratorum *Heydediſtel.*

## PHLYCTENÆ.

In Phlyctenivalet Aqua Vitrioli albi.

## VLCVSCVLA Oculorum.

In Vlcuſculis hinc (ex phlyctenis ſcilicet natis) valet Aqua ex albumine ovor. infra de vngue, nebulaque oculorum.

## CARCINOMA oculorum.

In carcinomate oculorum nihil melius eſt puluere illo cuticularum in ouis, è quibus pulli excluduntur, ſimpliciter inſperſo. Cætera fiant, vt in Cancro.

## EPIPHORA.

In Epiphora vel Ophthalmia præſtat Periapton ex radice maluæ ſimpl. (præmiſſo caputpurgio & auerſionibus debitis) Radix colligitur, quando Sol præciſe eſt in ſcorpio effodiendo illam ſubtus cum exortu ſolis, ita vt radix primum denudetur ad latus fodiendo, poſtea planta tota ſubtus eruatur. Applicetur radix illa ad nucham alligando vel appendendo. *Periapton ocularæ.*

## OPHTHALMIA.

In Ophthalmia mihi vſitatum eſt applicare ad nucham cęteris paribus, farinam Erucæ *Senffmehl,* in ſacculo interpaſſato & cum vino coctó repetitis vicibus eundem calide è regione oculi patientis apponendo. Mirabiliter nimirum ab oculo

verſus nucham trahit, quod ſi veſicæ ab hac applicatione fuerint excitatæ illæ aliquandiu ſeruantur aut rumpuntur, ſuperimpoſito folio braſſicæ vel hederæ, poſtea cum mucilagine ſeminis cydoniorum in aqua plantaginis, extracta curantur. Oculus vero fouetur vel cum lacte muliebri, vel cũ Sieff albo, ſeu opio in aqua roſarum diſſoluto. Soleo ſubinde externe oculo applicare ſacculum cum floribus Chamomillæ repletum.

*Aqua florum Cichorij.* In Ophthalmia & pleriſque oculorum affectibus ſecreta eſt aqua ex florib. cæruleis de cichorio, quę fit hoc modo. Collige flores Cichorij, quando ſol leonis principium obtinet, recentes in vitrum inde, & illud replendo, etiam fortiter, quantum fieri poteſt comprimendo, poſtea orificium diligenter claude (ſubere vel veſicula quintupla) & circum circa applica farinam ſubactam, ex qua panis pinſitur, ita vt 3. vel 4. digitos æquet. Tandem in clibano pinſe inſtar alterius panis, ſed tantum maſſa illa eſt ſuper aſſerculum in clibano ponenda (ne rumpatur vitrum) & pro coctione fortiori relinque, donec panis eximatur, proſpice tamen, vt hæc maſſa bene cocta ſit. Exime & exprime & inuenies flores in aquam rubentem & pinguiuſculam conuerſos. Hanc deſtilla per alembicum ex B. (aqua hæc niſi deſtillata non ſeruatur) & hac in affectibus oculorum tantum palpebras externe ſingulis diebus bis illine (ituro cubitum & mane) albugines, nubeculas, vngues, ſuffuſiones, caligo, imo ipſa cæcitas mirificè tolluntur.

## DOLOR OCVLORVM.

In doloribus oculorum folia Nicotianæ applicentur.

centur

centur,opiata hic vitanda externe,interne tantum dari poſſunt.

## HORDEOLVM.

In hordeolo hordeum jeiuno ventriculo ſæpius maſticatum applicetur.

## PROCIDENTIA Oculi.

In Procidentia oculi (vt & ani) ℞. ſcarabæos in ſtercore equino natos, mortifica in vitro clauſo,ad Solem bene exſiccentur, & F.puluis tenuiſſimus,qui ſeruetur vſui : poſt mollificatas partes aſpergatur tenuiter & fiat dextra repoſitio. Vide infra de procidentia ani.

## LACRYMÆ.

In Lacrymis ℞.*Cort.granatorum* ℨiij *vel* ℥ß,
*lapid. hæmatitis* ℨj *vel* ℨjß.

Cortices coque in aq. roſarum , colentur ſæpius, poſtea in colatura lapidem pulueriſatum terendo diſſolue. Hæc compoſitio applicetur oculis in petiis ; alioquin etiam applicant ſacculum ex flor. Chamomillæ. vide Platerum in praxi.

## PVSTVLÆ ET MACVLÆ Oculorum.

Ad Phlyctenas, puſtulas & maculas oculorum: fel anſerinum,gallinarum & piſcium ana part.æq. vitro inde , adde mellis modicum. F. linimentum, quo oculi inungantur.

## FISTVLA OCVLI.

Ad Oculi fiſtulam.
℞. *Sulph. viui,*
*acet. fortiſſimi,*

*aluminis,*
*ſalis an.* ℥j.
*rad. lapathi acuti rec.* ℥ß.

F. Vnguentum.

## VNGVES, NEBVLÆ, pterygia Oculorum.

*Specificũ Lucij piſcis.* Ad vngues, nebulas, pterygia oculorum feliciter adhibetur ſpecificum Lucij piſcis. ♃ fellis Luciorum, q. v. deſtilla in cucurbita vſque ad craſſitiem, in aqua deſtillata ſolue aliquid camphoræ & poſtea ſerua. Craſſitiem relictam extrahe cum ſp. Vini & ſp. V. viciſſim ab Extracto per deſtillationẽ ſepara. Huius Extracti & aq. Saturn. an. gj, diſſolue in prioris aquæ gut. 3. vel 4. ac cum pluma in oculum mane & veſperi immitte, videbis felicem progreſſum.

*Aqua albuminis ouorum.* Alia aqua ex albumine ouorum præſtantiſſima præparatur, quæ qualiacunq; vulnera citra aliquã cicatricem conſolidat, eſtq; magnarum virium. Coquantur oua ad duritiem, dein per medium diſſectis (*Vngeſchelet*) ouis eximantur vitelli, poſtea cum quibuſdam albuminib. ad duritiem coctis & tenuiter quaſi in pultem cum cultello ſectis cauernas reliquorum ouorum comple, partibuſque debite coniunctis & filo colligatis in cucurbita præciſe in medium ex filo ſuſpende, ne ſpondilia ab iis tangantur. Obſtructo orificio cucurbita in MB. collocetur & coquantur, videbis albumina ſecta paulatim in liquorem deſtillare, quem probe ex fundo cucurbitę collectum (eſt nimirum ſatis exiguus) ad vulnera oculorum recentia cum pennæ pluma ſæpius applica.

Ad reliqua quoque attende, quæ ab inflamma-

tionibus

tionibus externis oculos muniunt : non dubium eſt, quin quauis oculorum vulnera violenter impreſſa, præſertim ſi ſolutio continui adfuerit (modo cryſtallinus humor cum retina tunica non læſus fuerit) citra viſus perditionem ſanari poſſint.

## INFLAMMATIO
### Oculorum.

Ad oculorum inflammationem, dolorem, Epiphoram.

*℞. aquæ roſarum,*
*Euphraſiæ,*
*verbenæ ana ℥ß,*
*tutiæ præparatæ ʒj,*
*matris perlarum ſubtiliſſime pulueriſatæ ʒij.*

M. & vſus tempore præcipue miſce probe inſtillando parum in oculum, nec non petias ex miſtura illa madentes extrinſecus applicando.

Principio ſiue à cauſa calida, ſiue à craſſis & flatulentis ſpiritibus nata ſit Ophthalmia, præmiſſa euacuatione per clyſterem ſeu lenitiuum purgans, venæ ſectio aut cucurbitulæ ſcapulis applicandæ.

Hinc ſtatim ad corporis euacuationem die ſequente properandum, & ad pilulas coccias & Lucis accedendum.

Interim ſtatim collyrium in oculos mittendum, ſolum ſcilicet lac muliebre recens mulctum cum aqua plantaginis & pauco croco; Hoc nimirum humores ab oculo repellit, antequam vero applicetur, prodeſt lauare oculos decocto fœnugræci, aut applicare pomum coctum cum pauco fœniculo ſub cineribus in forma Cataplaſmatis. Repetatur lotio & cataplaſmatis applicatio, dictiq; collyrij immiſſio ſæpius. Hinc ad alia collyria & Ophthalmica properandum.

Quod ſi affectus hic per interualla reuertatur, purgetur patiens cum ſublim.cum ſol.aliquoties.

*Mercurio ſublimato.*

Hinc Vena ſecetur & adhibeantur ſequentia Ophthalmica.

Occipitio quoque ſetaceum ſeu cauterium applicetur, aut fiat Fontanellum in brachio. Nam hoc maxime ex capite & oculis reuellit & ab ophthalmia præſeruat.

*Hypochyma.*

Si vero *Hypochyma* adſit incipiens (facta nimirum ſuffuſio & confirmata, ſolius ocularij Chirurgi ope curari poteſt) niſi adſit plethora, vena ſecanda non eſt, ne refrigeretur cerebrum & poſtea materiam largius cumulet, & in oculum tranſfundat: ſed potius materia concoquenda eſt & educenda, viſus & caput confortandum & ne vapores è ventriculo ad caput aſcendant, cauendum. Vnde pulueres poſt cibum præſcribendi ex confectione, ſemine fœniculi, ſummitatibus Euphraſiæ vel tabellis cum ol. fœniculi & aqua Euphraſiæ, aut Extracto eius. Et ſi neceſſitas vrgeat, veſicatorium occipitio aut cauterium apponatur, quod ad minimum ad ſex menſes teneatur apertum.

Adhęc collyriis ſequentibus vtendum, quę antequam oculis indantur, non inutile erit, fouere oculos ſacculo ſequente aqua calida immerſo.

℞. *Fœnugræci aq.frigida loti* ℥jß,
*ſem.lini* ℥ß,
*maluæ,*
*althee an.*℥ij.

terantur & pannis lineis raris includantur inſuanturque.

Ad Collyria autem oculis immittēda mire proſunt

ſunt aqua mellis Euphraſiæ, rorellæ, Chelidoniæ, fœniculi, valerianæ, ſucci dictarum herbarum per ſe depurati, qui vel ſoli adhibeantur, vel inter ſe permiſceantur adiuncta paucula aqua roſarum lacte muliebri, decocto fœnugræci cum collyrio albo, croco & tutia præparata.

Si eroſio vel vulnus ſubſequatur & adſit ſtupendum hocce ophthalmicum, oculos ad deſperationem vſq; leſos reſtituit virtuoſiſſime, eorumque vulnera ſpatio 24. horarum glutinat. Collige ſuccum florum & foliorum Chelidoniæ, eiuſque bonam quantitatem in B. M. digere, vt ſponte ſua depuretur, donec nempe omnes impuritates ad fundum deiectæ fuerint; deinde ♃. Menſe Iunio ſole & luna exſiſtentib. in cancro cācros fluuiatiles N° xx. reſectiſque extremis ſeu durioribus pedibus & caudarum cruſtis, contundantur in mortario, vt ſuccus inde exprimi poſſit, quem cum Chelidoniæ ſucco depurato coniunctum deſtilla ex B.M. & reſerua vſui. Eodem tempore collectionis alium cancrum viuum integrum & nulla ſui parte mancum in ollam inditum exſicca in clibano vſque dum teri poſſit, exſiccatum reduc in puluerem tenuiſſimum & ſubtiliſſimum, per incerniculum optimum traiiciendo. Huius pulueris exiguam quantitatem ex canaliculo pennæ precise in vulnus oculi inſtilla, atque ita relinque per horas 24. ſuccedente tempore eandem tantum aquam ſine puluere prædicto ſæpius immitte, lauando & eluendo omnem purulentiam, quæ tamen vel nulla, vel admodum exigua apparebit, & optatus certe finis ſubſequetur.

## RVBOR OCVLORVM

Ad ardorem & ruborem oculorum cum dolore.

℞. *Butyri recentis nouies in aqua roſarum loti* ℥ß,
*tutiæ præparatæ* ʒj,
*Camphoræ* ʒß.

M. & reſerua in vitreo vaſe & parū oculo indatur.

Ad inflammationem, & rubedinem oculorum vt & puſtulas faciei rubras diſſoluatur ſaccharum Saturni aqua Euphraſiæ & roſarum ana, addito pauculo tutiæ præparatæ.

Ad caliginem, rubedinem, lacrymas & omnia fere vitia oculorum valet aqua Crollij Ophthalmica, & ſequens.

℞. *Vini albi non adulterati,*
*aq. roſarum an.* ʒij,
*ſacchari candi albi,*
*vitrioli purificati an.* ℈iiij.

M. poſtea ex hac aqua ſuper cotem tere tamdiu Zinziberis digitum vnum, donec in aquam abſumtus fuerit, cola per Chartam emporeticam per vitrum, tandem in S.V. Cochl.ij, ſolue camphoræ tritæ ʒj, M. cum priori & eam probe ſeruatam ad quæuis oculorum vitia vſurpa, immittendo ſæpe gut.j. atque alteram.

## HYPOSPHAGMA.

Hypoſphagma oculi tollunt ſummitates hyſſopi aqua ſimplici coctæ, & in nodulo oculis tepide applicatæ. It. Radix ſigilli Salomonis conquaſſata, oculo, partibuſque vicinis in forma cataplaſmatis appoſita. Vulgo ſanguinem è plumis columbarum pullorum expreſſum calide oculo indunt.

Ad ru-

Ad rubores tollendos vtile ouum ad duritiem coctum per medium diſſectum oculo per noctem calide apponere.

## AVRIVM AFFECTVS.

### *PHLEGMONE ET VLCVS.*

Phlegmone aurium interna communibus repellentibus curatur: Vlcus autem maturantibus.

### FLVXVS AVRIVM.

In fluxu aurium perpetuo, inque colluuie laudatur vrina puerorum deſtillata, immiſſa in aurem gut. aliquot etiam vſque ad x. Relinquitur immiſſa vrina aliquandiu (mane quotidie ventriculo ieiuno) poſtea inclinato capite denuo emittitur.

In hoc caſu neceſſariæ ſunt purgationes capitis, vel medicamentis communibus, pilulis, vel etiam ex panchymagogo vegetabili. It. Specifico purgante Paracelſi. Datur pręterea decoctum Guaiaci pro potu.

In pueris qui propter humiditatem potiſſimum huic morbo obnoxij ſunt, non deproperandum ad curam, ſed malum ætati creſcenti relinquendum. Exemplum habui in Knidij filia.

### VERMES AVRIVM.

In vermibus aurium tum enecandis, tum extrahendis, quemadmodum etiam in vermibus narium & cerebri præſtant vnguentum ex axungia capi & oleo coryli, cum pauxillo Merc. præcip. vel Mercur. dulci miſtum (gr. ij, ne fiat Eſchara) & in orificio aurium cum bombace impoſitum.

### DOLOR AVRIVM.

In doloribus aurium folia Nicotianæ viridia

vel etiam exſiccata,ſed iterum humectata mirifice proſunt.

## TINNITVS.

In tinnitu præſtat vapor Abſinthij & verbenæ ex lacte, vt ℞. abſinthij crudi M j. decoque in lacte vaccino,poſtea per tritorium, quod commode orificium ollæ iſtius decocti claudat, immittatur vapor decocti adhuc feruentis in aurem, abſterſa aure & purgata geſtetur goſſypium,quod aliquandiu cum moſcho fuit coniunctum (moſchus nimirum capiti amicus) imprimis viris, mulieribus vero ratione vteri minus tutus eſt.

## SONITVS, STREPITVS & ſibilum.

In tinnitu, ſonitu, ſtrepitu, ſibilo multum præſtat panis recens coctus minor, ſtatim ex clibano ſumtus & inferiore cruſta ablata, immiſſoque Sp. V.bono ſi ad aurem applicetur (interiecto circulo lineo craſſiore ad euitandam partis exuſtionem) vt vapor ille intro recipi poſſit.

NB. Continuetur curatio, donec cedat malum.

Poſſunt etiam adhiberi ſternutatoria præmiſſis vniuerſalibus.

## OBAVDITIO ET FLVCTVATIO.

In obauditione item fluctuatione, quæ ſi huic remedio cedere nolit, immittantur auri ol.amygdalarum amararum gut.ij.iij.quæ poſtea emittantur: ab oleo Iuniperi abſtinendum.

Poſt vniuerſalia inſtituantur fotus,præſertim ex corroborantib. caput, qualis eſt decoctum abſinthij, verbenæ, in lacte vel etiam cum pane calente cum & ſine ſp.V. (ſi affectus lenior) foris vt antea appli-

applicatio. Tandem ſi non ſoluatur in B. immittatur in aurem turunda ex radice raphani affabre ſculpta & per dies aliquot in ſp. Vini macerata, ac in B. inter ſudandum, in aurem immiſſa. Si neque hoc modo ſoluatur, eadem turunda tandem maceretur in ol. fœniculi ſtillat. & eodem modo in Balneis vſurpetur. Auri inſtilletur ſæpe oleum carui & illinatur poſt aures.

## SVRDITAS.

Ad ſurditatem & tinnitum valent ſuccus raphani, pinguedo anguillæ, axũgia talpæ, oleum amygdalarum amararum, pinguedo ſerpentis, ſuccus expreſſus ex cepa, imbuta ſpir. V. & ſub cineribus cocta. It. ♃. cepam magnam rubram in medio cauatam, cuius cauitatem reple oleo rutæ, addendo puluerem cyperi, bacc. lauri, aniſi, cumini ana ʒj, Caſtor. pulueriſat. ʒß. bulliant omnia ſuper prunas ardentes, poſtea exprimantur, ſeruentur in phiola, de qua ſtillentur aliquot guttæ in aures mane & veſperi claudendo cottone moſchato.

In ſurditate non connata præmiſſis vniuerſalibus mirabiliter operatur Eſſentia fellis humani cũ ſp. V. extracta (diu durat) & ſimili ratione cum turundis Raphani inter ſudandum applicata: tamen à proprietate innata in hoc caſu præſtat fel perdicum, ſi cum ol. ſuccini albi ana mixtum in aures guttatim immittatur (doſ. gut. iij. iiij. ad plurimum) hæc vero aliquoties ſunt repetenda.

## PAROTIS.

In Parotide oleum fœtidum Guaiaci vel tartari iuuat, ſi adeſt exulceratio, mollificetur locus, quo facto inſpergatur puluere menthæ (vlcere rupto)

& vlcus ſępius eluatur aqua menthę, adhibito Emplaſtro conuenienti, quale eſt Diaſulphuris.

## NARIVM AFFECTVS

### Ozæna.

In ozænis & reliquis fœtidis vlceribus præmiſſis vniuerſalibus mundificantia primum neceſſaria, poſtea conſolidantia.

Mundificantia ſunt aquæ abſtergentes, qualis eſt aqua aluminis ex arena ſine ſpiritibus cucurbita terrea ſimpliciter per alembicum deſtillata, & aq. plantaginis in qua aliquid de Mercurio dulci diſſolutum fuerit & ſimilia.

*Aqua viridis Plateri.* Deinde præſtans eſt aqua viridis ex Auripigmento confecta, quam ex aliis Platerus habet in curatione doloris, quæ ℞. æruginis æris ʒj, auripigmenti ʒjß, terantur ſubtiliſſime, & coque in Vini albi ℥iiij, ad conſumptionem partis mediæ, vbi refrixerint, adde Aquæ roſarum & ſolani an. ℥ij.

### Aq. Viridis Hartmanni.

*Aqua viridis Hartmanni.* Præſtantior eſt alia aqua viridis mihi vſitata, quæ non tam in ozænis, ſed in omnibus vlceribus fœtidis narium, palati, vuulæ, gingiuarum, linguæ mirifice valet. Eſtque talis:

*℞. Mellis roſati ℥ij,*
*Sulph. viui,*
*aluminis crudi,*
*æruginis æris an. ℥j,*
*albi græci,*
*comarum ſabinæ an. ʒß,*
*ſambuci ʒj,*
*fol. hyperici,*
*roriſmarini,*
*rutæ,*

*plantæ-*

*plantaginis,*
*ſaluiæ,*
*pulegij,*
*an. M ß.*

Hæc coque in Vini & aquæ ℔ij, ad conſumptionem digiti tranſuerſi vnius (in aphthis puerorum temperetur aqua tabaci, ſolani ana, ſecus nimirum acrior eſt) Nota: ærugo æris non ſimul coquatur, ſed in fine addatur & relinquatur, donec refrixerit: poſtea coletur & ſeruetur vſui. Cuius cochlear calefiat ſupra candelam, poſtea cum penicillo eadem aqua intincto tangatur locus exulceratus.

In fœtidis vlceribus palati, faucium, Vuulæ, immittatur aqua hæc cum ſtuppis: mirabiliter non tantum mundificat, ſed inſuper etiam conſolidat imprimis vlcera palati & faucium ex lue Venerea orta:

Mirabilis quoque eſt ſcorbuto oris (interdum applicetur cum goſſypio vel ſtuppis, ne noctu deglutiatur propter æruginem.) Pro gargariſmate multum valet decoctum Veronicæ & mellis in aqua ſimplici vel decocto ſatureiæ in Vino.

Conſolidantia ſunt præter illam aquam Viridem poſteriorem, quæ maxime ad conſolidationem facit, præſertim in ozænis.

1. Præſtantiſſimum eſt, quod reperitur apud Rondeletium titulo de ozænis, quod

*℞. Laudani puri,*
*hypociſtidis,*
*maſtichis,*
*myrrhæ an. ℥iij,*
*ſtyrac. rubri,*

*Calamithæ,*
*Corticum thuris,*
*Sandarachæ,*
*auripigm.rub.an.ʒij,*
(Rondeletius habet ʒiij,ſed improbo) excipiantur omnia terebinthina & F.trochiſci, quibus fumigetur in cubiculo ſero & mane. Optimum etiam eſt iis parare candelas,cum cera rubra (propter cinabrium, quod in cera rubra) & fumum, qui ex candelis ſuccenſis in loco anguſtiori colligitur, excipere.

2. Eſt decoctum Myrrhæ & Olibani an. ℥jß, in Vino & acet. ana ℔ij, & in petiis aliquoties (de ſyndone) calide applicatum.

## ERYSIPELAS NARIVM.

Eryſipelata narium communi more inſtar Eryſipelatum cæterorum reſtinguuntur.

Specificum eſt menſtruum virginis in acet. deſtillato roſaceo diſſolutum,& in petiis rubris calide applicatum,præſertim ſi ſudores moueantur.

## CARCINOMA NARIVM.

Carcinomata narium curantur,vt alia carcinomata (carcinomata exulcerata tantum intelligantur, reliqua quæ ſine dolore & vlcere, ne tangantur) mirifice tamen hic valet Aqua Arſenici, quæ fit hoc modo. ♃ Arſenici albi, Salis nitri puri ana *Aqua Arſenici.* ... figantur inuicem in tigillo igne rotæ, ita vt in fine omnia fuerint liquata (NB. euitetur fumus ſtudioſe,ideoque hæc operatio ſub dio fiat) vbi omnia refrixerint, arſenicum erit candidiſſimum. Hęc autem operatio ſecunda & tertia vice cum arena Salis nitri inſtituatur. Ex hoc arſenico per deliquiũ in loco humido F.oleum. Huius tantum in

aqua plantag. vel perſicorum diſſoluatur, vt mixtura ipſa ad guſtum linguæ tolerari poſſit.

## POLYPVS.

In Polypo præter cætera vulgaria præſentiſſimam medicationem (præmiſſis præmittendis) preſtant turundæ radicis gentianæ cum vnguento ſequenti illitæ, ♃. pinguedinis anſeris q. pl. foliorum maluæ, radicis altheæ q. ſ. coque inuicem, poſtea exprimantur per laciniam & F. Vnguentum. Vel ♃. butyri recentis, pinguedinis capi, ol. oliuarum, q. omnium placet, adde ceræ exiguum. F. Vnguentum.

In alterutro horum vnguentor. miſce Mercur. præcip. aut arcanum Corallinum, vel etiam Merc. vitæ v. g. in vnguenti ℥ß Mercur. ℈ß, vel etiam plus vſque ad ℈j. Hoc vnguento parato inungantur turundæ ex radice gentianæ factæ & indantur naribus, ſi adhuc quandam cauitatem habuerint: ſin minus, tantum polypus propendens inũgatur aliquoties, idque fiat tantiſper, donec totus abſumptus fuerit.

## FOETOR NARIVM.

Fœtor narium aſſiduus difficulter curatur: Fit ex abſceſſu vel putredine in ipſo olfactus ſenſorio vel oſſe ethmoide.

## ODORATVS ABOLITVS.

In odoratu abolito ſpecificum eſt Extractum, Maioranę, ſingulis diebus ieiuno ventriculo & veſperi pręmiſſis vniuerſalibus ſumtum, doſ. ℈ß, vel etiã ℈j. It. Balſamus maioranę affabre factus, & cum Extracto mixtus, aut per ſe g vj. vel viij. ſæpius in vino ſumptus, vel etiã oleum moderate ad g ij. iij. iiij. aliquando ſumptum, penitus morbum tollit.

Valent etiam ſternutamenta, cum præſertim vitium ſit in obſtructione oſſiculi Ethmoïdis.

## CORYZA.

De Coryza vide ſupra in Catarrho.

Hic etiam valet Gummi animæ vel oleum eiuſdem pro ſuffitu ſuper carbones. It. Tabacum aliquot guttis ol. aniſi conſperſum more communi ſumptum.

## HÆMORRHAGIA narium.

Hæmorrhagias narium excitat millefolij ſuccus recens expreſſus ( puluis minus efficax ) item flammulæ ( ſed minori cum efficacia) conſtrictis leniter faſcia venis iugularibus. Vide P. Bayerum capite de Polypo.

Eandem ſi ſiſtere libet, proximum eſt: accipe ſ. fumum de pilis leporis ſub ventre naſcentibus, vel caudæ extremitates, *die vveiſſen Haar*, Xenia Paracelſi.

2. Hæmorrhagiam narium ſiſtit puluis bufonis exſiccati in nares inſufflatus, vel laciniis inditus, aut bufo integer ſub axillis geſtatus.

3 Flor. Bellidis minoris in manu patientis aliquandiu detenti, ſanguinem ſiſtunt. Alioquin iidem flores ſanguinem coagulatum & putreſcentem extra venas mira proprietate diſſoluunt & conſumunt, ſi in cibo vſurpentur (etiam in partibus diſtantiſſimis v. gr. ſub vnguibus.)

4. Stipites Melanthij admoti, vel geſtati etiam idem faciunt ſiſtendo ſanguinem.

5. Laudanum opiatum vel intro ſumtum, vel etiam cum pilulis naribus intruſum.

6. La-

6. Lamina argentea (verbi gratia Thalerus) inter cilia applicetur (fortiſſime) faſcia; extemplo iuuat.

7. Hæmorrhagiam ſiſtit Extractum croci ♂ ſequens, ſi eius gut. iiij, cum aq. plantag. exhibeatur. ℞. Limat. Martis ℥j, affundantur paulatim & ſucceſſiue ℥iiij ad viij, Aq. fort. digerantur per noctem in cineribus vel arena: hinc per alembicum Aq. fort. abſtrahitur ad ſiccitatem; pulueri reſtitanti affundatur ſp. V. ad 2. digitorum eminentiam digeratur totum, donec rubeſcat. Hinc à fæcibus decantatur; & in B. vel cineribus vſque ad oleitatem deſtillatur. Extr. croci Martis.

Lepus in Martio captus, exſiccatus pulueriſatus, puluis in naſum vel vulnus immittatur.

## HÆMORRHAGIA Critica.

Hæmorrhagia narium Critica, niſi copia vires proſternat, non impedienda: morboſæ vero mox in principio ſuccurendum. Quare ad ea, quæ ſanguinem auertunt ad alias corporis partes, accedendum, & ſi indicantia permittant, vena ſecetur brachij externa, nec magna ſanguinis quantitas, vna detrahatur vice, ſed reiteratis vicibus, hora vna intermiſſa ſemper pro virium robore.

Cucurbitæ magnæ hypochondriis & inter ſcapulas applicentur. Omnia acria & calida vitet; vinum granatorum cum aqua Chalybeata dilutum bibat, ſuccum ribium inſpiſſatum; conditum eorundem per interualla aſſumat; Syrupis vtatur refrigerantibus, vt de Corallis Quercetani, dilutis cum aqua cichorij, Endiniæ, portulacæ, nymphææ addita ʒß aut altera Sal. prunellæ. Aquam

item è Typhis ceruorum aſſumat, terram ſigillatã, bolum armenum cum ſpeciebus diatrion ſantalon in forma aut aq. cardiacæ cum confectione de hyacintho aut in forma boli cum conſerua.

Epithema item applicetur exterius hepati ex aqua Endiuiæ, cichorij, roſarum, nymphææ cum fl. roſ. rubrarum, ſantalo, camphora additis, ſemine portulacæ, oxalidis, cichorij cum pauco acet. ſtatim hinc ſequente mane purgetur infuſione Rhabarbari cum ſyrupo roſarum ſolutiuo aut de cichorio cum Rhabarbaro.

Fronti quoque & temporibus adhibeantur medicamenta adſtringentia & refrigerantia: imprimis fiat cataplaſma ex bolo armeno aut ſanguine draconis cum albumine oui ſubactis, immittatur turunda e. gr. v. aut vj. cum panno raſo: aut fiant pilulæ duæ ex laudano occludendo illis narem vtramque. Aut ſtercus aſininum aut ſuillum acet. roſaceo diſſolutum immittatur in nares, quod vel ſolo odoratu ſepius ſiſtere compertum, ſi cum aqua roſarum & camphora mixtum ſacculis includitur ad odorandum.

Ad Collum, vbi venæ iugulares aſcendunt, applicantur lintea in aqua ſperniolæ, in qua parum camphorę & ſacchari ſaturni ſolutum ſit, intincta.

Eadem aqua vtiliter ad Epithemata hepatis & teſtium, qui inuolui poſſunt linteis imbutis acet. roſaceo, in quo ſperniolæ compoſitum diſſolutum, adhibeatur. Imo dicta aqua lauare faciem & nares commodum, quia coagulat ſanguinem: ita & in hæmorrhagiis quibuſuis vulnerum applicari cum linteis commodiſſime poteſt. Vide notas ad Crollium.

FA-

## FACIEI ET ORIS VITIA.

### *RVBOR FACIEI.*

In rubore faciei 1. ſit reſpectus ad hepar, ex cuius intemperie eiuſmodi rubores inſoliti prouenire ſolent. Radix itaque cichorij cum toto, præmiſſis vniuerſalibus, in infuſo aliquandiu vſurpata, hepar corrigit. Idem faciunt aliæ.

Poſtea deſcendatur ad localia, quæ ſunt : ℞. maſtichis, thuris albi, Camphorę ana, ſolue cũ ſp. Vini quo faciem mane & veſperi ablue per menſes 2. vel 3. ac ſimul fiat ſcarificatio auriculę ſingulis menſibus ſemel, vel bis interdum : præſertim vero ſingulis menſibus illinatur facies tota vnguento de ceruſſa camphorato, & abluatur viciſſim cum lixiuio ex cineribus caulium braſſicæ facto, & tandem deſinet rubor. Eiuſmodi plura ſunt in antidot. VVeckeri.

### PVSTVLÆ FACIEI.

In puſtulis faciei eadem valent, ſed præſtantius eſt menſtruum (virginis vel alias iuuenculæ boni habitus) in aqua calida ſolutum, quo ſi per dies aliquot ſub veſperam eundo cubitum facies lauetur, tota & ſponte exſiccetur, puſtulæ cadunt ſuccreſcente noua cuticula, & rubor perit.

2. In iiſdem puſtulis & morphea totius faciei radicitus extirpandis mirifice valet oleum Bufonum, quod fit hoc modo. ℞. bufones viuos (propter ſignaturam macularum in bufonibus) N° 3. vel 4. coque in olei oliuarum ℔ ij, per integram horam, poſtea cola. Hoc oleo illinc faciem aliquoties, ſed ſingulis diebus ſemel, poſt aliquot dies cadunt puſtulæ & morphea ſanatur. Omniũ fortiſſimum eſt hoc oleum; ideoque cæteris nihil *Oleum Bufonũ.*

proficientibus ad id accedendum.

## VARI.

In varis nihil præſtantius oleo granorum lauri ſæpius illito.

## SVGILLATIO.

In ſugillationibus applicatio carnis bubulæ recentis vnicè prodeſt; ſic Charta illa Emporetica craſſior cum ſputo applicata intra horas aliquot, ſanat.

## LENTIGO.

Lentigines feliciter curantur cum Oleo Ceræ (*Honigſlechten*) & ol. Tartari per deliquium ſi ana permiſceatur & lentigo faciei illinatur.

## IMPETIGO, LICHEN.

Eodem modo impetigines, lichenes & volatica faciei curantur.

## VERRVCÆ.

Verrucæ faciei tolluntur eo modo, quo in toto corpore.

## SPASMVS CYNICVS.

Spaſmi Cynici ratio eadem, quæ ſpaſmi in communi.

## PARALYSIS LABIORVM.

Paralyſis labiorum curatur, vt Paralyſis vulgaris, de quo ſuprà de Paralyſi.

## FISSVRA LABIORVM.

In Fiſſuris Labiorum curandis valet pinguedo, quæ ex coclearibus ligneis ad coquendum in culina vſitatis, ſi aliquantulum igni admouentur & tor-

& torrentur, ediſtillat. Hac nimirum pinguedine fiſſuræ illitæ cito curantur.

## STVPOR DENTIVM.

In ſtupore dentium fricentur dentes ſtupidi ſale, vel maſticetur pannus laneus vel piloſus pileus.

## NIGREDO DENTIVM.

In nigredine dentium euitanda, præſertim euitetur acet. & cibi admodum calidi.

Remoueatur item ſæpius adnatus Tartarus & impuritates dentium, colluendo os à ſumpto cibo, vel cum aqua ſalſa vel etiam cum vino.

Deinde nigredo & colores dentium fœdi hoc modo commode auferuntur. ℞. aq. fontanam, dilue in eadem ſpiritum Vitriol. vel aquam ſeu ſpiritum aluminis q. ſ. ne ſcilicet nimium aceſcat. Cũ hoc lauamento quotidie manè & veſperi cum lacinia lanea frica dentes diligenter, deinde eoſdem frica cum magiſterio Corallorum vel cũ hoc puluere.

*℞. mandibularum Lucii piſcis, Corall. albi, C C. vſti, aluminis vſt. radicis ireos ℥ß, ſal gemmæ ʒj, M. F. puluis.* *Puluis dentifricius.*

Nigredo dentium & linguæ, ex eſu ceraſorum vel myrtillorum extemplo tollitur ſuffitu candelarum Sulphurearum, *Schvvefelſtecken*, faucibus tamen propter fumos nociuos occluſis.

## MOBILITAS DENTIVM.

Mobilitatem dentium aufert peculiare & ſpecificum remedium ſeq.

*℞. gland. ʒj, gallar. ʒß.*

*aluminis vſti,*
*ſucci acaciæ an.℥ß.*
*fol. roſarum rubrarum Mß.*

Coque cum vini rubri ℔ ij, ad caſum vnius pollicis, poſtea cola. Cum hoc decocto ſæpius quotidie eluantur dentes, rurſum figuntur & immobiles redduntur.

## ODONTALGIA.

Odontalgiam ex quacunque cauſa ortam ex quadam ſpecifica proprietate tollit radix lapathi acuti (ante germinationem vere collecta præſtat, mihi familiaris) exſiccata & denti dolenti applicata.

Idem præſtat ſed remiſſius rad. lappæ, dolores ſubito aufert, humoremque ſuperfluum extrahit inaiis.

Si fiunt dolores ex deſtillationibus, decocto rad. vrticæ maioris, alij cum pauxillo nucis moſchatę raſæ & croci in vino aduſto & acet. ana paratum, & calidè in ore, locove dolente retentum humores illapſos mirabiliter extrahit: ab initio quidem videtur dolor augeri, ſed paulo poſt mitigatur & deſinit.

Idem preſtat decoctum Guaiaci cum vino & aqua paratum. In eodem caſu præſtat decoctum ſerpilli (imprimis ſi ex deſtillatione) vel eiuſdem aqua, gargariſando nempe cum iiſdem.

## DENTES CAVI DOLENTES.

Si dentes ſunt caui & dolent, vel etiam citra cauitatē in dentibus dolentibus præſtans eſt ol. Caryophyllorũ, in cuius ſcil. ℨj. Camphorę ℈ß, ſolutus fuerit. Huius compoſiti gut. j. vel altera in goſſypio (præſertim quod cum moſcho fuit) cauo denti

immiſſa

immiſſa vel etiam dolenti alioquin applicata, omnem dolorem aufert.

Externum eſt laudanum opiatum in forma pilularum dentibus illitum vel inditum, vel externè (in genis) cum vnguento Alabaſtrino (℥j, laudani ad ʒj, vnguenti) diſſolutum. It. cum Emplaſtro de maſtiche & cera.

## DENTES CORROS

Dentes corroſos iuuat ſuffumigium ex ſemine Hyoſcyami per tubulum vel tritorium ad dentem dolentem factum.

## DENTES CARIOSI.

Dentes carioſi euelluntur promptius, ſi duobus digitis madefactis, ac inſperſis puluere ex lacertis aquaticis exenteratis & in clibano calcinatis aliquandiu prehendantur. Lacertæ colliguntur Aprili & Maio.

Sic etiam dens ex maxilla mortui euulſus, & cum radice ſua dentem carioſum ſæpius tangens, tandem poſt aliquot dies fruſtulatim dentem cadere facit.

In eruptione difficili dentium apud pueros maxillæ ſæpius inungantur butyro recenti & facilius prodeunt.

Quod ſi nec hoc modo prodire videantur, & neceſſitas vrgeat, ℞ ſanguinem è criſta gallinacei recentem, & cum digito ſemel tantum vel ad ſummum bis inunge gingiuas, & ſine difficultate aliiſque accidentibus tandem prodeunt.

## EPVLIS.

In Epulide optima eſt ſectio per forcipem, quam excipit & gargariſma ex myrrha & ſale. Adi dogmaticos.

## LAXITAS, PVTREDO & Exeſio.

Laxitati, putredini & exeſioni gingiuarũ à proprietate quadam Aquilegia mederi videtur. Poteſt autem inde compoſitum tale fieri:

*℞. Pulueris fol. aquilegiæ, ſaluiæ, menthæ criſpæ, Nucis Moſchatæ ana ℥ß, aluminis vſti ℥j, mellis puriſſimi ℥iiij.*

Mel incaleſcat ad ignem & leuiter decoquendo deſpumetur, deinde pulueres prædicti cum melle adhuc calente ſenſim aſpergendo miſceantur & ſeruentur ad vſum. Hoc vnguento illinantur gingiuæ bis quotidie (NB. Decoctum ſummitatum rubi idæi etiam valet hic) quod ſi cibus capiendus eſt, eluatur os aqua prunellæ vel infuſo naſturtij aquatici in vino (imprimis in ſcorbuto.)

## MVNDIFICATIO GINGIVARVM putreſcentium.

Ad mundificationem autem gingiuarum putreſcentium maximè valet aqua illa viridis mea compoſita ſecunda, de qua ſupra in Narium affectibus ozæna nimirum.

## PARVLIS.

In Parulide citra inflammationem maxime cõmendatur Gargariſmus ex prunella, foliis ſaluię & naſturtio aquatico paratus.

Si inflammatio acceſſerit ex aqua tabaci deſtillata cum lapide prunellæ diſſoluta in eadem fit Gargariſmus, (vel aqua prunellæ.)

Extrinſecus applicetur medulla panis tritici cum lacte cocta (*doch nicht gar Zerkocht.*)

## DESTILLATIO AD ARTICV-lum maxillæ.

In deſtillatione ad articulum maxillæ, vbi præſertim acceſſit immobilitas, ſacculus puluere Tartari & Sale communi conſutus & externe applicatus (calefiat prius ad fornacem) calide, deſtillationes prohibet. Ipſa vero immobilitas aufertur oleo rutæ, vermium terreſtrium in quibus flores Chamomillæ ebullierint. Vel ſi mauis addatur prioribus oleis oleum Chamomillæ, & locus affectus calidè inungatur.

## APHTHA.

In Aphthis primò eſt decoctum ſatureię in Vino, quo colluatur os ſæpius.

2. Decoctum Veronicæ præſtans præſertim ſi adiiciatur aliquid mellis roſati.

Nota: In Aphthis contumacibus hiſce decoctis adde aliquid ſp. Vitriol. & non reſiſtent.

In Aphthis ex lue Venerea omnem abſoluunt nodum aquæ virides ſupra de Ozæna deſcriptæ, imprimis ſi loco aquæ ſimplicis aſſumatur Aqua perſicariæ, vel in ſecunda aqua foliis reliquis addantur folia perſicariæ.

## CVRATIO DOLORVM dentium.

Dolor dentium quia plerumque fit à capitis defluxionibus, ideoque in curatione ipſius ſtatim ad ea accedendum, quæ fluxionem inhibent. Vnde ſtatim temporibus applicandum Emplaſtrum de Gummi Elemi vel etiam Maſtiche factum, quod antequam applicetur, calefiat optime.

Inter ſcapulas applicetur cucurbita magna ſine ſcarificatione.

Hinc ſtatim ad repellentia materiam fluxumque euacuantia confugiendum, qualia ſunt galla matura in acet. cocta, ita vt acet. in ore ſupra dentẽ dolentem detineatur calidè per horam ß vel j.

Hinc ad topica, anodyna ex proprietate occulta dolorem tollentia progrediendum.

Quod ſi continuus ſit dolor hiſce non cedens, ſed ab aliqua intemperie vel capitis vel totius corporis, aut copia materiæ ad caput fluentis, & inde ad dentes, capiti ſimul prouidendum tum euacuãtibus, tum alterantibus & confortantibus medicamentis, tum etiam toti corpori.

Topicorum quibus vel ſolis ſæpius dolor omnis aufertur ſequentia ſunt præſtantia.

Laudanum opiatum cuius g̃iij. cum gut. ij. ſp. Vitrioli denti dolenti applicentur, ſimulque pil. j. in corpus aſſumatur: Dolor ſopitur, applicato etiam Emplaſtro ad tempora, & ſi opus cucurbitulis.

*Oleum Buxi.* Similis plane effectus eſt oleum ex buxo deſtillatum. ℞ ſerrati buxi q. ſ. & repleantur ʒ. partes retortæ vitreæ, retortam in cineres loca & deſtilla oleum & liquorem aqueum igne primum lento poſtremum fortiori, & tandem ſummo, & deſtillabit oleum. Idem oleum rectius per deſcenſum aut per veſicam deſtillatur. Huius olei (è buxo) ℞. g̃iij, & cum vino, ſi affectus à frigida defluxione veniat, aut cum acet. ſi à calida. M. Contineat æger mixturã dictam in ore, poſt aliquod tempus exſpuat. Si dolor nondum ceſſabit, repetatur, donec ad ſextam vicem, tandem abluat os vino aut aceto, & ſedabitur dolor.

Item

Item puluis gallarum in ſucco radicis pyrethri decies vel 12. imbibitus & exſiccatus cum fermento, M.F. globulus paruus, qui denti dolenti impoſitus dolori medetur, dentes firmiores reddit, vermiculos in ipſorum cauernis genitos necat, fluxiones omnes ad gingiuas delapſas extrahit.

Tandem vltimum in omni & acerrimo dolore perfugium, applicare veſicatorium poſt aures & ceruici.

Exterius inungi poſſunt maxillæ oleo amygdalarum dulcium, & ſi tumor appareat, applicetur Emplaſtrum de meliloto. Si intus ore ad apoſtema tendat dolor; Fiat cataplaſma ex ficu aſſata cum farina tritici: ſi aperiatur, diſſoluatur mel roſatum in aqua plantaginis atque eo diluatur os.

## LINGVÆ FAVCIVMQVE Affectus.

### *RANVLA.*

In Ranula ſub initium præſertim aperiatur vena ſub lingua: Quidam ranam viuam nuchæ applicant: non tamen ſemper reſpondet effectus.

### PARALYSIS Linguæ.

Paralyſis linguæ præmiſſa vniuerſali ipſius cura, curatur frictione linguæ cum ſemine Erucæ & theriaca. It. oleo aniſi in apicem linguæ inſtillato. It. Balſamo vel ol. caryophyllorum, ſpiritus ceraſorum nigrorum loquelam amiſſam ad miraculum vſque reſtituit.

### APHONIA.

Aphonia in genere curatur vt paralyſis: in ſpecie autem laudatur (præmiſſa capitis vniuerſali purgatione.) 1. Aqua liliorum conuallium. 2. Aqua

Antapoplectica ex flor. lilij conuallium & lauendula; de qua ſupra in Apoplexia. Quod ſi alterutri ſanguis turturis fuit permixtus (ſanguinem turturis vniuerſum in ℥iij vel ℥iiij aquæ miſce) & tandem in vſum reuocatus, aqua nempe colluendo linguam aut diutius in ore terendo, felicius ſuccedet vocis reſtitutio.

Vbi tamen ſemper ad cauſas fuerit reſpiciendum, pro quarum varietate medicamentorum farragines quoque variant.

Præmiſſis igitur vniuerſalibus pertinentibus localia tum loco affecto, tum præterea in vertebras colli, nucham & collum ipſum reliqua ſunt dirigenda, quæ petantur à Practicis.

## BALBVTIES.

Balbuties difficulter tollitur.

## GVSTVS DEPRAVATVS, abolitus & imminutus.

Guſtus deprauatus amarus corrigitur vſu radicis cichorij conditi; ſic etiam amaritiem linguæ tollit ſal cichorij. It. raſura ipſius linguæ cum radice zedoariæ: Item gentianæ.

Si abolitus vel imminutus 1. tundantur venæ ſub lingua. 2. Vtere gargariſmate, quod in affectibus oris communibus & angina eſt præſtans.

℞. *herbæ maluæ hortenſis M j, flor. roſarum rubrarum, prunellæ, Veronicæ, ſal. an. M ß. rad. polypodij quercini ℥ij.*

Coq. in aq. puræ lbiiij. & acet. vini ℥vj, vſque ad caſum tranſuerſi pollicis, poſtea colentur & colatura leniter exprimatur.

3. Fiat talis mixtura. ℞. ſpir. vitrioli ʒß, ſp. Vini ℥ij

ni ℥ij, mellis ℥j.M. inſtar linimenti : hoc linimento poſt adhibitum gargariſmum illinatur lingua & imminutus guſtus paulo poſt redibit.

## TVMOR TONSIL-larum.

In tumore tonſillarum ex cauſa frigida fiant ſaltem externe inunctiones cum ol. amygdalarum dulcium, cui aliquid olei ceræ deſtillati immixtum ſit (verbi gratia ad ℥j, ol. ceræ ℈j.) Interne fiant gargariſationes cum pipere longo in aqua communi decocto, & eo ſic gargariſato.

## TONSILLARVM IN-flammatio.

In tonſillarum inflammatione 1. Valet Gargariſmus prædictus (de quo in guſtu abolito.)

2. Externæ inunctiones cum oleo amygdalarum dulcium ſimplici (ſine additione olei ceræ.) It. Cataplaſma ex mica panis triticei cum melle, cito inflammationes ſiſtit.

His omnibus præualet menſtruum in aceto diſſolutum & applicatum. It. folia raphani ſylueſtris foris applicata.

## ABSCESSVS TONSIL-larum.

In abſceſſu ſeu putredine & vlcerationibus tōſillarum Gargariſmus ſupra de guſtu deprauato & abolito traditus multum poteſt. Mundificat nimirum & conſolidat, ſi præſertim cum reliquis adiiciantur folia plantaginis. Itaque ipſius vſus in vlceribus internis maxime vtilis eſt.

In ſordidis verò recurrendum eſt ad mundificationes fortiores, qualis exſpectanda eſt aqua

illa viridi ſecunda,de qua ſupra de ozæna dictum.

Poſtea decoctum Veronicæ & melle eadem vlcera facile conſolidat.

## LAXITAS VVVLÆ.

In laxitate Vuulæ pręſtat Gargariſmus compoſitus, ſupra de guſtu abolito & deprauato, præſertim ſi Vuularia adiecta fuerit, (propter ſignaturam) deinde F. puluis. ♃.piperis longi ℈j,ſucci acaciæ,radicis tormentillæ an.℈ij,M.F.puluis. Huius pulueris aliquid inſuffletur Vuulæ poſt vſurpatum Gargariſmum (inſtrumentum vide apud Fabricium Hildanum) vel verticis capillos ſurſum fortius paulatim trahe, donec nimirum facient ſonitum: poſtea pauxillum de alumine vſto ſupra Vuulam ſparge, & laxitas remittet. Idem præſtat ſemen roſarum.

Quod ſi hæc omnia parum præſtiterint, ♃. ouum recens ad duritiem coctum, ſcinde per medietatem in longum & cum ligatura vertici impone (calidiſſime) per aliquot horas,donec nimirum laxitas fuerit ſublata.

## INFLAMMATIO Vuulæ.

Inflammationem Vuulæ tollit Gargariſmus quilibet modo capiat aliquid de ſale nitro fixo. Sic aqua prunellæ deſtillata cum lapide prunellæ mixta & ad gargariſandum vſurpata inflammationem tollit.

NB. Hic vero mirifice operatur Gargariſmus compoſitus ſupra, de guſtu abolito & deprauato, deſcriptus.

## VLCERA COLVMELLÆ.

Vlcera columellæ (ſine malignitate) ſimplicia curan-

curantur facile, quemadmodum etiam linguæ & totius palati, item faucium.

Sic igitur decoctum Veronicæ & mellis cum aqua ſimplici, it. decoctum ſatureiæ cum Vino poſt debitas gargariſationes eiuſmodi vlcera perfecte curant. (NB. potus ſit non acris admodum, ſed ſaccharo temperatus, quod etiam deſcendentem cum potu putrilaginem abſumit.)

Interdum recurrendum eſt in contumacioribus ad ſpiritum vitrioli, qui eiuſmodi aquis vel decoctis mundificantibus additur, ita tamen vt vix ſentiatur, (per ſe nunquam) celerius & potentius curat, præſertim ſi in aqua plantaginis permiſtus applicetur.

Extremum vſus diamori, vel potius ſuccus expreſſus, aut ſal mori multum hiſce curationibus proſunt. (proprietate ad os, vnde *Maulbeer*, Germanis dicitur.)

## VLCERA FOETIDA ET putrida.

In vlceribus fœtidis & putridis præter iam dicta recurrendum eſt ad aquas illas virides, ſupra de Ozæna præſcriptas, quæ omnia putredinem & exulcerationem fœtidam funditus tollunt, vt facilius elegans conſolidatio ſubſequi poſſit.

Victus eſto commodus, ne recrudeſcant vlcera.

## VLCERA EX LVE Venerea.

In vlceribus ex lue Venerea in quacunque oris & faucium parte. 1. Cognoſcendus eſt morbus, de quibus ſignis infra de Lue Venerea vel morbo gallico. 2. deſcendendũ ad vniuerſalia & particularia in illo morbo & tali ratione facile vlcera incipiẽ-

ria in iſtis locis ſimul cum morbo tranſeunt, ſin ſecus, deueniendum eſt ad topica, primum mitiora, gargariſmos nimirum & decocta vſitata.

Quod ſi nec ſic quidem malum coerceri poſſit: deinceps aquæ virides ſupra de Ozæna deſcriptæ accerſendæ & applicandæ ſunt, tangendo nimirum cum penicillo tantum affectum locum, & cum gargariſmo poſtea eluendo, ſic nimirum facile cedunt.

In his vero omnibus mirabiliter operatur, vniuerſum morbum Luis Venereæ ex toto corpore eliminando ſp. Mercur. rubeus, cuius præparationem & vſum docebimus infra de Lue Venerea.

## ANGINA.

Anginam vel incipientem vel etiam confirmatam, præſertim ſi febris vrgeat, ſubito vomitoria, imprimis Aqua benedicta tollunt. Sic nimirum inflammatio cedit, & vlcera vel apoſtemata rumpuntur. In omnibus vero hiſce reſpiciendum ad naturam patientis & virium robur.

Quod ſi ergo vomitoria locū habere nequeunt, recurrendum ſtatim eſt ad ſpecifica, quæ nihilo ſerius etiam poſt vomitoria locum habere poſſunt, talia ſunt.

1. Quod eſt apud Paracelſum in tractatu de Peſtilentia ad Sterzingenſes, quod ♃. vj vel viij, cancros viuos (cancri inſigniter refrigerant) ſedi maioris M iij. vel iiij, quæ inuicem contuſa in mortario, & poſtmodum expreſſa ſuccum reddunt, quo lingua & fauces ſunt fouendæ, vel ipſa lingua radenda, imò eius (ſed parum valde: gut. videlicet aliquot) in liquore conuenienti aliquid intro concedendum.

2. Eſt

2. Eſt experimentum Anton. *Auſmans* ciuis Auguſtani, quod ♃.ſedi maioris ℔j, Contunde in morrario, & exprimatur ſuccus. Huius ♃.℔j, adde ℥ß ſalis armoniaci, relinq; in loco humido vſq; ſoluatur ſal, poſtea deſtilla per alembicum. Hac aqua ſæpius ablue linguam calide & tepide. Eſt probatiſſimum. Vide Conradinum de Lue Venerea.

3. Gargariſmus ille, de quo ſupra de Guſtu abolito & deprauato.

Nota:

In hoc caſu aliquid addendum eſt ad plantas illius de ſedo maiori.

Quod ſi gargariſare nequeat, ſiphunculis iniiciendus eſt Gargariſmus: Poſt ſingulas gargariſationes. ♃. corium de lardo (*Speckschvvarten*) duos digitos latum & aſſulatim incide, ex ea parte, qua adhuc lardum eſt, & pone ad linguam, vt aliquandiu detineatur. Sic nigerrima cuticula linguæ reſoluitur, & tandem diſcedit, & curatio ſequitur celerior.

Externe ad collum ipſum applicetur Emplaſtrũ ex nidis hirundinum (integris & albo græco ana.) cum aqua ferrariorum coctum calide.

Pro potu diſſolue vitriol. vel ſal prunell. (vinum non detur) ℥j, in aq. fontanæ menſ.j.

Angine conferunt ea in quibus ſal nitroſum Ammoniacum deliteſcit, vt ſtercus canis albi oſſa rodentis, in aqua probe coctum & cum melle exhibitum.

Raſuræ dentis Apri ʒj, cum oleo amygdalarum dulcium & ſaccharo,

Cinis cancrorum vſtorum,

Cinis hirundinum.

Conſolida media, prunella, Vuularia, ceruica-ria, Mentha criſpa, rubus idæus.

## ANGINA NOTHA.

Angina notha puerorum curatur Emplaſtro modo dicto.

Caput viperæ exſiccatum & collo appenſum commendatur pro amuleto.

℞. Noctuam vnam, cum pennis combure & F. puluis, cuius poſtea modicum in guttur immittatur aperit & rumpit apoſtema mirabiliter.

Spir. ſalis nitri tum in extinctione inflammationum, tum in reſolutione Apoſtematis plurimum valet.

Exhibentur eiuſdem in hauſtu aquæ fontanæ calido ʒiiß. aquam miſce cum ſpir. Vini & ſp. ſalis an. ʒß. Vide Crollium.

*℞. aq. ſemper viui,*
*prunellæ an.* ℔j,
*ſalis armoniaci* ʒj.

M.F. Gargariſma.

*Anodynū Minerale.* Cryſtallum vel anodynum minerale, vt vocant ſeu Lapis Prunellæ (quod Linguæ inflammationi item faucium vicinarumq; partium aſperitati vni cè medeatur) inſignis virtutis eſt, ʒß vel ʒj, in qu aliqua appropriata reſolutus & gargariſatus mir confert, poſt etiam parum huius miſturæ cum ſac charo iunctæ deglutito, vel ſi mauis, ſali prunell vulgari modo præparato quantum placet add ſacchari candi vel cryſtallini tantundem, vel etiar plus, vtrumque pulueriſatum coque cum aquæ rc ſarum quantitate ſufficiente, donec gutta lamell ſtanneę ſuperfuſa conſiſtentiam habeat, effunde i

co

concham & repone relinquendo, donec inſtar lapidis induruerit, tandem exime & in particulas diffringe vel etiam in puluerem redige, vtere hoc ſæpius.

## PVLMONVM Affectus.

### PVLMONES VENTOSI.

Pulmones ventoſos, hoc eſt flatibus diſtenſos, adeoque reſpirationem impedientes reſtituunt Eſſentialia ex carminatiuis, citò ad locum affectum penetrantia.

Hic præſtat Balſamus fœniculi, cuius deſcriptio in Crollio eſt dicta.

Sic ſal ſtipitum carui dextre(hoc eſt per ſulphur calcinatus, vt in ſale Euphraſiæ dictum)& cum ſale communi vſurpatus tum præſeruando, tum curando ab eiuſmodi morbo liberat.

Specificum in curatione eſt radicis Aaronis pulueriſ. ʒj. It. fæculæ Aaronis ad ʒj, in aqua appropriat. Syrupo vel Vino. It. in cibo; in præſeruatione quotidie ℈ß, ad ℈jß, ſed caute & raro, tuto autem ℈j.

### ASTHMA, ORTHOPNOEA, Diſpnœa.

Aſthma, Orthopnœa, diſpnœa facile curantur Vomitoriis, imprimis aqua benedicta. Idem facit præſertim in craſſis humoribus bronchia pulmonum obſtruentibus ſuccus fæcula etiam radicis ireos noſtratis, cuius ʒß ad ſummum, interdum tamen ʒij, vel ʒiij in conuenienti liquore datæ, imprimis v. in vino Maluatico citiſſime humorem craſſum expellit.

Confirmata Aſthmata difficulter vno atque

alterо Vomitorio cedunt: Itaque vſus.

I. Florum ſulphuris, vel etiam ſulphur. viui cum aſa dulci in ouis tremulis (ad ſulphur. viui ℥j, Benzoes ℈j vel ʒj. huius compoſiti datur ℈j, in ouo tremulo, addito ſalis momento) per aliquot dies exhibitus, pulmones infarctos à craſſis humoribus liberat.

Idem præſtat lac ſulphur. de quo vide notas ad Crollium.

Præſtantiſſimum omnium ſunt flores ſulphuris albiſſimi, quorum præparationem vide in Exegeſi Chymiatrica Tenzelij.

*Puluis Aſthmaticus Rulandi.* II. Per puluerem Aſthmaticum purgantem, qui eſt apud Rulandum cent. 8. cent. 6.

*℞. fol. Cardui benedicti,*
*Carthami ana ʒij,*
*piperis longi ʒj,*
*fol. ſennæ mundat.*
*rad. aronis exſiccat. an. ʒij.*
*aniſi ʒß,*
*Diagryd. ℈ß.*

F. puluis ſubtiliſſimus qui diſtribuatur in partes xij, æquales, ac per 6. dies continuos detur earum pars vna mane ieiuno ventriculo, pars altera veſperi circa horam tertiam cum vino albo, iuſculo, &c. Quod ſi contumacior fuerit morbus aliquandiu, hoc eſt per aliquot dies deſiſtendum à cura, poſtea eadem repetenda vſque ad morbi declinationem. Doſis pro vna vice ferme ʒß & ℥ ʒ.

In Aſthmate aqua deſtillata ex fructibus Rubi cum Rob nucum ſumpta pro placito, Aſthma reſoluit mirabiliter. Potentius operatur, ſi aquæ, quę fit ex compoſitione ſacchari albi, cum raphani taleolis

leolis ſimul in duabus patinis hinc inde commotis recenter facta ( ſi nimirum ad horam vnam vel alteram ſeruatur, fœtet) cochl. j. manè ſeroque exhibetur.

Plura de hiſce affectibus vide infra de ſputo ſanguinis.

## CATARRHVS SVFFOcatiuus.

Curatio catarrhi ſuffocatiui ſupra tradita eſt, quæ ibi videri poteſt.

## ANGVSTIA PECTORIS.

Anguſtiam pectoris morboſam ſuccus Bryoniæ mirabiliter dilatat & omnibus præſtat. Fit hoc modo: Radix eius craſſa interne excauatur ( radix quo craſſior, eo melior ) vt nihilominus extremitates relinquantur ſpiſſiuſculæ. Radix excauata recens ſuperiori operculo proprio admoto collocatur in locum humidum frigidiſſimū Menſe Maio, Iunio & Iulio: intra paucas horas cauitas radicis aqua repletur, qua effuſa, denuoque cooperculata & ſepoſita, ſuccus tamdiu colligitur, quam diu is præſto fuerit, ſuccus facillime exſpirat. Huius aq. ♃. ℥vj vel viij. M. cum ſpir. vitrioli vel ol. ſulph. per camp. ℥ß, & probe reſeruetur vſui. Singulis diebus cochl. j. iſtius compoſiti ſumtum, anguſtiā pectoris mirifice tollit ( diu durat hæc aqua in frigido ſeruata, rectius tamen annuatim paratur) pulmones item impuritatibus repletos expedit. Ideoque in Aſthmate eius vſus vtiliſſimus eſt: ſerum omne ex corpore educit, ergo eius vſus eſſe etiam poteſt in Hydrope. *Succus Bryoniæ.*

## PERIPNEVMONIA.

Peripneumonia vera curatur vt Pleuritis: ita-

que Vomitoria ab initio multum iuuant, præſertim aqua benedicta, poſtea expectorantia multum valent, de quibus tractabimus in pleuritide.

PVLMONVM VOMICA.

In pulmonum vomica conſumenda laudatur Aqua Valerianę cum ſp. vitr. aut ol. ſulph. per campanam, ad gratam aceroſitatem temperata & quotidie mane & veſperi bibita: inſenſibiliter conſumtiuum eſt.

Sic Antimonium diaphoreticum ſeu flores fixi Antim. communiter quotidie quinquies vel ſexies in vino, doſ. ℈ß, tandem omne apoſtema interius vbicunque ſitum eſt, efficaciſſime ſed lente tamen reſoluit.

PHTHISIS HÆREDITARIA.

Phthiſis hæreditaria difficulter curatur, imò fere nunquam propter altius impreſſas natiuæ (auitæ) conſtitutionis radices, quæ curationes nullas accipiunt, inducias quidem interdum patiuntur, ne nempe grauius affligant, conſummatas curationes autem nunquam.

Quia verò transplantatæ tabis plerunque deſtillationes comites & cauſę ſunt, experientia cõprobatum eſt, radicem rheumaticam, de qua ſupra, de catarrho ſuffocatiuo, ex collo geſtatam, bona inſuper obſeruata diæta, in eiuſmodi tabeſcentibus multum profuiſſe. Ex eius itaq; vſu de tabe hæreditaria minuenda vel ſaltem impedienda, non eſt deſperandum, plura de phthiſi vide infra de ſputo ſanguinis.

TABES INCIPIENS.

In incipiente tabe à deſtillationibus acribus vix dici poteſt, quantũ vomitiones præſtent, præ-

ſertim

ſertim ab aqua benedicta ſi ſimul cerebrum tanquam membrũ mandans ſuis ſpecificis & confortatiuis diligenter in ſuo vigore conſervetur. Deinde reſpiciendũ quoq; eſt ad illapſos humores in ipſos pulmones, vt expectorantibus mundificatiuis, aut ſi tenues ſunt, incraſſantibus domentur. Quod ſi nihilominus exulceratio ipſius pulmonis quæ exquiſitam phthiſin conſtituit, ſuborta fuerit, ſi recens extiterit, vomitiones multum iuuant, ad mundificationem & pectoris ſaburram ſubleuandam. Deinde mundificantia apprime ſunt neceſſaria, qualia ſunt hydromelita, compoſita expectorantibus, It. alia, quæ vſu quotidiano & praxi autorum ſunt addiſcenda.

Expectorantia ſunt loch cum floribus ſulph. It. flores ſulph. albi, lac ſulphuris. It. balſamus fœniculi & alia quamplurima.

Ad conſolidantia pulmonis vlcera tanquã præſtantiſſimum pertinet Balſamus ſulphur. ♃. flor. ſulph. albi q. v. ſublima adhuc ſemel atq; iterum ab aloë & myrrha & olibano, vt docet Crollius. Hos flores extrahe cum oleo aniſi (vel ſpiritu terebinthinæ balſamico) ſine ebullitione, & F. rubicundiſſimus balſamus. Huius gr. 6. ad 20. in decoctis pectoralibus quotidie mane & veſperi (augendo doſin pro morbi proceſſu) intro ſumta, pulmones putridos & exulceratos, præmiſſis tamen mundificantibus & expectorantibus, mirabiliter reſtituunt, vlcera conſolidant, & ad perfectam curationem vnice diſponunt. *Balſam. ſulphuris.*

## PVLMONVM adhæſio.

Pulmonũ adhæſio difficulter curatur in adultis;

## PLEVRITIS.

In pleuritide vera ante omnia & quidē ſub initio vel etiam 3. aut 5. die exhibeo aquam benedictam ad vomitus ciendos. Sic nimirum influxus humoris & inflammatio ſiſtitur, ac pectus ipſum ab impuritatibus liberatur. Aqua benedicta exhibetur iuſta doſi in aqua Cardui Marię vel rhœados; aliquando deſcendo ad venæ ſectionem, ſi non morbus videtur reſolutus, & plethora iuſſerit. Idque facio vel ante vel poſt vomitum.

2. Vbi vel natura ipſa vel etiam patientes abhorrent à vomitu, ipſa ſanguinis miſſio principaliter præcedat, præſertim ex vena cordis, (baſilica iſtius lateris, quod affligitur.) Quod ſi nec ſic quidem febris & ſymptomata remiſſiora fiunt, deſcendo ad alia magis appropriata, quorum prius eſt, ℞. ſp. ſalis nitri, ſp. Vini (ſpir. vini corrigitur à ſpir. ſalis nitri, datur præterea in perexigua doſi, alias omnis vſus hic nociuus) ana ℈j vel ʒß aut ʒij, ad ſummum. Miſce cum aqua papaueris rhœados tepida q. pl. (v. gr. ℥j. ij. iij) & patientem ad ſudandum in lecto, quantum fieri poteſt, diſpone.

3. Mox exhibeo diaphoreticum in peracutis ʒj. cum aqua Cardui Mariæ vel rhœados.

4. Ruſticis vel robuſtioribus exhibeo oleum lini ab ℥j ad ℥iij. poſthæc omnia deinceps adminiſtrantur expectorantia.

Nota: Specifica proprietate Pleuriſin ſoluit raſura dentis apri aliquoties exhibita in vehiculis appropriatis: melius eſt magiſterium eiuſdem (*die Havvzeene.*)

Extrinſecus ad doloris & puncturarum mitigatio-

gationem faciunt inunctiones ex vnguento dialthæas,oleo amygdalarum dulcium & ſimilium.

Confert quoque Epithema ex melle & lacte inuicem decoctis & calide in veſica ſuilla lateri dolenti applicatis.Huius loci ſunt cataplaſmata ex anodynis, quæ multa ſunt apud Practicos.

Specifica quoque ſunt Priapus cerui, tauri ʒj: Ioël pag.25. decoctum florum papaueris rhœados, Valleriol.lib.5.obſ.10.

In Pleuritide notha eadem plerumque obſeruantur, niſi quod à ſp.Vini abſtineamus.

Externe in flatulenta pleuriſi mirifice valet puluis ſeminis cymini in folia braſſicæ butyro illita aſperſus & foris loco dolenti applicatus (hoc vſus ſum in filiolo meo Chriſtophoro.)

In Empyicis præſertim à pleuritide conſulto maturanda eſt ſuppuratio,poſtea ſanies ſeu pus educendũ, de quibus omnibus cõſulantur Practici, imprimis Rondeletius & B.Fauentinus. Hoc nimirũ loco chymica videntur vacillare, cum omnia lenioribus maturantibus extrinſecus & intrinſecus lenientibus ſunt peragenda. Nihilominus decoctum Guaiaci cum pectoralibus exhibitũ multum prodeſt. Fortius operabitur,ſi flores Antimonij fixi aliquoties,non ſingulis diebus, ſed ſingulis ſeptimanis pondere ʒj, in decocto Guaiaci propinentur. Sic nimirum tum maturatio tum ruptio apoſtematis promouebitur. Rupto autem apoſtemate, nec dum ſanie per purgationem expectorata, recurrendum eſt ad abſtergentia. Inter cætera laudatur hoc: ℞. aquæ hordei ℔ij, mellis roſati ℥v. (intellige aquam hordei deſtillatam) radicis altheæ ℥j. M. & ebulliant ad con-

ſumtionem ʒ. partis,poſtea colatura detur ad lambendum: (ſyr. dialtheas Fernelij hic etiam valet:) hoc abſtergitur vlcus & pus ad inferiores partes corporis transfertur, mundaturque per ſpiritum. Interea dum hæc fiunt, patienti quater vel quinquies in die aquæ hederæ terreſtris cum ſuo ſale acuatæ propinentur calide ℥iij,vel iiij, ſingulis vicibus.It.folia hederæ terreſtris in cibos mixta ſuppurationem dextre ſanant. Felicior fit progreſſio ſi ex hedera terreſtri fiat arcanum, cuius gut.iiij, vel vj,in aqua propria exhibitæ omnem locum abſoluunt.

Serum in pectore fluctuans educit ſuccus Bryoniæ, vt ſupra de anguſtia pectoris. It. ſuccus ireos noſtratis ad ſummum ℈ß,purgat nimirum per vomitum.

Plura vide infra de ſputo ſanguinis.

## RAVCEDO.

Raucedo à clamore ſanatur rotulis Diatragacanthi frigidi cum oleo aniſi illitis, ſi paulatim in ore reſolutæ deglutiantur.

Quæ à frigore, tollitur hauſtu Vini calidi cum ſaccharo diſtemperato.

In raucedine à deſtillatione etiam inueteratiſſima præſtans eſt ſyrupus compoſitus de Eryſimo Lobelij.

## TVSSIS.

Tuſſim cum recentem tum inueteratam plerumque ſi non ſemper, curant Vomitus ab aqua benedicta procurati. Hac nimirum ratione prima regio ventris ab omnibus impuritatibus liberatur, deſtillationes ſiſtuntur, & ſi poſtea conuenientia pectoralia tum interna tum externa fuerint adhibita, rariſſime redit.

Inter-

Interna ſunt omnis generis Loch ſeu ſyrupi pectorales, tum expectorantes, ſi opus ſit, tum confortantes & thoracem cum pulmonibus ab illapſu humorum præſeruantes.

Inter expectorantia laudatur Oxymel & Acet. ſcilliticum cum ſyrupo de iuiubis, de praſſio mixtum.

Confortantia ſunt ſyrupus de acetoſa, de hyſſopo violarum, liquiritiæ. His omnibus annumeratur ſyrup. dialtheas Fernelij.

Externa ſunt Vnguenta.

NOTA.

Præſeruatio à tuſſi mirabilis eſt in zizyphis, hoc eſt maioribus illis vuis, quas *Ezbeben* Germani vocant, macerantur in ſp. Vini & turgeſcentibus valde, earum vna atque altera mane & veſperi ſumpta à tuſſi præſeruat.

II. Tuſſim mirabiliter reſoluit Liquor ſacchari cum raphani taleolis comploſione præparatus, de quo ſupra de Aſthmate & orthopnœa. It. oleũ ſacchari magiſtrale, quod vocant, fit hoc modo: *Oleum ſacchari magiſtrale.* Fundatur ſuper ſaccharum cand. album ſp. Vini ſemel correctus, relinquantur inuicem per aliquot horas in loco tranquillo, poſtea ſuccendatur ſp. Vini, & ſaccharum cum reliquo phlegmate in liquorem craſſum abit, qui in tuſſibus etiam inueteratis aſſumtus expectorationem promouet, & aſperam arteriam cum pulmonibus leniendo corroborat, præſertim ſi aliquot guttæ extracti ſeu eſſentiæ croci huic admiſceantur. It. Extractio helenij per ſp. Vini cum ſaccharo miſta ſpir. incenſos deflagrat, manet ad tuſſim liquor perutilis. Huc refer puluerem illum Rulandi, de quo ante de aſthmate & orthopnœa.

In puerulis & infantibus tuſſes ſoluunt ſpecies diatragacanthi frigidi in rotulis. It. ſi pedes quotidie bis vel ter, præcipuè ituris cubitum lauentur in cereuiſia calida, & poſtea ſoleæ pedum inungantur cum axungia Lucij piſcis. His omnibus annumerantur flor. ſulphuris & lac ſulphuris.

Tuſſes inueteratas à tenuibus deſtillationibus cauſatas ſiſtit Laudanum opiatum, quod etiam in reliquis tuſſibus haud inutile eſt, modo dextre adhibeatur, thorace nempe à pituita craſſa & lenta non prorſus infarcto, ſed libero.

## SPVTVM SANGVINIS.

Sputum ſanguinis è pulmonibus imprimis curat ſemen Hyoſcyami cum aliis pectoralibus & adſtringentibus admixtum & tabulatum. Vide Platerum in praxi & obſeruationibus.

Si vero copioſus ſanguis ſimul excernitur, adſtringentia fortiora neceſſaria ſunt:

*℞. aq. radicis vrticæ deſtillatæ ℥j, olei vitriol. q. ſ. ad mediocrem acetoſitatem.*

F. mixtura, & frigide detur: hæc mixtura ſanguinis vomitum etiam feliciter curat. Vide infra de vomitu, Vel

*℞. ol. vitrioli ℈ß,*
*aq. plantaginis ℥iij.*

M. F. potiuncula, ſubito ſiſtit ſanguinis profluxum ex pulmonibus (vide ne guttur ſit exulceratum) & ſanguinis vomitum copioſum.

In caſu ab alto, ſi febres acceſſerint, ſignum eſt, ſanguinem extra vaſa in corpore putreſcere.

In hoc caſu nihil melius aqua Benedicta in vehiculo aquæ Chærefolij propinata. Febrem nimirum & inflammationes ſubito tollit (vena quoque

ſecari

ſecari poteſt) ac totum corpus ab impuritatibus liberat. Poteſt eadem exhiberi, etſi nulla adhuc tum adſit febris, & quidem ſtatim ab initio, facit nimirum ne febres facile ſuccedant, & ſi cætera fiant, quæ ſanguinem coagulatum diſſoluunt, qualia ſunt Eſſentia ſanguinis hirci. It. ſanguinis lupi, mumiæ, imprimis v. magiſterium oculorum cancrorum. It. Carbones tiliæ (ʒj vel ʒij in aqua Chærefolij vel aceto) Chærefolium detur in cibis. Puluis in caſu multum prodeſt.

*℞. Carbonum tiliæ,*
*oculorum cancrorum,*
*Herbæ chærefolij ana.*
*F. l. a. puluis,*
*doſis ʒij, in acet.*

Sic Diaforeticum in peracutis ſeu mixtura ſimplex (vel aqua alia Theriacalis) ſingularis eſt in hoc caſu, ſi intro ſumpta ſudores prouocentur, qui admodum neceſſarij ſunt, & interdum ab externis promovendi.

Sic lodices in vino rubro ſtiptico (diaphoreticis parum proficientibus) immerſæ, & poſtea expreſſæ, ac vniuerſum corpus amicientes, ſudores in hoc caſu mirifice promouent in lecto præſertim vbi conquaſſationes interiorum viſcerum metuuntur. Felix VVurzius in ſua Chirurgia laudat Mercur. ſublim. quem vide. Sunt alij deſcripti pulueres ad caſum vtiles, de quibus vide Practicos.

Sanguinem coagulatum in venis & extra venas reſoluunt omnia illa, (interdum etiam vena hic ſecari poteſt, de quibus iam diximus, imprimis verò ſudores prolecti poſt ſumpta reſoluentia cito id expediunt.

Extractum vel arcanum ſeu Eſſentia bellidis minoris intro ſumpta innata quadam proprietate omnem ſanguinem coagulatum ſoluunt, & per inſenſibilem quandam tranſpirationem educunt. Sic aqua Theriacalis & ſpiritus tartari idem præſtant.

*Vide etiã ſupra de aſthmate.* Quamprimum ad Medicum Aſthmaticus defertur, ſtatim purgans aliquod lenitiuum præſcribat, à fortioribus nimirum medicamentis in principio temperandum. Hinc decoquatur materia ſyrupis pectoralibus de praſſio, hyſſopo, liquiritia an. ℥jß. floribus ſulph. opt. triti ℈j, ſucci liquiritiæ ℈jß, aq. tuſſilaginis, veronicę an. ℥ij, capiat mane & tribus horis poſt prandium cochl. ij. vel iij. Hinc purgetur ſyrupo aut Apozemate, quod

℞. *rad. Ellebori nigri præparati,*
*Flor. irid. Florent. an.* ʒjß,
*tuſſilaginis c. toto,*
*pulmonariæ maculoſæ an. Mß.*

Coq. in ſ. q. decocti pectoralis aut flor. & fruct. ab ℔j.

*In Colatura* ℥*viij, infunde*
*agarici,*
*Rhabarb. elect. ana* ʒ*ijß,*
*Cinam.* ʒß.

In colatura reliqua ebulliant folior. ſennæ ℥ij, leuiter, colaturam ſ. q. ſacchari aut ſyrupo aliquo pectorali ad ſyrupi conſiſtentiam coque, cui in fine coctionis adde infuſum ex agarico & Rhabarbaro & F. apozema, aut ſyrupus liquidus, de quo ſumat ſi ſit Apozema, mane cum cuſtodia ℥iiij. Si ſyrupus ℥iij, quod ſi non ſatis reſpondeat aluus, tunc

℞. *rad. mechoacannæ,*

*agaric.*

*agarici troch. an* ℈j,
*diagrid.* g̃ *viij,*
*Cinam. elect.* g̃vj,
*ol. aniſi gutt. ij.*

F. puluis ſubtiliſſimus, detur media vel tertia parte ſingulis vicibus cum doſibus ſuperioribus. Commendabiles quoq; ſunt flores Benzoes cum floribus ſulph. ſi miſceantur. It. Elixir proprietatis Paracelſi cum aq. hyſſopi aut tuſſilaginis exhibitum à gut. vj. ad x. vel xij.

Fiat purgatio ſemper intermiſſis 2. diebus, in quibus vtatur ſyrupo diluto ſuperius deſcripto. Hinc ſi Plethoricus ſit æger, poteſt vena ſecari, ſed parce mittatur ſanguis: poteſt etiam inungi pectus ſequenti vnguento.

℞. *Vnguenti reſumptiui,*
*dialtheas an.* ℥ß,
*ol. ſcorpionum* ʒj.

F. Vnguentum. Aut

℞. *olei amygdalarum dulcium,*
*butyri recentis loti an.* ℥j,
*axungiæ anatis (aut in defectu eius olei Chamomillæ)* ℥ß,
*ol. irini & Croci an.* ℈j.

cum pauca cera F. Vnguentum quo calide inungatur pectus mane & veſperi ante paſtum, aut applicetur Emplaſtrum Diachylon.

Poteſt etiam in initio exhiberi nonnunquam Aqua benedicta aut infuſio florum Antimonij, vt ſcilicet ventriculus bene euacuetur & regio thoracis commota in materiam morbificam exſurgat.

Quibus ita præmiſſis ad ea, quæ expectorationem iuuant, accedendum; non neglectis tamen iis,

quæ à proprietate quadam morbum hunc exterminant. Inter quæ palmam tenent flores ſulphuris, Extractum Elenij, oleum aniſi, lac ſulphuris & Balſamus ſulphuris.

*℞. flor. ſulphuris ʒj,*
*extracti eleny ℈j,*
*ſacchari albiſſimi in aq. tuſſilaginis ſoluti ℥jß,*
*olei aniſi gut. iij.*

F. Rotulæ.

Poſſunt autem flores ſulphur. aut per ſe cum æquali parte iridos Florentinæ, aut ſpeciebus diatragacanthi frigidi aſſumi in ouo ſorbili ad ʒj, aut cum rob. Nucum, quod ſingularé in hoc morbo remedium in forma Electuarij adhibito pauco ſpiritu Vini & ſaccharo roſato, vt fiat Lambitus cum aqua & fructu rubi, aut quod conuenientiſſimum, fiant rotulæ. Aut ſi propter Extracti iniucunditatem, ipſius loco ſumatur puluis radicis ireos, Aut

*℞. diaireos ſ. ʒj,*
*diatragacanthi ʒß,*
*balſ. ſulph. ʒß,*
*ſacch. in aq. capill. Vener. aut farfaræ ſol. ℥ij.*

F. Rotulæ, illinantur ol. aniſi.

Lac ſulphuris exhiberi poteſt cum loch de pino, de pulmone vulpis, ſano & experto, admixtis bechicis albis, penidio & ſpeciebus diatragacanthi.

Poſſunt quoq; ac debent cum ſupra dictis Eclegmatibus & ſyrupis pectoralibus exhiberi & miſceri Cryſtalli Martis & flores Benzoës.

Cryſtalli Martis fiunt hoc modo.

*Cryſtalli Martis.* ℞. Limaturam Martis puram ac tenuem, ſuperfunde

funde guttatim oleum ſulph. per Campanam ſtatim incaleſcit & totus quaſi ſoluitur, ſine quieſcere & refrigerari & intra duas noctes concreſcent Cryſtalli, qui per aquam communem deſtillatam ſoluti,& à fæcibus per filtrationem ſeparati denuò aqua euaporata in Cryſtallos redeunt,ſi ſcilicet exhalatur aqua ad cuticulam. Hinc in locum frigidum locatur & regenerantur Cryſtalli, aqua reſtitans vlterius vt prius, euaporatur, colliguntúrque Cryſtalli toties, quoties poſſunt. Doſ. gr. ij vel iij.

Prodeſt quoque fumum excipere per os ex Benzoë, aut Benzoën cum flor. ſulph. ana miſceri pro fumo.

Quod ſi à materia tenui & aquoſa à cerebro diabente oriatur dictus morbus, tunc quæ in capite præcedente de catarrho ſuffocatiuo dicta ſunt, cũ his medicamentis coniungenda,obſeruatis iis,quę in Practicis in hac cura annotantur.

Pectoralibus iiſdem plane remediis Phthiſis,de qua etiam ſupra de Phthiſi hæreditaria curari poteſt; propter febris tamen præſentiam addantur, quæ humectant & refrigerant, & vt æger vtatur pro potu ordinario, aut quam ſæpiſſime in die decocto pectorali, eoque ſemper, ſi fieri poteſt tepido communi aut ſimili in copia.

It. rotulas frequenter aſſumat de floribus ſulph. cum oleo, Balſamo & lacte ſulph. cũ eſſentia mellis, quæ fit,ſi miſceatur mel cum arena lota, vt fiat quaſi maſſa, cui ſuperfundatur ſpir. Vini ad 2. dig. Hinc per 5. vel 6. digeratur, ſpiritus tinctus ad mellis conſiſtentiam iterum deſtilletur. Teneat quotidie quoque in ore Opiatum ſequens *Eſſentia mellis.*

℞. conſeruæ roſarum ℥jß,
ſacch. roſati tabulati penidij,
bechici albi an. ℥ß,
ſpec. diatragacanthi frigidi ʒjß.
Cum ſyr. violarum miſce.

Ad pectus Emplaſtrum ſemper admotum ſit pectorale aut cataplaſma inuncto prius pectore Vnguento appropriato.

Ad confortationem paratur Pineolatum & Martius panis addito ſoluto perlarum.

Poteſt etiam fieri paſta regalis hoc modo:

℞. amygdalarum Ambroſinarum pinearū an. ℥ij,
ſacch. roſati tabulati ana ℔ß,
ſem. aniſi,
pap. alb. an. ʒjß,
bombacis,
pulu. de pulmone vulpis an. ʒj.
Carnis pectoris caponis j.
aut perdicis diligenter in mortario pulueriſat.

M. & F. paſta, quæ in fruſta tenuia ad lubitum ſecta coq. ſ. a. ad flauedinem. Vel

℞. Carnium Teſtudinum,
Cancrorum ana ℥j,
Nucum pinearum in aqua roſarum maceratarum ℥ij,
Pulu. Diamargariti,
Diatragacanthi frigidi ana ʒj,
Fl. ſulphuris,
Rad. ireos ana ʒß,
ſacchari in aqua capillorum Veneris,
aut eius decocto ſoluti q. ſ.
Fiat Pineolata.

Poſt

Poſtquam materia optime expectorata vtiliter adhiberi poteſt decoctum ex herbis, quæ vim habent conſolidandi. Exempli gratia.

*℞. plantaginis cum toto* ℔j,
*Conſolidæ maioris,*
*bugloſſæ ſeu conſolidæ mediæ,*
*fœniculi,*
*prunellæ cum totis an.* ℥iiij,
*diptamni cretici* ℥iij ß,
*flor. hyperici,*
*bugloſſæ,*
*violar. an.* ℥iij,
*Cinamomi* ℥j ß.

F. decoctum: aut infundantur in lacte caprillo ad 3. digit. Hinc per alembic. deſtillentur ad ſiccitatem. Poſſunt etiam cum dictis herbis fieri conſummata.

Deſtillatum apud nonnullos in magno pretio eſt ex corde nempe, hepate & pulmone Vituli adiectis aliquot herbis.

Prodeſt quoque Viperarũ Alcohol. vel Bezoardicum animale quod fit, cum poſt excoriationem viperarum dum adhuc viuunt inteſtinis, capite & cauda abiectis, caro reliqua vt & cor, hepar, elota primum in aqua ſimplici, & poſtea in ſp. Vini, exſiccatur lente in vmbra vel B. & in puluerem ſubtiliſſimum redigitur. Huius pulueris ℞. ℥j. ſal. præparati (ſæpius fuſi) ℥ij. Aſſumitur puluis ad quemlibet cibum loco ſalis menſarij. *Bezoardicum Animale.*

Quinta eſſentia perlarum ad gut. 4. vel 6. quotidie adhibita phthiſicis quoque ſummum ſolatium eſt: illos nimirum priſtinæ ſanitati reſtituit, & morbum plane expellit, præſertim ſi guttulę ali-

quot olei cinnamomi ipſi adiungantur.

Ad Pleuritidem (plura vide ſupra de Pleuritide) laudant nonnulli aquam illam mucoſam, quæ effluit ex ore Equorum, quando ex puro & gelido fonte aquantur, ſi patienti propinetur.

*Tragea Antipleuritica.*

Tragæa Antipleuritica:

*℞. Sal. prunellæ (quem anodynum vniuerſale vocant)*
*pulueris flor. papaueris rhœad. ℥ij,*
*corallorum rubrorum an. ʒj,*
*ſacchari violacei ℥ß.*

M. Doſis ʒij, cum aq. papaueris rhœados benedicti. Eſt ſingulare remedium ad pleuriſin.

Quemadmodum in omnis inflammationis, ita & in pleuritidis curatione ſtudendum, vt fiat inhibitio fientis, factæ fluxionis euacuatio & doloris vrgentis ſedatio. Vt igitur fiens prohibeatur, ſtatim ab initio, vt vocatus eſt Medicus (oportet autem vt ante 3. dies vocetur, alias irrita erunt omnia) iniecto clyſtere Vena ſecetur media vel interna lateris dolentis, & ſi magnus ſit affluxus & tenſio, cucurbitulæ brachiis & cruribus ſuper genua apponantur ſtatimq; quia dolor vrget, fomentum fiat ex rebus anodynis & temperatis, quale eſt decoctum è meliloto, Chamomilla, fœnugræco, maltua & roſis in lacte vel vino & aqua æqualibus partibus. Cum decocto fomentetur latus cum ſpongiis, aut quod fere præſtat, lacte calido impleatur veſica & lateri dolenti applicetur per horas 3. Hinc ſupra pannum calefactum extendatur theriaca mediæ ætatis ſuperinſperſis ſpeciebus diambræ & calide applicetur.

Intra corpus vero aſſumat doſin laud. opiati.

Bibat

Bibat ordinarie Iulepum.

*℞. aquæ rhœados* ℥vj *vel* xij,
*ſyrup.*
*De Endiuia,*
*violarum an.*℥ij,
*ſp.vitriol.gutt.*vj.
aut ℞. *aq.papaueris,*
*petroſelini,*
*Halicacabi,an.*℔j,
*ſyr.de V.radicibus* ℔ß,
*ſp. vitriol.* ℈ß.

pellit vrinam & ſudores. Si fieri poteſt aſſumat totam aquam ſpatio horæ. Matutinis vero tẽporibus aſſumat ſyr.de V.radicibus de cichorio cũ Rhabarbaro an.℥iij.aq.veronicæ ℥iiij pro xxvj.doſibus.

Die tertio ſi adhuc adſit plethora & dolor vrgeat, vena ſecetur iterum, & ſi ferant vires, purgetur die ſequenti infuſione de agarico & Rhabarbaro, Electuario benedicto laxatiuo aut electuario de foliis ſenæ aut ſyrupo aliquo magiſtrali: Indéque vtatur Oxymelite ſimplici & ſcillitico, verbi gratia.

*℞. eorum* ℥jß,
*ſyr.de liquiritia,*
*iuiubis,*
*hyſſopo an.*℥ij.
*aq. farfaræ.*
*capill.Vener.an.*℥jß.

cum decocto pectorali miſce, capiat ad libitum, imprimis mane & 3.horis poſt prandium.

Si Apoſtema ſentiatur, danda opera, vt illud ad extra trahatur, ſi fieri poteſt. Ad rumpendum vero abſceſſum cæteris præualet Cataplaſma ex

herba Kaly, radicibus lilij albi recentis, axungia porci, quod lateri dolenti applicandum, ſubito rumpit abſceſſum ſiue interius ſiue exterius ſit.

Folia item hederæ in cibos mixta ſuppuratioñe dextre ſanant, felicior fit proceſſus ſi ex hedera fiat arcanum, cuius grana iiij vel 5. in aqua appropriata exhibita omnem ſcopum abſoluunt.

Non inutiliter quoque præſcribi poſſunt rotulæ de floribus ſulph. cum ol. aniſi & tragac. factæ.

Prodeſt quoque ſulphur. vitrioli anodynum cũ ſyrupo violarum, aq. Cardui benedicti, Cardui Mariæ & rhœados, hæc enim à proprietate quadam naturali dicto morbo contrariatur. Poteſt it. nonnunquam offerri ex mixtura, quæ fit ex ſp. ſal. nitri & ſp. Vini æq. part. ℈j aut ℈jß, ſp. tart. etiam prodeſt cum aqua Cardui Mariæ aut rhœados addito aliquo ſyrupo, puluere ſeminis vrticæ ad ℈j, cum ſyr. violar. lambat & paulatim deglutiat.

*Notetur* vt omnia illa, quæ aſſumit æger ſint actu calida, aut ad minimum tepida. Nam frigida, quæ inter bibendum ad pulmones veniunt, poros condenſant & reſolutionem impediunt.

Pectus inungendum vnguento, quod ℞. ol. amygd. dulcium, Chamomillæ an. ℥ß, Croci ʒß, ceræ q. ſ. F. Vnguentum, quo inungatur poſt fotum.

Maxime etiam commendantur Rotulæ ſequentes.

℞. *Fl. ſulphuris* ʒx,
*Myrrhæ rubræ* ℈jß,
*Aloes hepaticæ* ʒj,
*Croci* ʒß.

F. puluis qui poteſt dari per ſe à ʒß ad ʒj, aut cum ſ. q. ex eo fiant rotulæ pro lubitu aſſumendæ.

Si hiſce

Si hiſce non cedat, ſed protrahatur morbus, ad ea accedendum, quæ ad ſputi facilem excreationem faciunt, quæ materiam deterunt, attenuant, & incidunt, aut ſi nimis tenuis ſit, incraſſant: quæ vias pectoris dilatant, vt educi poſſit materia, quæ tandem eam educunt. Vbi non inutile, exhibere interdum doſin de Mercurio laxatiuo, reliquorũ medicamentorũ farrago apud Practicos extat.

## CORDIS AFFECTVS.

### *VLCERA ET ERYSIPELATA.*

Vlcera cordis, eiúſque Eryſipelata incurabilia ſunt.

### LIPOTHYMIA.

Lipothymiam ſoluit oleum ſuccini albi & eius balſamus naribus inditus vel ad odorandum exhibitus. It. balſamus, oleum & aqua Cinamom. Balſamus rutæ, Caryophyllorum idem & quidem celerius præſtant. Sic Ambra & moſchus feliciter lipothymias tollunt, præſertim in viris. It. acet. florum tunicis, rutæ, flor. ſambuci commode huc acceſſuntur.

Spiritus Corallor. hic inſignis eſt, de quo vide Crollij notas.

In lipothymia ſtomachica proſunt 1. vomitiuum. 2. confortantia, vt oleum zedoariæ. It. vinum & extractum eiuſdem, Eſſentia meliſſæ cum ſp. V. & aliquot guttis ol. iuniperi, Eſſentia meliſſæ ex plicis ventriculi pituitam craſſam educit, vide etiam ſupra de capitis affectibus.

### SYNCOPE.

In ſyncope folia & flores meliſſę inſuantur ſacculo, qui poſtea cum ſp. Vini aſperſus applicetur mammillæ dextræ calide. Aqua perlarum.

*Aqua Perlarū.*

℞. *Aquarum 4. cordialium an.* ℥ij,
*manus Chriſti cum vel ſine perlis* ℥j,
*magiſterij perlarum* ʒß,
*ſuccini albi pulueriſ.* ℈ij, (*ſuper marmore terēdo*)
*aquæ Langij* ℥j.
M. detur cochl. ß.

## PALPITATIO.

In palpitatione cordis à quacunque cauſa profecta memorabilis eſt lapis Bezoar genuinus non adulterinus, eius g̃ij, vel iij, cum magiſterio perlarum & Corallorum an. g̃vj, quotidie, vſque ad remiſſionem morbi, exhibeantur in aqua Cinnamomi vel aqua cordiali compoſita.

Externe applicentur inūctiones ex balſamis cordialibus. It. Epithemata tum calida tum frigida.

*Nota:* Palpitationem cordis inueteratam penitus aufert Mumia hominis ſani, aliquoties in aqua Cinnamomi exhibita: aqua theriacalis Crollij. It. aqua theriacalis Camphorata Crollij, quæ ingreditur compoſitionem mixturæ ſimplicis. It. liquor Margaritarum cum ſpiritu Guaiaci præparatus mirifice proficiunt, ſi ſuis doſibus intro dentur.

Vſus olei Cinnamomi in rotulis multum prodeſt.

## VERMICVLI IN CORDE, SEV ſub Capſula Cordis.

Subnaſci in corde vel ſub capſula Cordis vermiculos extra dubium eſt. (morbus hic virginibus familiaris.) Morbi dignotio ſumitur: 1. à puncturis & doloribus cordis. 2. Lumbricis excretis vel non excretis. 3. Signum pathognomon, cum eſt Conuulſio.

Cor-

Cordialia ſeu calida ſeu frigida, ſeu etiam ſpecifica (niſi quod lapis Bezoar ab initio, antequam conuulſiones ſubſequantur, cum Sale Tanaceti vel diptamni Cretici aut vulgaris ſumptus, doſ. ℥4.5.6.& 8. interdum aliquid proficiat) parum aut omnino nihil efficiunt.

Cura ſpecifica eſt talis: 1. Expurgantur lumbrici per Mercurium in conſerua roſarum exhibitum hoc modo: ℞. Mercurij viui purgati verbi gratia vſq; ad ℈j, diſtempera vel mortifica (Mercurius nō mortificatur proprie) cū ſaliua ieiuni vel cū ſucco limonum: Miſce cum conſeruæ roſarum ℥ß, adde benzoës puluerisat. ℥ ij. aut ſi Mercurius crudus reformidetur, tantum eius ʒj vel ij, infuſione in aquæ frigidæ hauſtū per noctem facta, tandem exhibeatur ſine Mercurio (qui non attrahitur quidē ab aqua, ſed odore ſuo eam efficit) aut aqua deſtillata ex cæpis vel allio quātitate ℥ij vel iij. propinetur. Lumbrici certo emoriuntur aut expelluntur.

2. Lumbricis quidem excretis, ſed conuulſionibus & paroxyſmis recurrentibus, vnde certiſſimū ſignum vermiculi Cordialis deprehenditur, ſpecifica extracta allij, raphani ſylueſtris & naſturtij aquatici exhibeantur, doſ. ℈j. an. in brodio vel iuſculo, vbi raphanus ſylueſtris maceratus fuerit. Ab hac cura citiſſimè curantur.

*Nota:* In defectu Extracti ſufficiunt ſucci an. Cochl. j. ij. iij. in hoc ſalia prædictorum ſimplicium dextre parata idem præſtant.

## VENENA.

De præſeruatione & Curatione Venenorum diligenter notentur, quæ Crollius habet: perfectiora non dantur.

Balſamus vitæ Lichtenackeri egregia antidotus eſt.

Bezoardicum minerale ſolare meum Marrhozes radix ex Indiis nuper allata.

In dolore Cordis Bezoar & reliqua ſupra de confortantibus cor enumerata valent.

## MAMMILLARVM Vitia.

Inflammationem mammillarum præcipue ſedant Epithemata externa.

Sic Epithema ex thure & myrrha coctis cum acet. & vino tepidè applicatum (ſi dolor vehementior addantur Laudani opiati gr. ij. iij. iiij.) inflammationes incipientes tollit.

Sic Vernix præparata & emplaſtri loco applicata inflammationes tollit & abſceſſus prohibet: Cicuta ſimpliciter tuſa inflammationes à lactis redundantia ſedat, abſceſſum prohibet.

Internè in eiuſmodi inflammationibus ſubito auxilium ferunt ſpecula illa pennarum Pauonis (*die oberſte Spiegelfeder allein*, vbi ſignatura mammarum) quarum 3. vel 4. diligenter cultro in minimas partes ſciſſæ & aqua menthæ exhibitæ ſeu abſorptæ ſtatim proſunt.

Abſceſſibus adhibeantur 1. diſcutientia. 2. maturantia. Vlcera facilius non curantur, niſi ab oleo nucis iuglandis expreſſo & leniter (in ſartagine inſpiſſato) poſtea cum turundis applicato.

Præſtantiſſimus eſt balſamus Sulph. Rulandi, qui ita fit. ♃. Sulph. vel florũ Sulph. ℥ij. ol. papaueris expreſſi ℔j. Vini boni ℥iij. Macerentur per 8. dies & noctes leni igne aliquoties mouẽdo, poſtea bulliãt igne Carbonum lẽtiſſimo vſq; dum Vinum

*Balſamus Sulphuris Rulandi.*

num conſumtum fuerit ſemper mouendo. Tandē cola ſeu traiice per laciniam & ſerua. Vide curat. 29. cent. 1. Rulandi. It. Emplaſtrum diaſulph. ℞. olei Sulph. ℥iij, Ceræ ℥ß. Colophoniæ ʒiij, myrrhæ ad pondus omnium, cera Colophonia oleoq; liquefactis inſpergatur myrrha ſubtiliſſime trita paulatim, igneq; lento coquantur ſpatula ſemper agitando donec permixta fuerint bene, poſtea nimirum poſt horæ partem ab igne deponantur & paulatim frigeſcant.

## CANCER.

Cancer mammillarum in mulieribus plerumque ſubſequitur menſium obſtructiones aut ſi ab alia cauſa procatarctica ſuum initium habuerit, ſæpe tamen menſes ſubſiſtunt & malum fit deterius.

Non exulceratum ſatius eſt intactum relinquere, hoc modo nihil proficientibus auxiliis, ſed malū exaſperantibus. Mitius fit, ſi menſes in priſtinum ſtatum vel à natura vel medicamentis reuocati redeant, ſi per ætatem id licuerit, aut ſi corpus alias Cacochymum, purgantibus & mundificantibus reddatur purius.

In mundificantibus præſtat ſpecificum purgans Paracelſi. It. Mercurius dulcis & alia melanagoga cum Chymica, tum vulgaria.

Vlceratus firmiſſime ſanatur 1. aqua fuliginis mundificante, donec nempe fiat Eſchara. 2. Valet oleum arſenici fixi in aqua Plantaginis diſtemperatum, donec nempe mundificetur vlcus & Eſchara ſponte vel axungiis adiuta cadat. Quod ſi fibroſæ radices per cauitates hinc inde diſſeminatæ fuerint, volſellis euellantur prudenter,

Interne ſæpius magiſterium ocul. cancrorum in aqua Empetri aut perſicariæ exhibeatur.

Externe mundificato vlcere & cancro mortificato, conſolidantia ex oleo balſamoq; Sulphur. eiuſque emplaſtro procurentur.

Hæc autem cura celebris eſt in vlcere canceroſo vel carcinomate tantum incipiente. Si Eſthiome non acceſſerit, ſeu ſi vlcus ſordidum & cauernoſum redditum fuerit, præſertim ſi in thoracem vſque propagatum, rariſſimè ſanatio vlla locum habere poteſt. Præſtat poſt mundificantia ſæpius vlceri aſpergere puluerem de cuticulis ouorum internis pullorum excluſorum.

Lactis redundantiam auferunt maxime folia cicutæ vel menthæ appoſita. It. caſeationem lactis ſoluunt. Felicius operaberis, ſi menſes ſimul fluant, itaque vel à natura vel arte mouendi.

Lac promouet ſemen fœniculi ſępius comeſtũ. It. radix fœniculi geſtata id pręſtat, puluis Cryſtalli lapidis tenuiſſimus intro ſemel atque iterum pondere ℈ß vel etiam ℈j, datus in aqua fœniculi à proprietate quadam lac augere videtur.

Sciſſuras mammillarum tollit axungia cochlearium, de qua ſupra de fiſſuris Labiorum. Item capi pomada.

Cancer eſt tumor inæqualis aſpectu teter, aliquando cum dolore. Nomen accepit à cancris. Hoc vitium fit in omnibus humani corporis partibus cum internis tum externis, quę à natura purgationem habent quod raræ & laxæ ſint, quæ craſſiſſimam materiam melancholicam promptiſſimè excipiãt. Generatur ex melancholico humore efferueſcentę, qui ſi ſit acrior, exulcerationem efficit.

Sunt Cancrorum differentiæ ſpeciales. Nam quidam vlcere carent, quidam exulcerantur: ſigna ſunt tumor, magis phlegmone nigricat abſque tanta caliditate, venæq; in habitu intumeſcunt, quoniam ſanguis inutilis à profundo attrahitur, ideoque varicoſæ venæ redduntur.

Color cancri cinericius ſubliuidus, ad purpureum vergens, tactu duriſſimus, pungentes interdum dolores inducere ſolet, & maxime in maxillis, mammillis, in aliquibus autem corporis partibus dolorem infert, in aliquibus non.

Diuerſificatur tum ratione loci, tum ratione materiæ. Ratione materiæ cum ſunt humores mixti, melancholici aq; billioſi ſimul; ratione loci in facie, in labiis, in naſo, in fronte, in manibus, digitis, vt experientia me docuit. Hæ partes immunes ſunt ab omni dolore; in mammis autem dolorem pungentem habet: In virili parte quoque dolores habere ſolet.

Naſcuntur aliquando in labiis, naſo, in angulis oculorum, in fronte, & in tota faciei parte, vt plurimum quaſi verrucæ in forma ciceris, poſtea dilatantur & creſcunt ſicut fungi cum labiis calloſis & inuerſis, ſolent ſanguinem vel quiddam virulentum emittere. In fronte ſolét vt plurimum corrodendo ſe dilatare.

Aliud genus ſeu ſpecies nullo modo ad vlcus peruenit, ſed tumor ſcirrhuſque durus, liuidus & nunquam vlceratur & quotidie augetur. Imò vt plurimum in collo, hepate, ſplene, in vulua, in matrice naſci ſolent, raro in aliis corporis partibus, neminem vidi, niſi Patauij in naſo cuiuſdam mulieris.

Primum huius vitij genus ſi vlceretur, iugiter erodit & profundum ſuffodit, ſaniem putridiſſimam emittit, & dolorem abominandum creat, qui ſufferri vix poteſt.

Incurabilis eſt, qui habet radices ſeu venulas varicoſas, quæ ſanguinem è profundo attrahunt, in partibus thoracis. Alius eſt curabilis.

In curatione Cancri 1. Inſtituatur victus ratio, in qua vitanda, quę ſuccum melancholicum generant, vtendum ptiſana, hordeo, malua, atriplice, beta & omnibus, quæ bonum generant ſanguinem & coctu facilem. Bibendum vinum tenue, album, non valde antiquum.

Vacuatio primum tentanda ſanguinis miſſione, modo vires & ætas permiſerint.

Vena in gibbo media ſecanda & primo menſes prouocare, poſt humorem peccantem euacuare oportet.

Si hæmorrhoïdes in viris, quibus emanare conſueuere, ſuppreſſæ ſint, recludantur.

Purgantia erunt Epithymum, ſenna, polypodium, ſerum lactis & huiuſmodi compoſita diaſenna, diabugloſſum, pilulæ de lapide lazuli

Poſthæc humorem, qui in partem decubuit repellere vel diſcutere, adhæc particulam, ne quid humorum abundantiæ ad eam confluat, firmare oportet cum aliquo repercuſſiuo circa locum affectum: poſt imponendus puluis Benedictus ab Altiſſimo mihi datus ad vtilitatẽ generis humani.

*Puluis Benedictus.* Hunc ordinem ſeruare oportet Medicum: mane ieiuno Medicus ſemper cum ſputo bombacem apponat. Si cancer eſt vlceratus, accipiat puluerem abſterſo prius vlcere ab omni ſanie & virulentia, poſt

poſt aſpergat puluerem, vt aſpergunt farinam ſuper piſces cum parantur in ſartagine, & cum prædicta bombace tegat ac eum ſputo liniat circumcirca, vt adhæreat, cum adhæret, nunquam cadit, niſi vna radices ſecum eradicet. Solet hoc vt plurimum inferre dolorem interpolate, quando humor acris & mordax non poteſt purgari per vlcus, (etiam alioquin fit tumor magnus, eo tempore nec remouendum medicamentum, nec aliquid ſupra apponendum, ſed circum oleo roſaceo illinendum, & poſtea dimittendum, vſque dum per ſe cadat) quando humor iſte acris purgatur per vlcus, nullum dolorem infert, poſtea purgatur ſicut alia vlcera. Sed ego ſemper vſus ſum puluere incarnatiuo mundificatiuo & digeſtiuo ſolū ex Terebinthina & vitellis ouorum cum vnguento de Lithargyro & Mumia, vt infra ſcribam.

Semper auertendum, ne aliquot radices remaneant, & ſi remanſerint, iterum imponendus puluis. Extant alioquin, dum abſint radices varicoſæ, vnus cancer ſuper alium quaſi ſtrumæ, tunc oportet iterare puluerem, vſque dum ſtrumæ omnes euellantur, & iſti Cancri ſunt difficilimæ curationis, cum ſint in thoracis partibus, quia inter thoracem radices habent. Multas mulieres curaui ſolo hoc Emplaſtro, dum erat in fieri vlcus. ℞. ammoniaci in acet. ſoluti, & exquiſitiſſime purgaui ſuccum illum malignum tali modo, quod non fluebat ad locum affectum (expertus ſum in mammillis) & ſæpe iteraui ad perfectam curationem. Hoc Emplaſtrum poſt conſolidationem vlceris per aliquot dies appoſui, & feliciter curaui nonnullos.

Pulu. Benedicti conficiendi ratio.

℞. *Pulueris in ſigno* A. ℥ij.
B. ℥j.
C. ℔j.

Subtiliſſime quantum ſufficit impalpabilis reddatur ſuper porphyritem, ſeruetur in loco bene clauſo, ne humiditatem recipiat, & quanto magis inueteratur, tanto pretioſior eſt. Ante annum ad vſum non erit bonus.

A. Accipe in menſe Iunio, Iulio, & Auguſto radices dracunculi maioris (quia eo tempore folia ſiccantur, & tota radix remanet in terra) radicem illam ſcinde in plures particulas, ſuſpende in loco, vbi ſpirant venti, cum ſiccatæ ſunt, ſerua illas ad vſum in conficiendo puluere. Quando iſtæ radices non haberi poſſunt, in earum vicem radices dracunculi minoris, qui dicitur Aron, ſed melior maior dracunculus, qui dicitur dracuntium.

B. Sandaracha ab antiquis à vulgo dicta Arſenicum album, calcinoſum, non ſplendidum quaſi vitrum, non rubeum, quod in ſe habet quandam malignitatem, ſed album calcinoſum non habet tantam malignam qualitatem, præpara ſequenti modo. ℞. illius q. v. ſubtiliſſime pulueriſa per 15. dies de tertio in tertium, appone aquam vitę in loco calido, vt recipiat illius virtutem & cooperiat aquam vitæ; ad illum puluerem poſt triduum iterum noua aqua vitæ apponatur, & illa, quæ prius adfuit, abiicienda. Miſce ſimul cum aqua, & tunc erit præparatum.

C. ℞. Fuliginem, quæ reperitur in caminis, (ſupra de confortantibus de oleo fuliginis) non antiqua,

tiqua, neque arenoſa, ſed quæ in ſe habeat ſalſuginem, quia ſolet reperiri quaſi tela araneorum, & hæc non eſt bona; & prudens operator poterit conſiderare ſua diligentia & vt ſupra componat puluerem.

Puluis Incarnatiuus & mundificatiuus:

℞. *Olibani,*
*Sarcocollæ,*
*maſtichis,*
*myrrhæ,*
*aloës,*
*mumiæ,*
*ariſtolochiæ vtriuſque ana ℥iij,*
*Mercur. præcipit. cum aqua calcinata compoſiti ʒjß,*
F. puluis.

Ego vſus ſum præcipitato facto, cum ſole amalgamato, in nobilibus vnguento ſequenti. ℞. lithargyri auri ℥iij, mumiæ ʒjß, ſubtiliter pulueriſat. cum oleo roſaceo & acet. roſac. F. Vnguentum in mortario plumbeo.

Vnguentum,

Quo vti ſoleo, tale eſt. ℞. Lithargyri, affunde oleum & agitentur per quadrantem horæ, poſtea adde acet. roſaceum & ſic agitetur; poſtea iterum ſolum, ſemper agitando & fermentando per 3. vel 4. horas, & erit optimum compoſitum.

## VENTRICVLI AFFECTVS.

Inflammationes oris ventriculi, vt & ventriculi ipſius citiſſime perſanantur lapide prunellæ ſ. e-ius ℈j, atque alter diſſoluantur in aquę menthæ vel cichorij aut abſinthij quantū ſufficit, & ſæpius piſſando abſorbeatur. Idē & quidē certius præſtat

ſpiritus Saturni gut. j. atque altera in aqua prædi-
cta exhibitus, non bene ſed nota.

Frigida Saturno non bene iuncta venus.

## VLCERA VENTRICVLI.

Vlcera ventriculi difficulter curantur, ideóque prouidentia naturæ rariora occurrent.

## ANGVSTIA VENTRI- culi, ſeu *DEGLVTIENDI DIFFI- cultas.*

In anguſtia ſeu deglutiendi difficultate antecellit Rob. Nucum in cuius ℥j, ſi Salis gemmæ g̃ vj. vel viij, aut ad ſummum ℈ß, diſtemperentur, & poſtea per vices lente deglutiatur, omnẽ hanc difficultatem tollit, ſeu ea contingat in morbis, ſeu extra morbos, hoc eſt, ſit morbus ipſe vel ſymptoma. Quod ſi ſcirrhus hanc difficultatem cauſatus fuerit, Emplaſtrum de cicuta (ſit de ſucco cicutæ, oleo Chamomillæ & cera q.ſ.) foris ad orificium ventriculi geſtatum diutius, cum reſoluit, nihilominus manente deglutiendi difficultate Rob. nucum ita temperatum præſtiterit. Vide Cardanum & VVilhelmum Fabricium.

## CARDIALGIA.

In Cardialgia *incipiente*, vel paululum *durante* curanda, Vomitus, ſi promoueri poſſit, vtramque abſoluit. Vomitus ergo ab aqua Benedicta vel Gilla Theophraſti procuratus facilime ſoluit.

Inueteratam præſertim apud ſenes tandem auffert (vomitiones apud ſenes non ſatis tutæ) ſyrupus de Chamomilla. Melius eſt arcanũ de Chamomilla, præſertim Romana, ſi in aqua menthę quotidie exhibeatur vſque ad declinationem morbi.

Fo-

Forinſecus applicentur Epithemata ex emollientibus & dolorem auferentibus Chamomilla, malua. Præſtantiſſimum eſt in hoc caſu oleũ Chamomillæ ſapphiricũ Thurnheuſeri (quod fit ſi floribus Chamomillæ addatur aliquid Terebinthinæ cyprinæ in aqua diſſolutæ & poſtea per veſicam deſtilletur.) in aqua menthæ vel Chamomillæ aut floribus ſambuci aut foliis prunellæ ſylueſtris datum gutt. iiij, v. vj.

## DILATATIO ORIS ventriculi.

In oris ventriculi dilatatione ſeu hiatu à ſumto cibo valent Confectio, aniſi, fœniculi, Coriandri vel ante cibum tabulæ diatrion pipercon, oleum piperis optimum eſt. Purgantia hic locum non habent.

Externe adhiberi poteſt baſilicum maius in ſacculo geſtatum circa orificium.

## FOETOR VENTRICVLI.

In fœtore Ambra in Vino ſuſpenſa: It. oleum vel ſal Cinnamomi.

## INTEMPERIES VENtriculi.

Intemperies ventriculi cũ humore, ſiue à cauſa frigida ſiue calida ſit, corrigitur leni vomitu præcedente. Sic nimirum ſaburram ventriculi, eiuſmodi intemperiem plerumque comitantem facilius exterminamus, quam ſi aliis purgantibus per inferiora vtamur; præterea plicæ ventriculi ab humore congeſto quaſi obſeſſę expediuntur, & poſtea intemperies, modo nec innata, inuetcrata admodum ſit, facile corrigitur.

Si humor nullus acceſſerit, non erit quidem

abſonum vomitiuis (in quibus aqua benedicta vnice valet) abſtinere, vel etiam ſi ferre poſſunt, vomitum imperare. Tutius tamen progredimur ad laxatiua purgantia, qualis ſunt puluis ſenæ laxatiuus, Extractum Mechoacannæ, panchymagogon vegetabile. It. Mercurius dulcis, his præmiſſis confortantia ſpecifica exhibenda ſunt.

Vtrobique i.e. intemperie tam calida quam frigida præſtat ſpiritus vitrioli acidus, imprimis Veneris, de quo in notis ad Crollium. Elegantior ſemper deprehenſus ſpiritus vitrioli philoſophicus in iuſto vehiculo exhibitus (horis ij. ante paſtum ſine motu, vel hora j. cum motu) præualente quidem caliditate cum tinctura roſarum vel extracto centaurij minoris (NB. imprimis arcanum eius) prædominante vero frigiditate cum Extracto calami aromatici, Zedoariæ vino abſinthiaco vel alio generoſo.

In ſenibus, præſertim pituitoſis & Catarrhoſis Eſſentia meliſſæ cum ſp. Vini extracta. It. eſſentia pulegij multum, imo plurimum poſſunt. Vtraque tamen eſſentia interdum fortificanda eſt in exhibitione cochl. j. taleolis vel particulis aliquot calami aromatici conditi aut ol. iuniperi gut. ij. aut iij. (ſic nimirum pituita egregie reſoluitur.)

*Nota:* Spir. vitrioli philoſophicus Eſſentiis hiſce immixtus guttis aliquot feliciores facit.

Correcto ventriculo omnia illa ſymptomata, (cardialgia ex conſenſu ventriculi, animi defectus, delirium, ſopor) nec imminere nec præualere poſſunt.

Corrigitur ventriculus omnium commodiſſime per Vomitoria. Ablatis ergo impuritatibus & ven-

& ventriculo reſtituto, omnia illa Symptomata ceſſant.

Si quod forſan poſt correctum & confortatum ventriculum ab hiſce accidentibus reſiduum fuerit, θεράπευσις petenda eſt ex propriis iſtorum morborum capitibus.

## FASTIDIVM ET INAPpetentia.

In faſtidio & inappetentia valet ſpiritus vitrioli philoſophicus, cuius effectus ſatis laudari nequeunt. Exhibendus is eſt in vehiculis conuenientibus (in aqua menthæ, acetoſæ in vino, brodio) Faſtidium id fit ex ſucco vitriolato vitiato in Ventriculi fundo, & conſopito, qui iterum excitatur acidis.

Externe cibi faſtidium aufert Epithema ex vino maluatico & aceto ana, cum cruſta panis puluere Caryophyllorum. (ſi imbecillitas ventriculi quoque acceſſerit) aſperſa & aliquoties calide ſupra ventriculum poſita. Idem efficit Vnguentum ex butyro capræ & oleo Caryophyllorum ſtillatitio miſtum, inungendo ventriculum (præſertim in chronicis. Vide plura infra de Nauſea.

## BVLIMVS.

In bulimo (hic eſt ex ſucci vitriolati defectu) os ventriculi maxime cum patiatur, illa quæ in paſſionibus eiuſdem dicta & præſcripta ſunt, hic maxime locum habent. Itaque cætera ſi correſpondeant vomitus citiſſime curam expedit. Hac nimirum ratione humores maligni facilime expediuntur, euelluntur, ventriculique villi, vt iterum attrahant, ab impedimentis liberantur.

Quod ſi vomitus procurari nequeunt, interci-

dentibus nempe viribus admodum proſtratis, vel indiciis nullis vomitum ſuadentibus, omnium commodiſſime recurritur ad acida vitriolata. Hoc modo ſp. vitrioli philoſophicus in vino granatorum, ſyrupo limonum, ſyrupo de acetoſitate citri vel cum tinctura roſarum propinatus aliquoties ad morbi nempe vſque declinationem, perfectiſſime ſanat.

## APPETENTIA CANINA.

Appetentiam Caninam (huius cauſa bilis praſina ſeu ſuccus vitriolatus in ventriculo, non ergo imperandus eſt vomitus, ne moto humore ſequatur Cholera, nec dandi ſunt ſucci vitriolati acidi, ne malum augeatur) tollit Eſſentia meliſſæ cum ſp. Vini extracta; cuius doſ. cochl. j. miſce cum aliquot gutt. olei Carui, præmittenda tamen ſunt vniuerſalia, quæ ſuccum vitriolatum ſeu bilem minuunt & per inferiora ſeducunt. Sic extractum Rhabarbari mechoacannæ. It. panchymagogon vegetabile maxime hic laudantur. Vitelli ouorum qua indurati ſępius comeſti à ſpecifica proprietate κυνορεξίαν ſoluunt.

## PICA.

### *Daſz geluſten der Schvvangern VVeiber.*

In pica valet aqua Cinnamomi (in pica prægnātium vomitus & purgantia non habent locum) aqua corticum aurantiarum. It. Sal cinnamomi aurantiarum ex corticibus, & citri ex corticibus cum magiſterio corallorum & perlarum.

Si res cupita denegetur, ne quid incommodi fœtui detur, conuenit aqua Pampinorum vitis albæ (bryoniæ) quæ ſtatim prægnanti exhibeatur.

MA-

## MALACIA.

De Malacia infra in cap. de Cachexia Virginum.

## SITIS.

In ſiti à quacunque cauſa proueniente præſertim in febribus lapis prunellę in aqua frigida fontana diſſolutus vel Iulepo roſarum admodum conueniens eſt. Idem omnino præſtat ſpiritus vitrioli aliquot gutt. in aqua fontana vel Iulepis refrigerantibus (ſpiritus Salis in hydropicis tantum ſitim extinguit) ſic aqua aluminis per B. deſtillata ſitim & feruorem quemuis ſedat.

Peregrinantibus æſtate ſole feruente ſalutarius eſt non bibere, etiamſi ſitis vrgeat, cui tamen reſtinctio eſt adhibenda, præſtat locuſtas (*die oberſten giebelgen*) prunellorum ſylueſtrium maſticare, quam vel quodlibet potionis genus ingerere.

Sic ſeq. puluis itinerantibus maxime vtilis eſt æſtate præſertim, ſi hepatis intemperies calida multum vrſerit.

*Puluis pro Peregrinantibus.*

℞. *Piperis,*
*ſem. aniſi ana* ℈j,
*liquiritiæ* ℥j,
*rad. ireos* ʒj,
*ſacch. puri* ℔j.

F. puluis ſubtiliſſimus. Huius ℞. tantum, quantum bis vel ter mucrone accipi poteſt: miſce cum aqua pura fontana tranſuaſando è vitro in vitrum (interdum præcipue in febribus additur de lap. prunell. aliquid) eſt potus ſuauiſſimus, ſitim ſedans & interiora corroborans.

## CRVDITAS VENTRICVLI.

Cruditatem ventriculi, ſi ætas & virium robur

ſuadent, aufert Vomitus conciliatus ex aqua Nucum & raphano deſtillata,& pauxillo aquæ Benedictæ procuratus, quem excipiant tandem ventriculum corroborantia, partim intra,partim extra.

Interna ſunt omnia acida, nominatim v. ſp. vitrioli Philoſophicus cum conſerua roſarum, acetoſellæ, menthæ & ſimilibus mixtus, ſenibus multum prodeſt Eſſentia meliſſæ. It. Eſſentia pulegij, quæ omnem coctionem ſiue ablatam,ſiue tardam, ſiue vitiatam in iiſdem iuuat, oleum maſtichinum in iuuanda coctione præſtans eſt, ſi eius gutt.ij, iij vel iiij in conuenienti liquore, vel etiam in vino vel Compoſito exhibeantur.

*Nota:*

In his affectibus ventriculi Balſamus Aloëticus, quandoque veſperi ante Cœnam, vel poſt mediam noctem Doſi ℥j vel ij. ſumptus ventriculo robur conciliat. Sicut etiam pilulæ de aloë vulgari ſi cum Extracto myrrhæ præſertim fuerint compoſitæ.

Externe iuuant inunctiones,Epithemata, & cerota ſtomachalia, in quibus eminet cerotum de laudano puro cum cera q.ſ.in forma Emplaſtri redactum,ſic ſacculus ex mentha,abſinthio, pulegio conſutus & geſtatus idem facit.

Maxime etiam ad ventriculi cruditates commendatur tanquam ſpecificum appropriatum ſal ammoniac. purificatum, Aqua item ſiue Balſamus ventriculi & Balſamus fœniculi, ſpiritus quoque abſinthij multum prodeſt.

*Sal ammoniacũ Purificatum.*

Sal ammoniacum Purificatum.

℞. Sal. ammon.bene triti & limatur. Martis ana ℔j, M.diligenter & ex cucurbita vel etiam retort: in are

in arena ſublima, aucto in fine igne, vt quod purũ eſt, aſcendat in collum retortæ vel cucurbitæ, fęces vero cum limatura in fundo remaneát, quod ſublimatum eſt iterum per ſe ſublima & ſerua. Deinde ℞. Sal. communis q. v. decrepita in crucibulo, donec fluat. Huius ℞. & ſalis ammon. antea ſublimati ana part. ęq. tere inuicem & ſublima, atque ita perge ſepties ſemper abiiciendo caput mortuũ & addendo ſublimato parem Sal. decrepitati quãtitatem, & erit ſpecificum præparatum, Cuius g̃iij vel iiij, in vino abſinthiaco vel decocto Saſſafras per aliquot dies continuos propinata, ita tamen vt ſudor à ſumpto medicamento promoueatur, ventriculum perfecte curant. Eſt præterea huius vſus expeditus in curandis Febribus, de quo infra de ſpecifico febrili.

Optimum autem, vt tum ventriculus, tum reliquum corpus ab omnibus impuritatibus ſit liberum.

Aqua ſeu Balſamus Ventriculi. *Aqua vel Balſamus Ventriculi.*

*℞. Nucis moſchatæ,*
*Caryophyllorum,*
*Cubebar. an. ℥j ß,*
*Cinnamomi,*
*macis,*
*Zedoariæ,*
*granorum paradiſi an. ℥j.*
*galangæ ℥iij,*
*piperis longi ʒvj,*
*flor. tunicis,*
*roſar. rubrarum,*
*bugloſſæ,*

*menthæ an. M j.*
*herb. menthæ,*
*puleg.*
*abſinthij vtriuſque an. M j ß.*

Tritis terendis & confractis confringendis adde medullæ panis triticei ℥ x. deinde matracio vitreo exceptis adde Vini opt. ad 2. digitorum eminentiam fiátque infuſio per dies 8. vaſe clauſo. Deinde proliciatur emulſio ex amygd. d. ℔ ß, cum dicto infuſo miſce, additiſque mellis opt. ℥ iij. F. deſtillatio in B. ad ſiccitatem. Huius aquæ cochlearia ij. adhibita in quauis ventriculi imbecillitate propinantur.

Balſamus Fœniculi.

*Balſamus Fœniculi.*

℞. *Extracti ſem. fœniculi (cum ſp. vini) ℥ ij,*
*Ceræ albæ aut mannæ calabrinæ ℥ ß,*
*Sal. fœnic. ʒ j ß.*

M. ſuper igne lento, vt fiat maſſa. Adde olei fœniculi ʒ iij vel iiij, M. & ſerua. Doſ. à ℈ ß ad ℈ j, cum roſar. aut menthæ.

Quod ſi dicta deficiunt, poterit bis in hebdomade hora vna ante prandium offerri ʒ ß, pilularum maſſæ ſequentis. ℞. aloës ſepties in ſucco roſarum lotæ & exſiccatæ part. ij. Rhabarbari electi & Myrobalanorum Emblicorum p j. F. Maſſa.

Exterius inungatur ventriculus ol. maſticis deſtillato, poſt inunctionem applicetur ceratum Stomachicum Galeni, Emplaſtrum pro ſtomacho, aut Emplaſtrum de Maſtiche, aut quod omnibus præſtat Tacamahaca ſuper alutam extenſa emplaſtri loco. Prodeſt & in fine paſtus dare puluerem.

℞. *Cubebarum ʒ ij ß,*
*nucis moſchatæ ℈ iiij,*

Caryo-

*Caryopyll.* ℈ß,
*macis* ℈j,
*Calami aromatici* ℈ij,
*liquiritiæ raſæ* ʒij,
*Confect. Carui* ʒvj,
*fœniculi* ℥ß,
*Rotular. diatrion ſantal. ſ. Camph. diarhodon Abbatis an.* ℥ß.

F. puluis groſſus, de quo capiat æger poſt paſtum pugillum vnum.

Scutum Stomachale. *Scutum Stomachale.*

℞. *Olei abſinthij* ℥ß,
*Caſtorei* ʒij,
*menthæ* ℥ß,
*ol. maſtichini* ʒvj,
*ol. iuniperi,*
*nucis moſchatæ ana* ʒj,
*Caryophyllorum* ℥ß,
*Zedoariæ* gr. iij.

Inungantur præcordia & tegantur aluta.

℞. *Storacis Calamitæ* ʒjß,
*ambræ griſeæ* gr. j,
*ol. macis,*
*menthæ,*
*abſinth. an.* ʒj,
*pulueris Caryophyllor.*
*macis an.* ℈j.

Diſſolue gummi ſtoracis calamitæ, F. Maſſa. Educatur ſuper aluta & inducatur ſyndone rubra, F. l. a. Scutum ſtomachale.

Inunctiones fiunt per oleum abſinthinum, maſtichinum, menthæ: in ditioribus deſtillata; in pauperibus expreſſa præſcribantur, aut cocta.

Si vero vt ſæpiſſime & quaſi ſemper fit, hepar ſit calidum & periculum immineat ne dum vni medeamur, alteri noceamus, tantum calida medicamenta Ventriculo offeramus, hepati exterius refrigerantia applicari poterunt, Vnguenta, Epithemata & ſacculi cum ſantalis, trochiſcis de Camphora & ſimilibus.

## ABLATA CONCOCTIO.

Ablatam concoctionem in morbis Chronicis; vbi plerumque coctio ventriculi perit tota, per analogiam Eſſentia panis, eiuſque oleum reſtituit tandem, ſi cætera quoque tam intrinſecus quam extrinſecus recte adminiſtrentur. Sic eſſentia carnis ſola ebullitione ſine aqua adiecta in vaſe clauſo extracta nutritionem omnem abſoluit pedetentim, poſtliminio quaſi in priſtinum ſtatum reuocata coctione ventriculi.

*Oleum panis.* Oleum ſeu ſanguis panis ſignatura ſua repręſentat ſanguinem, neque fruſtra factum videtur; inter eſculenta omnia quidem nauſeam homini ſano poſſe mouere, præter panem, tanquam nutricationis noſtræ potiſſimum inſtrumentum. Ille ergo in dulciſſimam Eſſentiam (natura dulciſſima maxime eſſentificata arripit) & oleum Chymice redactus pauciſſimis guttulis ferme illico in ſanguinis maſſam beneficio coctionis ſecundæ conuerſus diutiſſime hominem conſeruat, & nihilominus tandem coctionem reducit.

## RVCTVS.

In Ructibus etiam vulgo commendatur vinum abſinthites: ſic ipſius arcanum. It. Sal & ſpiritus Salis abſinthij potiora ſunt. Si ructus fuerint fœtidi & nidoroſi, imprimis vero æruginoſi; pri-

mum

mum ſubſidium petitur à vomitu procucato (per aquam benedictam cum aqua aniſi, menthæ) qui ſaburram totam ventriculi eliminat; ventriculumque à cruditate liberat: Ructus quo deinceps minus moleſti eſſe poſſint, poſt vomitum tandem illa conducunt principaliter, quæ ex abſinthio fieri diximus.

## FLATVS VENTRICVLI.

Curatio flatuum Ventriculi conuenit cum curatione ructus. (Hippocrates, venter diu inflatus minatur Tympanitidem) alias eſſentia coriandri ante paſtum hic laudatur, It. ol. Cymini, & corticum aurantior.

## INFLATIO VENTRICVLI.

In Inflatione Ventriculi præmiſſis præmittendis, de quibus in præcedentibus actum eſt, Balſami vel olei fœniculi guttæ aliquot exhibitæ proſunt. Sic oleum carui tum intra tum extra præſtat, præſertim ſi Epithemata ex carminatiuis extra fuerint applicata.

## TVMOR VENTRICVLI.

In tumore ventriculi à flatibus vel ab alia cauſa emergente antimonium diaphoreticum vel flores albi antimonij fixi aliquoties ſingulis diebus dati in aqua fœniculi ſpecifica quadā proprietate iuuant: idque magis ſi aliquantum ab iis ſumtis ſudor prouocetur. Nō minoris virtutis eſt Diaphoreticum in peracutis, ſeu mixtura ſimplex ſemel atque iterum in vino abſinthiaco datum.

## SINGVLTVS.

In ſingultu Symptomatico præſtat oleum Cymini interne aliquot guttis.

Externe applicetur hoc Epithema. ℞. Cine-

res quernos imple ſcutellam cum iiſdem, & imbibe cum Vino Maluatico, ſuper cineres extende laciniam (vt excidant) & applica ventriculo ſæpius, ſi opus imbibendo (extemporaneum remedium Thoracis compreſſio, *Sihe ob die Hoſen vvol gebunden*) Singultus à repletione curatur vomitu.

Ad ſingultum accommodata ſunt remedia: Terra ſigillata Sileſiaca vera, Bolus armena. Lapis Bezoardicus verus orientalis, Emplaſtrum extrinſecus de cruſta panis, de baccis lauri & ſimilibus.

## NAVSEA.

In Nauſea vtilia ſunt quæ de debilitate appetitus ſeu in appetentia ſupra de faſtidio enumerata ſunt.

Nauſeam vero citiſſime ſoluit comeſta Zedoaria vel eius Extractum, quod tota proprietate in omnibus ventriculi affectibus valere poteſt. Frequens autem vſus radicis Zedoariæ. It. acet. Zedoariæ in iuuenibus & ſenioribus ventriculũ male affectum adeo roborat, vt nihil ſupra, ideoque eius vſum comprobatum & commendatum magni-facere libet, cum nuſpiam non, effectus ſubſequatur ſperatus.

*Sal Peregrinantium.* Ne quis in mari euomat, ſalis peregrini compoſitio maxime laudatur. Illa talis eſt:

℞. *Salis nitri ſeu lapidis prunellæ (potius Sal. nitri fixi,)*
*Salis fuſi & Sal. gemm. an.* ℥ß,
*galangæ,*
*macis,*
*Cubeb. an.* ʒj.

M. F. puluis. doſ. eſt à ℈ iiij ad viij, maxime ieiuno ventriculo, ſtomachum enim confortat, dige-

ſtionem iuuat, & à putredine conſeruat.

Nauſeam à ſumpto medicamento arcet panis toſtus, puluere Caryophyllorum & acet. aſperſus, orique vel naribus admotus. Itemque cepa præmorſa.

## VOMITVS.

Vomitus laudabilis nunquam ſiſtendus: fit nimirum plerumque à malis humoribus ad ventriculum refluentibus, crapula, copia ciborum pinguium & inſuauium, quæ dum per ſuperiora exitum quærunt, impedienda non ſunt.

Cæterum vehementiores non ſunt tolerandi, quales ſæpius videmus in Hypercatharſi.

Vomitus enormes ſiſtit. 1. aqua menthæ ℥ij, ſemel atque iterum ſumpta. 2. Emplaſtrum theriacę ventriculo impoſitum. 3. ſuccus cydoniorum crudus miraculoſe vomitus ſiſtit, ſi eius cochl. j. vel alterum propinetur. 4. Sæpe vomitus vomitu curandus eſt. Durantibus itaque iiſdem & quidem ſingulis diebus recurrentibus Aquæ benedictæ vſus imprimis auxilium affert confortato deinceps ventriculo. 5. Laudanum opiatum egregiè valet, vbi reliqua omnia parum efficiunt. 6. Cæteris annumerantur etiam Extractum Zedoariæ, abſinthij, meliſſæ, menthæ, pulegij. Cum præſertim Epithema ad Ventriculum fiat ex decocto abſinthij, menthæ, lupuli in aqua ferrariorum vel acet. paratum.

Cruentam vomitionem cito reſtinguere optimum, alioquin propter ſpirituum copioſam proiectionem lipothymiæ & ſyncope ſequuntur lethales.

Reſtrictiuum eſt excellens ſupra enumeratum

de ſputo Sanguinis, quod ℞. aquæ deſtillatæ radicis Vrticæ (non habetur parata in officinis, diligenter tamen paranda & aſſeruanda) maior. ℥vj. ſpir. ſeu ol. Vitrioli tantum, quantū ad acetoſitatem ſatis largam ſufficit; diluantur & ſatis frigide potentur. Poſt hanc ebibitam potionem ſimul ventriculo applicetur panis toſtus cum puluere Caryoph. aſperſus & in Vino Maluat. & acet. madefactus, vel fiat pulticula ex medulla panis ſecalini & Vino rubello ſtyptico & acet. fortiſſimo calidè inducenda ventriculo toti & orificio eius, manè & veſperi renouanda. Hac ratione ſubito ſiſtitur Vomitus cruentus.

## PLETHORA.

Plethora pręſente interdum, ſi vires ferant, phlebotomia baſilicæ non omittenda.

Quod ſi grumoſus ſanguis in ventriculo congeſtus fuerit, idque diſtenſione circa eundem & excrementa præſignificant nigra, purgationes lenes ex Rhabarbari (ʒß) & Mechoacannæ (ʒjß) in ſubſtantia datis, illæ optime, quod reliquum eſt in ventriculo & inteſtinis excernunt cum leni adſtrictione. Poteſt etiam pro potu dari Vinum rubrum, in quo infundantur radices vrticæ maioris. Vide ſupra quæ in expuitione & hæmorrhagia dicta ſunt.

## CHOLERA.

In Cholera valent eadem, quæ in vomitu, imprimis aqua menthæ, ſemen roſarum, magiſterium perlarum, Corallorū. Tinctura Corallorum & Eſſentia Smaragdi. It. his nihil proficientibus laudanum opiat. doſ. j. ſpongia ſalicibus adnaſci ſolita iiij. in aqua ſtyptica vel vino rubello.

DO-

## DOLOR VENTRICVLI.

Dolores ventriculi tollit oleum Chamomillæ, Sapphirinum (de quo ſupra de cardialgia) in ſyrupo dialtheas vel in conſerua roſarum oxalidis acetoſellæ, menthæ guttæ aliquot exhibitæ. Idem facit oleum maſtichis, ſi à cauſa frigida oleum Cinamomi. It. ol. Zedoariæ.

Extrinſecus foueatur ventriculus floribus Chamomillæ frixis & ſæpius applicatis.

NB. Si ab iſtis omnibus parum præſidij ſucceſſerit, vomitu res procuranda eſt (aliquid nimirum in ventriculo latere ſuſpicio eſt) poſtea ventriculus roborandus pil. j. ij. pro magnitudine ex lacryma Olibani.

## ANIMALCVLA Ventriculi.

Animalcula ventriculi (ex quacunque cauſa) eadem tollunt, quæ ſupra de vermibus cordis. Sic arcanum Tanaceti, Aſari. It. vomitus per aquam benedictam.

Secretum eſt in hoc caſu puluis ſecundinæ primiparæ, cuius ʒß vel ℈ij, cum extracti Theriacæ ʒj, vel cũ aqua theriacali Crollij aut mixtura ſimplici abſorpta, talia vel maleficio vel caſu quodam nata animalcula & inſecta citiſſimè enecat poſtea cum leni infuſo foliorum ſennæ, Rhabarbari, Mechoacannæ per aluum exturbanda.

Spiritus CC. in hoc affectu multum quoque *Spiritus*
prodeſt, in primis Eſſentificatus, hoc eſt, in quo *CC. eſſen-*
Sal fixum aqua conuenienti, prius extractum & *ſificatus.*
volatile rite depuratum in ſpiritu hoc diſſoluantur & viuiantur.

## IMBECILLITAS Ventriculi.

Imbecillitas ventriculi ſi adſit, ante omnia conuenit adhibere vomitoriũ ex Vitriolo albo aut extracto Ellebori, à quibus ſi æger abhorreat, datur doſis Mercurij, quo facto ventriculus tam aſſumtis, quam admotis roborandus, repetita tamen ſæpius ægri euacuatione.

Quæ aſſumuntur, inter vulgaria imprimis ſunt ſpecies Electuarij aromatici roſati diarhodon Abbatis, roſatæ nouellæ cum conſerua roſarum & menthæ exhibitæ aut alio quocunque modo. Puluis diagalangæ, ſpecies de mentha, abſinthio, myrobalani, nuces moſchatæ conditæ, puluis Aronis Quercetani, & alia apud Practicos.

Pro potu ordinario prodeſt vinum abſinthij, imprimis tempore Verno præparatus ſp. abſinthij, qui ad libitum cum potu admiſceatur.

Aſſumatur quoque cremor Tartari ſæpius, & interdũ ſp. Vitriol. aut deſtilletur Aq. vitæ ex vino maluat. aut alio generoſo vino, in cuius ℔ij maceretur Mjß pulegij exſiccati; eius cochl. ij. exhibeãtur cum ol. Vitriol. guttis, quantum videlicet ad gratam aciditatem requiruntur, quo aſſumpto aut in loco calido ſe contineat, aut ſe exerceat æger, vt incaleſcat ad ſudorem vſque.

*Syrupus de canella & caryophyllis.* Prodeſt etiam nonnunquam aſſumere cochl. j. ſyrupi de canella aut caryophyllis præparat. modo ſeq. ℞. Cinamomi (aut Caryophyllorũ ℔jß, affunde vini Maluatici vel Falerni ℔iij, infunde in matracio, craſſo modo contuſis aromatibus per 3. dies in cineribus calidis. Hinc leniter ebulliant & colentur. Colaturæ adde æquales par-

tes ſacchari albi & F. ſ.a.ſyrupus.

## INTESTINORVM Affectus.

### OBSTRVCTIO *Inteſtinorum.*

Obſtructio Inteſtinorum. I. à pituita ſoluitur medicamentis tum externis tum internis.

Internis vulgaribus vndiquaque apud autores obuiis. Mirabilis eſt Eſſentia meliſſæ ſi ipſius ʒj. cum gutt. iij. olei ſeu ſpiritus iuniperi miſceatur cum Extracto Colocynthidos & ſcammonij, de quo in Crollium, vel cum doſi Panchymagogi vegetabilis. Extemplo nimirum pituitam diſſoluit, eadem poſtea per adiectum purgans exterminanda. It. Extractum agarici cum aqua Cinamomi vel ſp. Vini.

Externa ſunt ſuppoſitoria & Enemata, quæ foris nempe applicantur, vt ſcilicet pituitam ex inteſtino recto & colo educant, obſtructionemque diſſoluāt. Ex ſuppoſitoriis laudabile eſt, quod fit ex mellis ℥j, & radicis Ellebori nigri ʒj. (hoc ſuppoſitorium in pueris vtile) Clyſter eſt ex croci metallorum ʒj ad ʒiß. (de quo in Crollium) in decocti Mercurialis ℔j, & butyri recentis vel olei oliuarum ℥ij, dextre applicatus. Huius etiam vſus eſt in fæcum duritie.

II. A fæcibus induratis Enemata valent. It. ℞. omentum cum inteſtinis vituli (*Kalber Kroſe*) coque in eum modum, quo alias menſis apponi ſolet cum multo brodio. Eo adhuc feruente ano ſuppoſito vapor excipiatur per ſellam, & paulo poſt σκύβαλα indurata ejiciuntur, & obſtructio ſoluitur, quæ deinceps emollientibus internis *Fæcum induratio.*

vlterius expedienda fuerit.

Inter emollientia hic locum habet primarium cremor Tartari ſæpius in iuſculis exhibendus à ℥j ad ℥jß,1.2.3.4. diebus.

In ſumma obſtructione alui ♃. plumarum minutiſſime inciſarum pugill.j.M.in panem.F.pilulæ. It.olei ceræ ℈j vſque ad ℥j,in Enemate emolliente: Zibetha vmbilico illita : fel tauri poteſt etiam clyſteribus addi ad imitationem naturæ,quæ felle facultatem expultricem irritat.

III. A tumore. Enema ſpecificum:

*♃. lactu,ol.oliu. ana* ℔ß.

## ADSTRICTIO.

In adſtrictione ex Enterocele adhibeantur externa emollientia,& iniiciantur Enemata.

## INFLAMMATIO, ABSCESSVS, vlcus, Cancer.

Inflammatio,abſceſſus,vlcus, Cancer, Enemate curantur, quamuis Cancer vix.

## FISTVLA.

De fiſtula infra in affectibus externis.

## COLICA ET ILIACA Paſſio.

In omni Colica & Iliaca paſſione dextre curanda ( à Catharticis fortioribus abſtinendum ) ſemper proſpiciendum, vt aluus ſit libera,quam ſi natura ita conſeruat,bene quidem,ſin minus,tum externis nempe ſuppoſitoriis & clyſteribus (vide diſputationem meam de Colica) tum internis ſaltem mollificantibus vtendum : quale eſt Extractum Mercuriale (cum ſp.Vini paratum, doſ.à ℥j ad ℥ij) cum extracto ſennæ iuſta doſi (à gr x.ad ℈j.) exhibitum.

Quan-

Quando aluus eſt libera & flatus diſtẽdunt inteſtina, ab initio Tinctura Corticum aurantiarum cum ſp. Vini extracta multum valet, doſ. cochl. j. Hæc eſſentia ſemel atque iterum data flatus omnes diſſipat: ſin minus, exhibeatur in maluatico olei amygdalarum dulcium ʒj. vſque ad ℥j. Quod ſi nec ſic quidem flatus diſtendentes expediuntur, loco amygdalarum dulcium exhibe ſp. Terebinthinæ ʒj. ad ſummum, poſtea arctiſſime cũ faſciis liga ventrem (*mit einer Handquelen 3. mahl vmb den Leib gezogen von 2. ſtarcken Perſonen*) & flatus omnes diſſipabuntur.

*Nota.*

Etiam in Colica & Iliaca flatulenta, quemadmodum in cæteris aluo libera remedium ſpecificum (extremum eſt quo vſus ſum in Quæſtore quodam) eſt mixtura ſpiritus Vini & ſpiritus Sal. ana ʒß vel ℈ij, in aqua communi tepida ſudoribus exinde prouocandis data. Illico nimirum ſitientes ſpiritus colicæ adminiſtros potat, ac in vapores reſoluit (patiens quieſcat, licet id ei difficile: motu nimirum creſcit malum) vt reliquum quoque corpus à vaporibus noxiis per medicamentum aſſumptum liberatum, eo melius morbo peremti ſubiici poſſit.

In Colica ex pituita vitrea valent oleum Zedoariæ, Chamomillæ, ſapphirinum (à gut. iij ad ℈j) ſæpius exhibita.

In pituita educenda præſtat. Eſſentia trochiſcorum alhandal cum vino Maluatico deſtillato extracta. It. ſpiritus Vitæ aureus Rulandi ab ℥ß ad ℥jß ad ſummum.

In Colica à bile erodente Extractum Rhabar-

bari. It. Panchymagogon vegetabile multum pręſtant: bilem nimirum educunt, qua excreta, ſi nihilominus dolores durarint, maluaticum cum oleo amygdalarum dulcium poſtea ſemel atque iterum datum acrimoniam bilis reſtitantis infringit & dolores ſopit.

NB.

In his caſibus aliquando cæteris paribus laudanum opiatum dextre paratum & ſumptum mirabilia præſtat: cuius tamen vſus, ſi hæc ipſa iam prædicta in promptu fuerint, non temere præcipitandus, niſi forſan materia tam fortiter impacta ſit, quæ doloribus confertim recrudeſcentibus nullas inducias permittit. Hoc itaque in caſu, vt quies ipſi naturæ imperetur à laudano minus abſtinendum erit.

Si ex humore acri, valet etiam Mixtura ſimplex.

In Colica ex humoribus æruginoſis, vel flatibus inter membranas incluſis, nihil melius eſt, quam exhibere doſin compoſiti è ſpiritu Salis nitri & ſpiritu Vini, citiſſime nimirum expedit.

In Colica ponatur Magnes ſuper Vmbilicum & ſtatim ceſſabit dolor.

Colica etſi nonnunquam à bilioſis & acribus humoribus ad inteſtina profluentibus fiat, ab inflationibus item inteſtinorum & à duris diu retentis excrementis: tamen nulla frequentior eſt, quam quæ à pituita & flatibus oritur. In quibus omnibus notandum, vt aluus ſemper ſit aperta. 2. vt medicaméta potius per clyſterem iniiciantur, quã per os exhibeantur, ante alui apertionem.

Vt igi-

Vt igitur alui obſtructio colicos dolores fouens ſoluatur, iniiciatur Clyſter emolliens & laxans vel ex ſolo decocto brancæ vrſinæ veræ cum oleo Chamomillæ & anethino aut ſequente, quo vel ſolo ceſſare dolorem expertum eſt.

*℞. iuris piſorum ℥iij,*
*extracti eſulæ ʒjß.*

Bulliant ſimul, vt Extractum ſoluatur, hinc adde

*olei lini ℥iiij,*
*Sal. gemmæ ʒj,*
*Sal. communis ℈j aut ʒß.*

M. iniiciatur moderate calidè.

Eiectis ventris impuritatibus dolori tanquam magis vrgenti ſuccurrendum, ipſum mitigando & ſedando anodynis & narcoticis.

Extrinſecus fiant inunctiones oleo Chamomillæ & amygdalarum dulcium cum guttis aliquot ol. ſtillatitij anethi aut olei Philoſophici. Hinc imponendi ſacculi calidi ex furfure aut milio, aut tantum tegula calefacta linteo inuoluta. Imo ſi dolor vrgeat, applicetur Emplaſtrum ex laudano vel ſolo vel cum aliis mixto.

Vmbilicus inungatur Balſamo Apoplectico, cui ſi admiſceatur g̃j vel ij. Zibethi potentius & citius operatur, aut è Zibetho cum oleo nucis moſchatæ expreſſo F. Balſamus.

Intrinſecus exhibeatur ʒß, theriacæ mediæ ætatis cum laudani opiati g̃v. Extracti Caſtorei g̃iiij, aut pulueris caſtorei ʒß. Atque hoc medicamentum offeratur ſi abſit inflammatio, qua præſente poſt pilulas laudani deglutitas oleum Saturni per deliquium gutt. v. aut vj. in vino albo propinare & ventrem inungere conuenit Balſamo Saturni, qui *Balſam. Saturni duplex.*

duplex. Vnus ad inflammationes omnes è part.ij. ol. Saturni per deliquium è ſale,& part.j. olei roſati ſimul miſtis in mortario lapideo. Alter fit cum Sale Saturni, affunditur in matracio conuenienti ſpir. Terebinthinæ ad eminentiam digiti, donec Sal in ſpiritu Terebinthinæ ſoluitur, iſq; rubicũdo tingitur colore. Tinctus ſpiritus è cineribus deſtillatur per retortam igne primum lentiſſimo, donec oleum Terebinthinæ prodierit,quod cum amplius non deſtillat,muta vas recipiens, ignem auge paulatim,donec etiam fortiſſimum habueris,& prodibit ol. præſtantiſſimum in vulneribus, vlceribus, Cancro, Noli me tangere, aliquoties tangendo bombace,medetur. Hinc poſt horam j. ſi non ceſſat dolor, ſequens potiuncula exhibenda.

℞. *ſpir. Vini* ʒj,
*Salis* ℈ß *aut.gut.*xv.
*aq.fontanæ* ℥ij,

Ægro ſtragulis bene cooperto ſudores aliquandiu prouocandi: aut offerri poteſt doſis ex aqua theriacali aut ſpiritu Terebinthinæ ℈ß, in vino Maluatico. Prodeſt etiam ſi dolor non ceſſat, dictum clyſterem repetere,& ægrum in Balneum locare emolliens & anodynum, quale capite de Calculo præſcripſimus.

Si magna adſit flatuum copia, id quod ex inteſtinorum murmure facile cognoſcitur, carminatiua admiſcenda clyſteribus & aſſumendis intro, ita vt cum aq. theriacali aut potiuncula dicta gutt.aliquot ol. ſtillatitij Carui, aniſi aut fœniculi miſceantur.

Exterius inungatur venter oleo anethino &

Chamomillæ, cui dicta olea deſtillata admixta ſint.

Cucurbitula magna vmbilico applicanda & doloribus vrgentibus cingulo conſtringantur partes abdominis.

Quibus præmiſſis ratione doloris & paroxyſmi ad ea, quæ cauſam ipſam reſpiciunt, propius accedendum, & ſi à pituita craſſa & viſcida, vt plerumque fit, oriatur, ea primũ leniter purgãtibus expurgãda, habito ſimul reſpectu ad flatus craſſos ſemper in hoc affectu præſentes. Vnde ſemper decoctũ aut aqua ſtillatitia aniſi, fœniculi, dauci, cũ infuſo agarici, Mechocãnæ & Electuarij diacarthami exhibenda, cauendo ne Rhabarbarum aut Myrobalani ob adſtringentem, quam poſſident facultatem, exhibeamus, nec ſennam & caſſiam ob flatulentiam, atque ea quæ iniicienda diximus, nonnunquam prætermittantur cum iis, quæ per os dantur.

Expurgata materia calefacientibus, attenuantibus & diſcutientibus reliquiæ tollendæ, vt ſpiritu Terebinthinæ, mithridatio, Theriaca aq. Theriacali, ſp. Sal. nitri, quibus interdum ſudor excitur. Profunt etiam ſequentes Rotulæ

*♃. ſpec. diacymini,*
*diacalaminthæ,*
*aromatici roſat. an. ʒß,*
*ſacchari in aq. fœniculi diſſol. ℥iiij,*
*aq. Cinamomi ʒij,*
*ol. aniſi ℈ß,*
*ſuccini gutt.* vj.

F. Rotulæ, de quibus ſumat æger j. atque alteram ad lubitum.

Quod ſi à bilioſis & acribus humoribus ortum ducat morbus, illi ſtatim poſt alui apertionem & anodynorum applicationem detergendi & expurgandi iis, quæ bilem reſpiciunt, iniecto Clyſtere è lactis ℔j, in qua mellis Mercurialis ℥iiij aut v. diſſolutæ ſint, aut poteſt loco lactis aſſumi aqua hordei in qua roſæ, violæ aut malua bullierint cum diapruno aut diaſebeſtem.

Per os datur diaprunum ſolutiuum, ſyrupus roſarum ſolutiuus cum infuſo Rhabarbari, ſyr. item violarum ex multiplici infuſione.

Si ex aliqua inflammatione inteſtinorum fiat dolor, poſt fæcum eiectionem ſecetur vena, & clyſteres iniiciantur refrigerantes & emollientes: aut ſi etiam aliqua ſuſpicio ſit bilis flauæ, ex lacte, in quo ebullierint refrigerantia cum ſaccharo rubro & oleo violarum.

Per os quæ aſſumuntur, ſint refrigerantia.

Si ex duris & diu retentis fæcibus oriatur, iniecto clyſtere emolliente mire prodeſt Balneum aquæ dulcis cum herbis emollientibus & humectantibus & poſtea propinandum medicamentum validum, quod fæces emollitas exturbet. Quod ſi non proficiat, folle aut ſyringa inflentur inteſtina, vt ſeparentur fęces ab inteſtinis, ſtatimque iniiciatur Clyſter fortis cui ʒß aut ʒj, ſal. gemmæ admixta ſit.

In omnibus autē dictis cauſis ſemper cum aliis propinanda, quę peculiari proprietate contra hūc morbum faciunt, vt ſunt exſiccata inteſtina lupi ad ʒj, in vino epota: ſtercus eiuſdem exſiccatum cruribus & pectini alligatum: aqua ſtercorum buccularum iuniorum per alembicum deſtillat.

PARA-

## PARALYSIS.

Paralyſis in quam colica interdum deſinere ſo-let, vniuerſalibus præmiſſis purgantibus curatur vt in paralyſi dictum. Imprimis conuenit ſpiritus Tartari,rotulæ ibidem deſcriptæ & oleum ſuccini & extractum, Balſamus Galbani, Terebinthinæ cum cataplaſmate ex radice ſymphyti.

## TARDA ALVI DEIECTIO.

In tardiſſima alui deiectione à quacunque cauſa procedente mirabilis eſt effectus Eſſentia Salis Tart.cum ſp.Vini extracta, & ad conſiſtentiam redacta,cuius gut.ij.vſque ad vj vel viij, tandem ſingulis diebus veſperi horis 2.à cœna in hauſtulo vini vel alio liquore exhibeantur, donec ſponte ſubſequatur lubricitas alui. Hoc feliciſſime vſus ſum & in Melancholia Hypochondriaca ad virium prope deiectionem ſcilicet dyſenteriam.

In Ileo ſtatim ſoluendo exhibe Mercurium crudum à ℈j ad ʒj, oleum commune recens cum ſaccharo diſtemperatum, ne agnoſcant patientes,ſtatim ſoluitur aluus,& dolores leniuntur, ſi quid reſiduum fuerit expediendum, id eſt, cum aliis purgantibus.

## FLVXVS INTESTINORVM.

Omnes fluxus Inteſtinorum primario à Ventriculo pendent. Huius ergo vt partis mandantis primo habenda ratio fuerit(Cacochymiæ & plethoræ) niſi fluxus nimius vrgeat. Ideoque ventriculo corroborato ipſi quoque fluxus ceſſant, ſed tamen præmiſſis in fluxibus incipientibus vomitibus, adhibitiſque Epithematibus ( de quibus ſupra in affectibus Ventriculi) tandem Enematibus abſtergendum & conſolidandum.

Triplex autem non ſine cauſa ſtatuitur alui profluuium; Diarrhœa, Lienteria & Dyſenteria. Ad fluxus ventris omnes detur 3. in die de croco Martis, ſingulis vicibus grana x. cum ſucco prunorum ſylueſtrium. Item ſequens.

*℞. Hepatis Lupi,*
*Mithridatij ana ℈j,*
*Magiſterij Corallorum;*
*boli armeni,*
*CC. uſti,*
*Maſtichis ana ℈ß,*
*Aquæ Tormentillæ ℥iij,*
*Cichorij ℥ij,*
*Miuæ cydoniorum ʒj,*
*Miſce.*

## DIARRHOEA ET DYSENTERIA Epidemia.

In Diarrhœa & dyſenteria Epidemia præmiſſo vomitu ad Antidota fugiendum.

*Diarrhœa non Epidemica.* Diarrhœa, quia à variis cauſis pendet, & ſemper alterius morbi effectus, diligenter videndum, à quanam cauſa hæc ipſa dependeat, & an Critica hæc ſit, naturæ conſueta, ſymptomatica. Si ob errorem aliquem externum accidat, an à partis aliqua intemperie, aut humorum copia fiat: quæ omnia ſi quis rite obſeruet, non difficile erit huic morbo reſiſtere.

In genere notandum, nullam talem ſubito reprimendam & retinendam eſſe, niſi forte in phthiſicis & peripneumonicis. Et ſi quid moliendum, à medicamentis lenioribus & imbecillioribus ſemper incipiendum eſt, dato ſolo diacydonio, aut miua Cydoniorum compoſita. Ventre exte-

riu

rius inuncto oleo Cydoniorum, maſtichino, nardino, de abſinthio, de mentha; prodeſt etiam lac ebullitione vnica coctum & chalybeatum mane & veſperi hor.iiij, ante cibum, ad poculum vnum addito terræ ſigill. ℈j.

Si vero vires deficiantur, ad fortiora accedendum, deinde ad Clyſteres & medicaméta primum abſtergentia, hinc ad adſtringentia tam externa quam interna, de quibus in dyſenteria: ita tamen vt ſemper habeatur reſpectus ad membrum primo affectum, in externis tamen notandum, ne exterius muſculi conſtringantur, ſic nimirum augebitur malum. Conſtrictio autem à muſculis auget excretionem: quare optimum, vt tenuium ſint partium, vt penetrent ad inteſtina. Quod optime conſequeris, ſi addideris acet. fomentis & cataplaſmatis.

Maxime in omni alui fluxu prodeſt, ſi regioni ventris calide imponatur Emplaſtrum de Theriaca antiqua & terra ſigillata ana. Multum quoque in omni alui profluxione prodeſt ſyrupus de roſis ſiccis, myrtillorum & imprimis de ribibus, de berberis, de Corallis Quercetani, CC. vſtum & inteſtina gallinæ in clibano exſiccata & in puluerem redacta, lota prius aqua aliqua adſtringente.

Iiſdem fere remediis occurritur Lienteriæ, ſeu inteſtinorum lænitati, in qua tamen magis calefaciendus & roborandus ventriculus & inteſtina. Et nonnunquam, ſi à pituita aquea eas partes lubricante fiat, cauſa expurgantibus tollenda. Conueniet hic ſuper ventriculum cucurbitam paruam ponere, vt diutius cibum retineat.

Si ob affluxũ bilis ad inteſtina, aut ob errorem

aliquem externum, iis ablatis & mutatis, morbus facile tollitur.

Si fluxus fiat propter obſtructiones venarum meſaraicarum aut imbecillitatem hepatis attractricis cauſa ſuis medicamentis tollenda: imprimis in fluxu hepatico prodeſt Sal Corallorum in aquæ plantaginis diſſolutum à ℈j ad ʒß ſæpius per vices exhibitum, cæteris neceſſariis non omiſſis.

Diarrhœa correpti creberrime vtantur oryza cum iure carnium ſeu lacte cocta.

Potus ſit aqua Chalybeata, in qua Corallia, CC. vſtum, ſpodium, tormentilla, biſtorta, nux moſchata, citri, granator. punica mala cocta ſint.

## DYSENTERIA.

In Dyſenteria proprietate (cæteris omnino obſeruatis, quę in cruenta deiectione neceſſaria ſunt) ſpecifica vnice iuuant.

*Tinctura Smaragdi.* 1. Eſſentia ſeu tinctura ſmaragdi quæ fit hoc modo: ℞. particulas ſeu recrementa Smaragdi (ʒj, venit 4, vel 5. baziis) tere (non in mortario niſi ferreo) in puluerem tenuiſſimum ſuper porphyrio; ſuperfunde vrinam puerorum ſimplici deſtillatione paratam, & in loco calido tincturam extrahe; quam toties affuſo menſtruo recenti collige, quoties illa in idem mittitur. Tincturas omnes collectas & filtratas ablato per deſtillationem menſtruo, reduc in puluerem griſeum, quem de nouo cum ſp. Vini extrahe in ſummam viriditatem Spiritu Vini denuo ablato ad aliqualem conſiſtentiam, relinquitur Eſſentia vel tinctura Smaragdi in fundo: cuius gr. ij. iij. iiij. ad viij. vel x. in aqua plantaginis, tormentillæ exhibita, omnes dyſenterias miraculoſe ſiſtit & ventriculum roborat.

NB.

NB. Spir. vitrioli non detur, præcipue ſi exulceratio adſit.

2. Eſſentia Croci Martis à Crollio deſcripta.

3. Aluminis crudi ʒj, in aqua plantaginis ad potandum data, dyſenteriam ſoluit.

4. Tinctura Corallorum g̃ iiij. v. vj.

5. Laudanum opiatum cæteris paribus.

6. Aurum potabile Anglicanum (It. puluis ſpongiæ ſalicis; de quo ſupra.)

In Dyſenteria, cauſa quæ eſt humor bilioſus & feruens, infuſione ex Rhabarbaro & Myrobalanis tollenda, facta infuſione in aqua hordei, ipſoque Rhabarbaro fortiter expreſſo, ſemel atque iterum facta repetitione purgantis, ad leuiter adſtringentia tam extra quam intra applicanda, accedẽdum. Quale imprimis eſt ſeq. ℞. ſucci baccarum ſambuci q. v. in eum injice micam panis ex furno extracti calidam, vt ſuccum imbibat. Hinc iterum i furnum, vt exſiccetur inde, quo facto iterum in d ctum ſuccum immerge, exſiccaque, idque tertio ( quinto repete. Tandem ſiccetur, vt in puluerer redigi poſſit, doſ. ʒj, ſingulis matutinis. Prodeſt et iam hic nux moſchata & Myrobalani conditi i quantitate aliqua aſſumpta, ſyrupus ribium, berberorum &c. Crollius emplaſtrum ex Theriaca & terra ſigillata tepide applicat.

Injiciatur quoque Clyſter ex decocto anodyno Chamomillæ, anethi & roſarum, in quo diſſolue ſeuum hircinum ab ℥ß ad ℥j, cum oui vitello diſſoluendum, ne cohæreſcat.

Quod ſi malum ad ſtatum & incrementum peruenerit, conuenientiſſimum remedium eſt, in principio miſcere clyſterem ſequentem, quem ſæpius

reiterare conuenit. Nam ſi materia pauca ſit, ſolis interdum id genus Enematibus, adhibita iam dicta purgatione, curatur morbus.

℞. *Lactis vſtulati ſeu chalybeati* ℔jß,
*mellis roſati* ℥ij,
*ouor. vitell. N°* ij.

F. Clyſter. Quod ſi careas lacte, ℞. aquæ hordei, in qua folia Chamomillæ & roſarum an. p ij. incocta ſint, aut loco dicti decocti hordei capiat veruecum capitum, imprimis ſi dolor magnus adſit: poſtea ad ea, quæ vim habent conſtringendi & ſimul refrigerandi, Enemata properandum, quale imprimis eſt ſeq.

℞. *Herb. centinodij,*
*burſ. paſtoris,*
*plantaginis an. M*j,
*ſummit. tapſi barbati,*
*equiſeti an. M*ß.

& ſi fortius deſideras, adde
*balauſt. M*ß,
*Myrtillorum* ℥ij,
*ſem. plantaginis,*
*portulacæ an.* ʒij,
*fl. roſar. p* ij.

Coq. in ſ. q. aq. hordei ad ℔j aut ℔jß, in decocto diſſolue mellis roſat. colati ℥ij. ſacch. rub. aut roſacei ℥j. F. Clyſter, qui ſępius injiciendus & nonnũq. cum præſcripo adſtringente permutandus.

Interius per os exhibeantur ſyrupi adſtringentes, opiata, condita & conſeruæ. Præſtat conſerua radicis ſymphyti cum terra ſigillata & Sale corallorum. Præſtat etiam poſt abſterſionem ſæpius exhibere doſin Laudani opiati mei. Hoc nimirum ad om-

ad omnem alui fluxum, euacuata prius materia tuto exhibetur magnoque cum fructu. Aut exhibeatur potio Cardiaca, quæ:

℞. *Theriacæ recentis aut mediæ ætatis*
*confect. alkermes ana* ʒß,
*trochiſc. de Carabe,*
*de terr. ſigill. an.* ʒß *ad* ʒj,
*ſyr. rib. aut violar.* ℥j,
*de roſis ſiccis* ℥ß,

M. Capiat hora ſomni, aut poſt meridiem.

℞. *Confect. Alkermes,*
*de hyacintho an.* ℈j,
*trochiſc. de carabe* ʒj,
*aq. plantaginis* ʒj,
*ſyr. roſarum* ℥jß.

F. Potio.

Aut Bolus ex *Confectione de hyacintho* ʒjß,
*terra ſigillata aut bolo armeno aut trochiſcis de carabe* ℈jß,
*cum ſaccharo.* F. Bolus.

Exterius intingatur oleo myrtillorum & cydon. ana. Aut fiat ex herbis ſeqq. decoctio, qua fomentetur venter & renum regio.

℞. *Plantaginis,*
*Centinodij an. M iiij,*
*fol. ſymphyti,*
*equiſeti an. M ij,*
*gallarum,*
*nuc. cupreſſi,*
*gland. quercuum an.* ℥ij,
*flor. roſarum,*
*verbaſci an. p iij.*

Decoque in aqua pluuiali & vino adſtringente,

addito ſub finem coctionis pauco acet. aut inungatur venter inferior Vnguento Comitiſſę aut vnguento ſtyptico Fernelij: applicetur Emplaſtrum de Maſtiche, ol.cydon.an ℥j,pulueris myrtillorum ʒiij. Proſunt etiam hic lapidum pretioſorum ſolutiones & perlarum.

Crura lauentur decocto ſequente.

℞.*Gallarum immaturarum,nucum cupreſſi an.*℥jß.
*rad. filicis,*
*Calcitrapæ an.*℥ij.
*fol.plantaginis,*
*tapſi barbati an.M*j.

Coque in Vino adſtringente, cum decocto lauentur crura mane & veſperi.

Cum corpus ſatis purgatum clyſteribus dictis; offeratur infuſio Rhœados cum rheo toſto:

℞. *Rhabarbari parum toſti* ʒj.
Infunde cum Myrobalanorum Citrin. ʒß,
*ſantali.Citrin.* ℈ß.

Cum ſero lactis aut aq.Endiuiæ exprimantur, expreſſo adde

*Rhabarbari torrefacti* ʒjß,
*ſyr.capill.Veneris* ℥j.

Capiat mane.

Hinc ad ea quæ fluxum plane ſedant, accedendum, in quibus ſequentia medicamenta primas tenent: ℞. Gummi Arabici & Ceræ albæ ana ʒß. includantur in pyro aut malo Cydon. alicuius magnitudinis, quod in cineribus vel ad ignem aſſetur, vt optime molleſcat, exhibe mane & veſperi, quoties viſum fuerit. Non incommodum quoque fuerit ſæpius cum vino rubro adſtringente aut cum vino granatorum exhibere ſupra dictos

*Experimenta in dyſenteria.*

panes

panes cum ſucco baccarum ſambuci.

Experimentum certum, ſi iuſto tempore præcipue, vbi exulceratio mundata, & iam conſolidanda eſt. ℞. pomum Cydonium vel aliud acidiuſculum, excauetur ſuperiori parte & expleatur cera alba raſa & ℥ iij maſtichis, iterumque claudatur & inuoluatur ſtupa & aſſetur in cineribus, pomum aſſatum detur hora j. ante cibum & mira operabitur. ℞. panis Cydoniorum q. ſ. cum roſis rubris & vino rubro Chalybeato, & applica ventri inferiori, ſummum arcanum eſt in hoc affectu.

*Crocus Martis.* Limatura Martis ſeu Chalybis primo vrina pueri, ſeu aqua dulci aſperſa exedatur tota nonnullis infuſionibus aceti tartariſati, acetum euaporet, eius ſubſtantia reſidet, forti calcinatione in puluerem rubicundum impalpabilem cõuertatur, quem aqua pluuia & roſar. ablues & exſiccabis. Huius ℞. ℈ß ſeu ℈j, in dyſenteria & ſanguinis profluuiis & obſtructionibus ab extra in hæmorrhagia deſperata. *Crocus Martis.*

Eiuſdem vſus eſt *Oleum Croci Martis*, cuius proceſſus ſequens. Crocum Martis cum vrina pueri forma in maſſam, quam per retortam deſtilla more ſpiritus vitrioli, & prouenict oleum rubrum & aliquantum ſpiſſum, quod ſi per dies aliquot vel ſub fimo digeres, vel in cineribus circulabis ad intrinſecos morbos egregiam operam prę̃ſtiteris. Vſus idem qui Croci, Doſ. minor. croco gutt. 4. vel 5. *Oleum Croci Martis.*

*Sulph. Solis*, Hoc à proprietate ſua fixa ſulphuri microcoſmico diſſoluto maxime confert. ℞. Sal. nitri & Sal. communis q. v. (v. ℥ ℔j ß) boli communis ℔ vj, deſtilla ſ. a. oleum, veluti deſtillas oleum *Sulphur Solis.*

Sal.communis. Hoc oleo ſolue Solem prius amalgamate & admixtione flor. Sulph. calcinatum ( vt infra dicetur ) in cineribus poſitum in matracio puluerifatum, affuſo oleo deſtillato ad eminentiã digitorum aut ad ℥j Solis additur ℥ß ſp.Sal.dicti. Tincturam ſepara & ſpiritum vſque ad ſiccitatem ſæpius inde euoca per deſtillationem ipſam, Solis ſolutio remanebit in fundo rubra. Huic ſuperfunde ſpiritum (oleum) vini & tincturam ſecundum artem extrahe,ſpiritum tinctum deſtilla ad oleoſitatem. Huius guttæ v.vel vj. in vehiculis conuenientibus datæ fluxum ventris ſiſtunt & ventriculum corroborant.

*Amalgama & Calcinatio Solis.* ℞.part.j. Solis, part.vj. argenti viui,F.ſ.a.amalgama, quod in crucibulum ponatur,& euaporetur omnis Mercurius. Puluis relictus cum nouo Mercurio,eiuſdem doſis amalgamatur, idem Mercurius exhalet. Eadem amalgamatio repetatur. Hinc adde part.ij.florum Sulphuris, in crucibulo detineatur in igne, donec Sulph.omne exhalet & deflagret. Idem labor ſexta vice repetatur.

Non ſine fructu quoque in hoc malo ſudor prouocetur cum terra ſigillata & lapide Bezoar.

Afferunt quoque non leuem opem cucurbitulæ vmbilico & iliis affixæ.

Potus ſit aqua hordei,in qua CC.coctum ſit.

*Dyſenteria* in ſuperioribus inteſtinis ſi fuerit, plerumque lethalis eſt, ſimul ob conſenſum euomente aut ſingultum patiente ventriculo. Poteſt tamen iis remediis curatio tentari, exceptis Enematibus, quæ aut nulla aut pauca eſſe debent, aſſumto per os lacte cum melle aut ſaccharo roſaceo

ratione

ratione abſterſionis & cæteris neceſſariis ſupra dictis exhibitis.

Quod ſi ab intẽperie calida acres humores generẽtur, ab hepate & dyſenteria hoc modo foueatur, vngatur hepar Cerati ſantalini ℥iiij, ol. Nymphææ, roſarum an. ℥j, Camphoræ ℈ß. aſſumanturque, quæ intemperiem alterant.

## TENESMVS.

In Teneſmo externe valet decoctum foliorum quercus cum furfure in aqua chalybeata vel ferratiorum factum, & in ſacculis vel inſidendo vel applicando calide vſurpatum.

Mirabilis quoque eſt in hoc caſu Clyſter ex iure carnis Veruecinæ cum olei ceræ gut. aliquot ad ʒj iniectus.

At intra olei maſtichis guttæ aliquot exhibentur in aq. menthæ, plantaginis, pulegij. Subito teneſmum ſoluunt. Eſt ventriculo gratum, inteſtinis non inimicum: præterea dyſenterias curat, imprimis teneſmum ſiſtit.

## FLVXVS HEPATICVS ſeu *DYSENTERIA HEPATICA.*

In fluxu hepatico, ſeu dyſenteria Hepatica nec purgantia, nec clyſteres proſunt: adſtringentia autem, qualia ſunt Rhabarbarum à ℈j, ſenſim progrediendo ad ʒjß, in ſubſtantia cum Myrobalanis in aqua plantaginis cum ſyrupo cydoniorum & melle exhibitum. Idem cum ſaccharo mixtum & ſæpius datum mirabiliter prodeſt. Tale eſt Extractum Rhabarbari cum ſpir. Vini paratum, cuius doſ. ab initio exigua ſit, nempe à ℈ß, tandem maior vſque ad ʒj.

2. Hepar corrigentia in hoc caſu ſtudioſe ſunt obſeruanda. Sola radix Cichorij & graminis in vino infuſa & ad paſtum duntaxat ſemel atq; iterum vino hauſto & aliquandiu continuatione facta Oeconomiam hepatis ab innata quadam proprietate iuuant (diæta ſit accurata) tandem poſt vſum huius infuſi aliquandiu continuatum additur Infuſum radicis vlmariæ.

3. His præmiſſis & continuatis tandem ad adſtringentia, iecori & partibus internis amica deueniendum eſt. Omnem abſoluit paginam ſolutio Corallorum in acet. forti facta, vt poſtea menſtruo per deſtillationem ablato relinquantur Corallia in forma ſalis. Hoc Sal corallor. ſine vlteriori præparatione (ʒj in aquæ plantaginis ℔j) quotidie vſque ad declinationem morbi ituro cubitum exhibitum Cochlear ab initio vel 2. aut etiam 3. deinceps, fluxum mirabiliter ſiſtit, & viribus paulatim redintegratis reſtituit.

*Oleũ vel Liquor Corallorum.*

NB. Aliquando in hoc caſu, præſertim poſt adſtringentia vel cum iiſdem aurum potabile Anglicum potenter adſtrictionem iuuat & ſanat.

## EXCRETIO PVRVLENTA.

In purulenta excretione dolorifica, Enema ex lacte & oleo oliuarum ana vel butyro recenti (poteſt etiam addi radix ſymphyti) tam ad abſtergendum quam conſolidandum pręſtat. Vbi tamen ad maiorem abſterſionem aliquid mellis ab initio miſcendum eſſe memineris. Nihilominus interiora, quæ emolliunt, doloreſq; ſedant, negligenda non ſunt, vide infra in morbis meſenterij.

LVM-

## LVMBRICI.

In Lumbricis è corpore expellendis valent multa: Principalia ſunt:

1. Extractum turpethi & Rhabarbari cum ſp. Vini paratum; vulgo rotulæ diaturbith.cum Rhabarbaro idem faciunt. Doſis in adultis ab ʒß ad ʒj, in pueris à ℈j,ij,iij. &c. pro perſona. Non tantum nimirum lumbricos necant, ſed inſuper etiam è corpore educunt.

2. Eſt eſſentia florum perſicorum cum ſp. Vini extracta doſ.g̃ v.vj.vij.viij. vel eorundem ſyrupus. Flores ſumantur decerpti, non qui decidunt.

3. Olei Sulph. per Campanam g̃ iiij. vſque ad ix. It. oleum Coryli per deſcenſum paratum, in decocto ʒj. vel ij. ad menſur. j. Aq. CC. vſti vel ſpir. CC. ſine igne extracti.

4. Sal Sulphur. ex capite mortuo poſt ol. Sulphur. per Camp. vel alias ſublimati flores gr.iij vel iiij, in lacte vel aqua abſinthij.

5. Aqua ceparum vel allij aut per ſe, aut cum Mercurio crudo per noctem infuſa.

6. Præſtantiſſ. eſt Mercurius viuus vel per ſe crudus à ℈j ad ʒ aliquot deuoratus, vel cũ ſucco limonum prius mortificatus. (Doſis ſit minor, quia mortificatus in corpore diutius manet) poſtea conſerua roſarum cum aſa dulci vel floribus eius mixtus. Compoſitio eſt talis: ℞. Hydrarg. ℈ß vel ℈j, alteretur cum ſucco limon. conſeru. roſ. ʒß, flor. benzo. ſeu aſæ dulc. gr.ij. M. F. Bolus.

## ASCARIDES.

Ad Aſcarides expellendas inſeruiunt iam dicta, nominatim vero aqua acidula, quæ in confectione fl. antimon. alborum exigua progreditur in de-

coćto CC. vſti data ſemel atque iterum.

Spiritus eſſentificatus cornu cerui, de quo ſupra de animalculis ventriculi, omnis generis vermes enecat & expellit.

## TINEA.

Cauſa potiſſimum Tineæ eſt obſtructio in cyſta fellis. Purgationibus ſi non cedat, adhibenda ſunt tantum purgantia ad ſaburram in inteſtinis hoſpitantem & nutrimentum tineis ſuppeditantem explodendam. Deinde venter totus inungendus eſt quotidie aliquoties poſt purgantia fellibus iumentorum, vel etiam vnguento de Arthanita. Tandẽ Mercurius viuus eſt exhibendus, cuius vires in Tinea mortificanda ſunt mirabiles. Extremo loco ad exturbandas tineas vel integras, vel fruſtulatim diuulſas laxantia ſunt adhibenda.

## ANI VITIA.

### *INFLAMMATIO, VLCVS, abſceſſus, fiſtula, exulceratio.*

In affectibus Ani externis, Inflammatione, vlcere, fiſtula, leuioribus exulcerationibus procedendum eſt communi modo, quo alias in cæteris partibus externis ſimiliter affectis progredimur.

Inflammationes ani à proprietate quadã (præmiſſis vniuerſalibus) curat decoctum agrimoniæ (*vnſer lieben Fravven Müntze*) & mẽthæ ſaracenicæ cũ aqua & acet. paratum, & tepide applicatum.

Pro apertione, maturatione, & conſolidatione præſtat Balſamus Sulphur. cum oleo papaueris, de quo ſupra de Abſceſſibus mammillarum.

## FISSVRA.

In fiſſuris valet pinguedo Cochlearium, de qua ſupra de fiſſuris labrorum.

CON-

## CONDYLOMATA, VERRVCÆ, ficus, mariſcæ & mora Ani.

Condylomata, omniſque generis Verrucas, ficus, mariſcas & mora ani prorſus tollunt cineres ſtercoris murium cum vino cocti & applicati inſenſibiliter.

Idem faciunt Conchylia iuxta fluminum littora reperta oblonga, calcinata & cum vino cocta & applicata.

Sic Crocus Metallorum cum aqua fœniculi diſtemperatus & in petiis applicatus, dolores primo ſedat, & deinde ipſa condylomata conſumit.

## HÆMORRHOIDES cæcæ.

In doloribus porro & hæmorrhoïdibus cæcis admodum dolorificis ſpecificum eſt: ℞. ſcarabæos pilulares (*Koſzkefer*) q. placet, coque in oleo lini ad conſumptionem animalculorum, poſtea cum bombace applica loco dolenti calide, idque ſæpius repete.

Sic cineres ſuberis exuſti cum axungia capi vel oleo myrtino cocti & ano applicati dolores intenſiſſimos ſiſtunt: immoderatiſſimi & his non cedentes cedunt, ſi opij gr. j. atque alterum fuit admixtum.

Vnguentum ex linaria. ℞. Herbæ linariæ cum floribus Mj. contundantur & cum adipe porcina q.ſ. F. linimentum, cui expreſſo & parumper refrigerato vitellum oui permiſceatur & cum goſſypio vel lana applicetur parti dolenti, dolores eiuſmodi ad miraculum vſque ſiſtit. Hoc tanti fecit D. VVolfius amicus meus, vt tanquam ſecretum ſingulare illuſtriſſimo ſuo Principi Ludouico ſe-

niori Haſſiæ Landgrauio piæ memoriæ toties rogatus, non reuelare vellet, priuſquam ipſi annuatim bouem ſaginatum promitteret, qua promiſſione facta non tantum herbam Linariam ipſi monſtrauit, ſed etiam addendo verſiculum conſuetum, differentiam huius ab Eſula patefecit, nimirum quod

*Eſula lacteſcat ſine lacte, linaria creſcat.*

Hoc poſtquam aſſidens Nobilis, &c. Iohannes Riſodelius ab Eſchenbach hæreditarius Mareſcaleus Haſſiæ perciperet per jocum verſiculum inuertit hoc modo,

*Eſula nil vobis, ſed dat linaria Taurum.*

## PROFLVVIVM HÆMORrhoïdum.

Profluuio Hæmorrhoïdum immoderato medentur omnia illa, quæ alioquin ſiſtendo ſanguini proſunt. Laudantur tamen:

1. Eſſentia Croci Martis, de qua Crollius, tamdiu exhibita, quamdiu fluxus ſeuerior durat: alioquin ſi ſtato tempore & moderate fiat, nunquam ſiſtendus.

2. A proprietate quadam valet cingulum ex foliis Ellebori nigri conquaſſatis recentibus, nudo corpori circundatum (*die Bletter kommen bloſz an den Leib.*) folia parumper conquaſſantur (ſcilicet vt tantum fibræ duriuſculæ emolliantur) poſtea ad faſciam filo cum acu aſſuuntur in longum, vt fiat quaſi cingulum. Hoc feliciter vſus ſum. Idem preſtat omnino in immoderatis fluxibus menſium & imprimis ſanguinis arterioſi poſt partum grauiſſimum ſæpe magno conamine profluentis.

3. Mumiæ tranſmarinæ, puluis & ſuber ana tenuiſſi-

nuiſſime factus, quem, diligenter applica orificio venarum hæmorrhoïdum, ſubito ſiſtit ſanguinem.

## SVPPRESSÆ HÆMORRHOÏDES.

Suppreſſas hæmorrhoïdes præter modum & tempus, aperiunt folia ficus, ſi ſæpius recentia ano applicentur, vel cum iiſdem locus fricetur.

Sic ſuccus ceparum cum aloë miſtus & panno aſperiori fricãdo applicatus, aperit hęmorrhoïdes.

Pilulæ Alephanginæ ſemel in ſeptimana ſumtę: aloë data hæmorrhoïdes aperit.

Aperiunt quoque ſuppreſſas Hæmorrhoïdes ſuccus cyclaminis, aronis, bryoniæ, Emplaſtrum ex farina laterum, felle bouis, ſtaphiſagria, vnguento ex medulla Colocynthidis & amygdalarum amararum. Item puluis Colocynthidis cum męlle toſtus.

## PROCIDENTIA ANI.

In procidentia ani primo recte reponatur inteſtinum, etiam adhibitis mollificantibus decoctis, ſi repoſitionem vel tumor vel etiam durities accedens, impedierit, poſtea ad adſtringentia accedendum, tum interna, tum externa.

Inter interna laudabile eſt decoctum radicis prunellæ ſylueſtris (omnes fere radices aluum ſoluunt propter ſuccum Mercurialem, quem in terra hauriunt) in Cereuiſia vel aqua, quod ſæpius hauſtum in die per aliquod tempus leniter adſtringit, ſed ita, vt aluus quoque ſimul ſit libera, quam in eiuſmodi caſibus ſemper oportet eſſe talem, alioquin à fortiori conatu egerendi inteſtino viciſſim remeabili futuro.

Externa ſunt varia, ſed elegans eſt, quod fit ab aſſere querno apprime læuigato,& cum maſtiche, poſtquam ille incaluerit ad ignem, illito & ſtatim ano ſuppoſito (ſupercedendo) ad tolerantiam tamen ipſius caloris.

Quod ſi autem inteſtinum nullo modo, antea repoſitum,vel arte intus manere aut hærere poſſit, hoc vnicum eſt præſens remedium, ſupra de procidentia oculi. ℞. Cineres ſcarabæorum pilulariorum, ſparge ſuper inteſtinum prolapſum, & quoquo modo poteris, repone, nunquam egredietur amplius, præſertim ſi deinceps decoctum radicis prunellæ ſylueſtris ad tempus vſurpatum fuerit. Aluminis vſus propter nimiam ſtypticitatem caute euitandus,corrodit præterea partes,earumque venulas.

## CREPITVS VENTRIS frequens.

Frequens ventris ſtrepitus curatur vt flatus.

## STERCORIS INCONtinentia.

Stercoris incontinentia ex reſolutione muſculi Podicis,vt alia Paralyſis curatur: ex ventriculi imbecillitate ad eum reſpiciendo.

## IECORIS AFFECTVS.

### *HEPATIS INTEMPERIES.*

In omnibus hepatis intemperiebus Extractum agrimoniæ. It. radicis graminis mirifice valent, præſertim ſi exhibeantur miſta cum ſp. Vitrioli ad gratam acetoſitatem.

Acidulæ ſeu aquæ ſpirituales in hepatis intemperie calida & ſicca. It. frigida & ſicca, ſi cum Extracto centaurij minoris. It. Cichorij, & cum eo runden

rundem ſalibus permiſtæ & exhibitæ fuerint, etiam accedente ſpir. Vitrioli, aut ſi minus grata Extracta fuerint, ſi reducantur illa in arcana, vel ſi ſaltem in infuſis propinentur, effectus ſuos mirabiliter oſtendunt, ſi præſertim ſubinde vniuerſalia neceſſaria & conueniens victus ratio acceſſerit.

Inter purgantia præualet Rhabarbarum, cuius vſus ſalutaris eſt admodum hepati quoquo modo ad intemperiem quandam declinanti.

## PVTREDO HEPATIS.

Hepatis putredo incurabilis eſt. Quanquam puluis Alkali Paracelſi (qui forte ex Mercurio) hic aliquid poſſe putatur: ſed ſatius iudicium ſuſpendere quam multa perperam adducere.

## IMBECILLITAS HEPATIS.

Imbecillitatem (ἀτονίαν) hepatis emendant, & in ſtatum priſtinum reducunt temperata illa hepatis auxilia, de quibus iam dictum eſt: Cichorium vel per ſe, vel in medicamentum conueniens paratum (fortiora hic euitanda verbi gratia vomitoria, purgationes.)

Ex Chymicis Eſſentia Martis præſertim in vinum maluaticum implantata, quando limatura Martis candens (℔ß) ſemel atque iterum extinguitur in maluatico (℔iiij) ſic nimirum Martis ipſius eſſentia Vitriolata maluatico cómunicatur, quod poſtea ab ℥ß ad ℥ij, in iuſculo, vel hauſtu aq. Cichor. aut ipſius infuſo ſuauiſſimum eſt hepatis auxilium: id quod etiam eius obſtructiones antiquas mirabiliter reſoluit. Martis dulcedo facile communicatur Vini dulcedini. *Eſſentia Martis.*

## DEIECTIONES ALVI cruentæ.

Deiectiones alui cruentas curant eadem, de quibus ſupra in Inteſtinorum affectibus.

## TVMORES PEDVM.

In tumore pedum præſtant acidulæ, ſpiritus Vitrioli. It. geranium Rupertianũ tuſum, & applicatum. It. Ceratum (*Durchzug*) quod fit ex Ceræ part. ij. ſeui hircin. p.j. & ol. roſac. pß, liquefiant inuicem, linteum in eo madefactum & extenſum applicetur calide.

## OBSTRVCTIO HEPATIS.

Obſtructiones hepatis à quacunque cauſa profectas expediunt vniuerſalia illa, de quibus in Renum affectibus, quæ alioquin Tartarum per vniuerſum corpus natum demoliuntur (omnes macrocoſmi obſtructiones à Tartaro; Ergo & Microcoſmi) quibus ſi illa quoq; acceſſerint, quæ communiter à Practicis in hepatis obſtructione præcipiuntur, quomodocunque medicamenti vicem ſuppleant: ſunt tamen pro indubitatis vehiculis, quibus medicamenta deobſtruentia (i.e. Tart. reſoluentia & expellentia) citiſſime deuehunt, & quaſi ad operandum efficaciora reddunt. Itaque infuſiones; decocta, apozemata; ſyrupi tam communes quàm magiſtrales; It. aquæ deſtillatæ cum aliis multis & extrinſecus quoque adhibendis minime quoque negligenda fuerint.

1. In omnibus hepatis obſtructionibus dextre demoliẽdis principes partes obtinet Mars ſeu ferrum, cuius ſcobs cruda (à ℈ß ad ʒß) ſępius ingeſt. (quotidie bis terve) mirum quantum valeat in talibus affectibus.

*Martis Præparationes* excogitatæ ſunt multiplices: ſimpliciores vero quo fuerint, eo meliores

ſin

ſimplicitate ipſa natura gaudet.

Sic igitur 1. Vinum Martis ſupra de imbecillitate hepatis deſcriptum, prodeſt, tanquam ad ſimplicitatem magis accedens, ſi detur in conuenientibus iſtis liquoribus alioquin ad expediendas obſtructiones hepatis vſitatis. Aut ſi minus ferre poſſint patientes in quotidiano potu vel etiam cibo, doſis ab initio minor ad euitandam nauſeam.

2. Eſt puluis Cachecticus ſimplex elegantis virtutis in omnibus obſtructionibus internis. Ille ſic fit:

*℞. Chalybis præparati part j.*
*Caſſiæ ligneæ partes iij,*
*ſacchari albiſſimi partes iiij:*

M. F. puluis (Chalybs in bracteas tuſas tantiſper tunditur ſuper incudem donec prorſus in ſcoriam abeat, poſtea ſubtiliter puluerifetur: Incus bene mundetur vndique.) Eius tantum, quantum mucrone cultri arripi poteſt, detur ter quotidie, mane ieiuno ventriculo, hora 3. veſpertina, & ituro cubitum (*eine gute Meſſer Spitze voll* à ℈ß ad ℈j) tamdiu, donec omnis obſtructio fuerit expedita, etiam ad aliquot ſeptimanas.

3. Eſſentia Croci Martis quoque laudabilis eſt; vide de imbecillitate hepatis.

NB. Hæc tutius exhibetur in fine poſt priora aperientia, leniter nimirum aperit & adſtringit, præſertim cum exhibitione præcedentium, aluus quoque nonnullis cieatur vehementius.

4. Eſt ſpiritus Tartari cum ſuo ſale ſpiritualiter prolecto fortificatus: cuius virtutes ſunt mirabiles. Vide Crollium in digeſt. Vniuerſali.

*Spiritus aperitiuus Penoti.*

5. Eſt aqua compoſita ex Vitriolo & Tartaro cuius meminit Penot[9] tractatu de Medicina Chymica. Compoſitio talis eſt ( compoſitio hæc nonnihil immutata eſt à me, ea feliciter vſus ſum in Hydrope ) ℞. Vitrioli Vngarici ad rubedinem calcinati ℔iiij, ſilicum è fluminibus collectorum & optime calcinatorum ℔v. Tartari ad albedinẽ calcinati ℔j. Miſta, inq; tenuiſſimum puluerẽ tuſa reponantur aliquandiu in locum humidum, vt per deliquium in liquorem aliquãtum abeant, poſtea deſtilla per alembicum in arena ter, ſingulis capiti mortuo in puluerem redacto, reaffuſo humore deſtillato; Extremo per retortam igne aperto, ſed ab initio lento primũ phlegma deſtilla, poſtea vero ſpiritum acidum auctioribus ignis gradibus elice. Ex capite mortuo calcinato ſalem extrahe, & cum eo, ablato prius phlegmone per B. ſpiritum acidum circula vel digere. Tandem cum argilla in paſtillos toto circulato redacto ex retorta igne nudo, gradibus tamen obſeruatis ſpiritum Alkaliſatum prouoca, quemadmodum alioquin fieri ſolet cum ſpi.tartari ſale proprio fortificato. Doſis eſt à ℈j ad ʒij in Vino vel alio conuenienti liquore.

6. Aqua Philoſophica ſeu ſpiritus Vini tartariſatus ( hoc eſt, qui eſſentiam extraxerit ex tartaro, ſpiritus Vini habeat aliquid phlegmatis, cuius beneficio ſales arripit; Tartarus ad cæruleitatem calcinetur. ) Hęc principalia deobſtruentia interdum non tantum obſtructiones ſoluunt, ſed libere etiam per aluum ſubducũt. Id quod partim fit propter diſpoſitionem corporum, partim propter ipſum medicamentum. Sic Mars plerumq; etiã per infe-

inferiora deturbat. Sic aqua Philoſophica tartariſata liberius per aluum mouet.

Quod ſi itaque eiuſmodi alui deiectiones quoquo modo excitatæ, obſtructionibus ſuppetias ferunt, id quidem bene; ſin minus, quandoque aluus ſolicitanda eſt: id vero commodius neutiquam fieri poteſt, quam per cremorem tartari. Si fortior alui ſegnities vrgeat, Extractum Rhabarbari & extractum pilularum de ammoniaco (alias pilulę Riuerij) tale eſt,

℞. *Gummi ammoniaci in acet. ſcillitico ſolut.* ℥iij,
*ſpec. hieræ picræ ſ.* ʒjß,
*aloës crudæ* ℈iiij,
*myrrhæ* ℈j,
*Croci* gr. vj

Cum ſyrupo de abſinthio F. maſſa mollis, quæ extrahatur cum ſpiritu Vini alkaliſato (hoc eſt tartariſato) ad formam Extracti, doſis à ℈ß ad ℈j.

*Cautela:* Quantumuis in obſtructionibus hepatis alias curandis etiam externa, qualia ſunt Epithemata, fotus, inunctiones, cerata, Emplaſtra, foriſecus ad regionem hepatis offerantur: hæc tamen minus neceſſaria ſunt in vſu prædictorum interno: niſi quod forſan durities renitens ad tactum: Tunc nimirum externa reſoluentia in ſubſidiũ accerſeri debent.

In obſtructione omni ad duo imprimis reſpiciendum, vt morbus curetur, cauſaque continens aferatur, & præcaueatur, quod fit, cũ materiæ copia imminuitur, craſſa inciditur & attenuatur, viſcida detergitur, fluẽs reuellitur, ſimulq; euacuatur, atus diſcutiuntur, pars quæ materiam vel generat

vel ſubminiſtrat, corrigitur. Exhibito igitur priu lenitiuo, ſi plethora adſit, aut euacuatio aliqua cō ſueta ſuppreſſa, ab initio ſtatim baſilicam aperire conueniens eſt. Hinc corpus purgatione abundanti humori analoga euacuetur, adhibitis in principio lenioribus medicamentis, poſtmodum ad ea quæ vias aperiunt, ac hepar reſpiciunt, progrediē dum. Quibus ea, quæ intemperiem ſemper quaſi obſtructionis comitem corrigunt, adduntur, admiſtis ſimul adſtringentibus, quæ principis huius viſceris robur, firmitatémque conſeruant, de quibus omnibus videantur Practici.

*Aqua de-opilatiua.* Aſſcribi hîc imprimis poteſt aqua deſtillata de oppilatiua.

℞. *rad. amaræ dulcis* ℥*ij*,
*ſumm. lupuli*,
*Cichorij*,
*hepaticæ*,
*Cuſcutæ*,
*ſcabioſæ*,
*Eupatoriæ an. M ij.*

Infundātur in ſero lactis ad 3. digitos per tres dies. Hinc in vaſe deſtilla. Huius aquæ ℥iiij. M. cum ſyrupi de 5. radicibus ℥ij. Detur ſingulis matutinis interpoſita ſingulis binis aut trinis purgatione.

*Tab. Croci Martis.* Fiant quoque Tabulæ ex Croco Martis ſequenti modo. ℞. limaturæ Chalybis & ſulph. ana M. & in crucibulum ad ignem lentum primo, poſtmodū fortiorem & tandem fortiſſimū pone, vt ſulph. omne exhalet & conflagret. De nouo miſce materi cum æquali parte ſulph. quod iterum, vt dictum, in igne exhalet & conflagret, donec materia non amplius ſulph. odorē ſpiret. Dictam materiā optim

pulue

pulueriſa, inde ſartagini ferreæ, & affunde aceti a-cerrimi ad eminentiam digiti, ſuper ignem carbonum patentem loca, donec acet. omne exhalet, ſemper agitando materiam ſpatula. Cum exhalauit totum acet. adde aliud, & vt prius exhala, dando ſub finem ignem fortiſſimum, vt tota materia optime rubeat, quæ aliquandiu moueatur adhuc & ab igne remoueatur & frigeſcat. Hinc in puluerem ſubtiliſſimum redigatur. Ex huius ℥j ſacch. albiſſimi in aqua agrimoniæ ſoluti ℔ß. F. Rotulæ, quibus in fine coctionis addatur gutt. j. atque altera olei Caryophyllorum.

Fit quoque conſerua ex radic. cichorij recens lotis & optime conquaſſatis, vel etiam per ſetaceum traiectis cum ſ. q. ſacchari. Eædem radices conditæ proſunt.

Prodeſt etiam hic maxime Tinctura Corallorum cum aliis permiſta, aut ſyrupus Corallorum Quercetani, qui vel vnicum in quauis imbecillitate hepatis remedium, quemadmodum & Sal Corallorum in aqua plantaginis diſſolutum à ℈j ad ℈jß. ac per vices exhibitum, quod hoc modo in omni fluxu hepatico ab imbecillitate hepatis cauſató præſtatiſſimum eſt, ſi cætera ad diætam & alia pertinentia non negligantur.

## SCIRRHVS HEPATIS.

In ſcirrho hepatis, non nimis inueterato dextre expediendo ſufficiunt omnia, quæ de obſtructionibus ſoluendis dicta ſunt (ſcirrhus eſt tranſitus à mucilaginoſo tartaro in tartarũ abſolutum.

Quod ſi vero ſcirrhus fuerit contumacior, tandem progrediẽdum eſt ad externa, in quibus omnem paginã abſoluit Emplaſtrum de ſucco cicu-

tæ (& Mandragora cum ammoniaco.) Vide Cardanum, Heurnium, & Fabricium Hildanum in obſeruationibus Chirurgicis.

Emplaſtrum hoc dolorificum eſt ante tumoris macerationem, relinquendum tamen, nec niſi tertio quouis die innouandum. Hoc feliciter vſus ſum in Teichmanno IC Marpurgi. Ab huius vſu poteſt adhiberi Clyſter emolliens & ſubducens ſaburram reſolutam. Vide infra, quæ de ſcirrho Lienis.

## TVMOR HEPATIS.

In tumoribus hepatis ſeu ſcirrho vehemẽtia, purgantia & deobſtruentia omnino ſunt vitãda. Tartarus vitriolatus in decocto paſſularũ cum Cinamomo vel etiam foliis agrimonię additis, ſi à cruditate (ſanguinis) vel ſemine aniſi, fœniculi, carui ſimul coctis, ſi à flatibus vnice hic pręſtat. Sępe etiam Rhabarbari extractum vel ipſius infuſum in aqua Acetoſæ, Cichorij, Centaurij minoris, Endiuiæ debito modo exhibitum tumores crudos reſoluit.

In flatibus diſcutiendis etiam externa fomenta è carminatiuis facta. It. vnguenta & Emplaſtra ſæpe profuere.

## TVMOR MVSCVLORVM.

Tumor Muſculorum abdominis in Hypochondrio dextro raro occurrit. Hic tamen præter dicta maxime conferunt externa, oleum amygdalarum amararum, dialtheas, Emplaſtrum de meliloto, &c.

## INFLAMMATIO HEPATIS.

Inflammationes hepatis purgationes acres non ferunt. Vomitus tamen in otioſis & pituitoſis, ſed

cer-

certo modo, nimirum ſi vomitiones etiã vrgeant, prodeſt.

Sola ſanguinis miſſio hepar inflammatum ſępiſſime curauit.

Si quid tamen moliendum eſt, præſertim vbi deiectiones alui ſilent, aut leni clyſtere, aut Extracta Rhabarbari vel eius infuſo in aqua Endiuiæ & Cichorij res expedienda fuerit.

Deinde ad molliter refrigerantia, ſi neq; febris aut inflammatio, neque dolor inflammati hepatis aliquid remiſerit, lapis prunellę in Iulepo extéperatè refrigerantibus ſumptus, & loco potus imperatus, & febrem & inflammationem, & omnem putredinem aufert: pótus verò confertim non ingerendus. Reliqua (ſcilicet in Diæta, Pharmacia & Chirurgia) adminiſtranda, ne plus noceant, quam proſint.

## ABSCESSVS HEPATIS.

Abſceſſus hepatis non melius curatur, quam prę-cauendo inflammationem.

## VLCVS HEPATIS.

Vlcus inſanabile eſt.

## CYSTIS BILIARIS Affectus.

### *OBSTRVCTIO VESICVLÆ fellis.*

Obſtructio alterutrius ductus Veſiculæ fellis imprimis tollitur iis deobſtruentibus, quæ communiter obſtructioni hepatis inſeruiunt. De quibus ſufficienter ſuo loco.

Peculiares itaq; curandi modos hîc non habemus, ſed ratio & experientia ea tantum perſequũtur, quæ obſtructionum momenta requirunt.

Speciatim vero aqua illa compoſita ex vitriolo & tartaro, ſeu ſpiritus aperitiuus Penoti hic multum prodeſt.

## BILIS ADAVCTA IN cyſti fellis.

Bilis in cyſti fellis adaucta leniter per Cholagoga, ſi moleſta fuerit, educenda Rhabarbaro, Mechoacanna vel extracti modo parata vel etiam in ſubſtantia data, aut ſaltem infuſa, multum poteſt.

Quod ſi vero grauiora ſymptomata acceſſerint, ſingula illa ex ſuis titulis prius cognita, deinceps curanda ſunt.

Contra omnem bilis redundantiam ſeu ſilentem adhuc, ſeu grauiter affligentem, ſunt ſpiritus compoſitus ex ſale communi & ſale nitro, de quo egimus in notis ad Crollium, ſæpius in cōuenientibus liquoribus hauſtus maximopere profuit.

## INANITIO IN CHOLERA.

De inanitione in Cholera dictum.

## CALCVLVS IN FOLLIculo fellis.

Prohibitio Calculi in folliculo fellis conſiſtit in ipſius apertione, aut ſi iā generatus eſt, in ipſius reſolutione occulta, qua vniuerſi corporis tartarus vel impeditur, vel ſi natus eſt, inſenſibiliter reſoluitur. Hæc autem Medicina, tantum pendet ex ludo humano dextre in arcanum ſuum præparato, cuius deſcriptionem & modum habemus ſupra in Calculo.

## LIENIS MORBI.

### *TVMOR SPLENIS.*

Splenis tumor laxus & diſtendens, ſi à ſucco vitrio-

trio-

triolato, quem vulgus fæcem Melancholicam vocant, proprie mel anagogis deturbatur. Talia ſunt Extractum Ellebori nigri. It. Extractum ſenæ aliáque compoſita Extracta cum Eſſentia Epithymi, polypod. Cuſcutæ, capparum, ſcolopend.

Vniuerſaliter tamen has fęces exturbat Mercurius dulcis (qui ad miraculum vſque operationes perficit.) It. Panchymagogon Quercetani, cuius iuſta doſis exigente neceſſitate data multum valet, præſertim ſi acuatur cum Mercurio vitæ ad g̃ xvj. Merc. dulcis g̃ ij. Merc. vitæ longa tritione miſcendo, & poſtea cum Extracto Ellebori nigri in pilulas formando.

In hoc caſu pilulæ iſtæ exhibendæ ſunt poſt mediam noctem, repetita altera atque etiam tertia nocte, vel eadem, vel aliquantulum immutata doſi. Præſtat ſimul in hac cura, quemadmodum in cęteris ſplenis affectibus in vino macerare radices filicis, quæ ab innata proprietate huius viſceris affectus curat. It. in victu quotidiano admiſceatur Galiopſidis ſeu lamii puluis propter diſpoſitam proprietatem, quam habet ad morbos lienis: Itali Milzatellam vocant (*auff dem Haberacker.*)

Externe ſi opus fuerit, applicetur tale vel ſimile Cataplaſma.

*℞. rad. Cucumeris aſinini,*
*bryoniæ an. ℥j.*
*ſcillæ N° j.*
*rad. liliorum albor. bulb. j.*
*ſem. maluæ,*
*altheæ,*
*fœnugræci. an. ℔j.*
*lini ℔ ij.*

*flor. althea,*
*Malua,*
*mercurialis,*
*parietaria an. M j.*
*rad. beta alba M ß.*

Decoque omnia in aqua ferrariorum cũ ſexta parte aceti,& F. Cataplaſma, vel etiam fotus ad regionem ſplenis. Huc referantur Emplaſtra vſualia.

Si diſtenſio à flatibus, à purgantibus abſtinendum quidem, ſed infuſum radicis filicis cum pauxillo ſennæ ſufficiunt, præſertim ſi ſemina carminatiua ſimul adiecta fuerint.

Extrinſecus valent inunctiones ex oleo rutæ, capparum, liliorum alborum cum puluere ſeminis agni caſti, ceterach, corticibus capparum, ad iuſtã conſiſtentiam miſtis.

Quod ſi dolor vehementior vrget, cappares contuſi & in forma Emplaſtri exterius applicati dolorem ſubito tollunt.

## OBSTRVCTIO Splenis.

In obſtructione lienis ſtatim corpus ab initio leniendum ſequenti ſyrupo.

*℞. rad. Ellebori nigri præparat. ℥j ß,*
*herba ſcolopendria M j,*
*Cuſcuta M ß,*
*fol. ſenna Alex. ſ. ſ. ℥j ß,*
*galanga ℈j ß,*
*Zinziberis ℈j,*
*ſem. aniſi ʒ ß,*
*medulla Carthami ʒij,*
*Epithymi ʒ ß.*

Infundantur in decocti aperitiui ſ. q. per noctem: mane

mane coque ad ℥viij, exprimantur & colentur. In Colatura infunde Rhabarbari elect. ʒiij.

*Cinamomi* ʒj.

Colaturæ adde Syrupi de 5. radicibus & de abſinthio an. ℥ij. M. pro tribus doſib. matutinis.

Inungatur latus ſiniſtrum calide & mane & veſperi Vnguento ſequente.

℞. *Vnguenti Agrippæ* ℥j,
*ol. de Capparibus* ℥ß.
*lauri* ℥jß,

M. Quod ſi forte ad primam doſin ſyr. iſtius liquidioris non reſpondeat ſatis aluus, tū ſeq. addi poteſt ex puluere, qui ℞. ſpec. diaturbit. cum Rhabarbaro ℈j. Diagrydij gr. iij.

Quibus peractis, ſi vires permittant, & reliqua, incidatur vena interna brachii ſiniſtri, & plenitudinis ratione emittatur ſanguis. Hinc per biduum vtatur ſeq.

℞. *decocti aperitiui maioris* ℥viij,
*oxymel. Elleborati* ℥iij,
*ſyr. de betonica,*
*de 5. radicibus ana* ℥jß,
*aq. fœniculi,*
*Cinamomi an.* ʒiij,
*ſp. vitrioli* ℈ß,
*ſalis ſcolopendriæ* ℈j.

M. pro 4. doſibus. Interim fiat Apozema:

℞. *rad. fœniculi,*
*petroſelini an.* ℥ß,
*aſari, ſarſaparillæ an.* ʒiij.
*herb. agrimoniæ,*
*Ceterah,*
*Cuſcutæ,*

*Scolopendriæ an. M ß.*

*ſem. aniſi ʒß,*

*fœniculi,*

*Coriandri præparat. an. ʒj.*

*flor. borraginis,*

*bugloſſæ,*

*betonicæ an. p. ij,*

*paſſularum ℥j.*

Decoque ad ℔j, in ſ. q. aq. ſimplicis, Colaturæ adde

*ſyr. de 5. radicibus ℥ij,*

*de Cichorio cum Rhabarbaro ℥jß,*

*oxymelitis Elleborati ℥iiij.*

F. Apozema pro 5. doſibus. Singulis v. doſibus horis duabus ante & poſt cœnam addatur Electuarium, quod

℞. *Conſeruæ fumariæ,*

*betonicæ,*

*bugloſſæ an. ℥jß,*

*Cort. aurant. Condit. ℥ß,*

*Extracti ſcolopendriæ,*

*Croci Martis noſtri an. ʒiij,*

*ocul. Canc. præparat.*

*Salis Corall. an. ℈j,*

*CC. vſti,*

*ſpec. arom. roſat. an. ℈jß.*

cum ſyr. de ſcolopend. q. ſ. F. Electuarium, de quo capiat ad magnitudinem caſtaneæ.

*Aqua hordei chalybeata.* Potus ſit vinum, aut aqua hordei chalybeat. v. gr. ℞. Vini aut aq. hord. ℔vj. infunde in cineribus calidis Martem, aut Croci Mart. ℔j, Cinam. ℥iij. ſtet per 8. noctes in vaſe bene clauſo, hinc colentur. De Colatura capiat ad libitũ, aut vtatur vino vel potu, in quo concocta aut macerata ſint ſequentia,

aut

aut quod melius eſt, ſequentia ſacculo incluſa cum vino nouo aut cereuiſia deferueant.

*℞. rad. polypodij ℥ijß,*
*herbæ fumariæ,*
*meliſſæ,*
*roriſmarini,*
*Cuſcutæ an. Mij.*
*Cort. radicis Capparum,*
*Tamariſci an. ʒvj.*
*fol. linguæ Ceruinæ Mij,*
*vel tart. albiſſimi ℥j.*

M. Prodeſt quoque Extractum ſplenis bouis eo modo præparatum, vt infra de ſuppreſſione menſium deſcribitur.

Quod ſi morbus in ſcirrhum abiit, iiſdem medicamentis addi poſſunt pilulæ, quæ fiunt ſequenti modo. ℞. Gum. ammoniaci ℥ij. diſſolue in acet. & per pannum rarum traiiciantur. Adde aloës ſucco roſar. intritæ ℥ß, ſalis abſinthij ʒij, incorporentur omnia, & F. Maſſa, conſeruanda in aluta madefacta oleo aniſi, de qua per interualla ℞. ℈ij ad ʒj, & F. Pilulæ.

Prodeſt quoque ſequens aqua aſſumta.

*℞. rad. raphani ſylueſtris ℔iiij.*
*polypodij quercin. ℔jß,*
*ſem. fœniculi ℥j,*
*Cardamomi ʒij.*

radices incidantur & reliqua contundantur & infundantur in Vini vet. ℔xv. ſtent in loco calido per tres noctes vaſe quotidie bene agitato. Deinde adde *aq. naſturtij aquatici, bardanæ,*
*fumariæ an. ℔ij,*
*ſeri lactis deſtillati ℔jß.*

deſtillentur in lento igne per cucurbitam, doſis hauſtus vnus vel per ſe, vel cum ſyr. aliquo. It. Fiat ex Naſturtio, Bardana & Fumaria recentibus in mortario lapideo ſuccus, qui depuratus ad vſum ſeruetur cum aliis miſcendus aut ad ſyrupos coquendus.

Ad *lienis regionem*, vbi ſentitur tumor, applicetur Emplaſtrum ex Ammoniaco in aceto ſcillitico ſoluto, prius tamen foueatur locus ſequenti fomento.

*℞. herbæ ſcolopendriæ,*
*meliloti an. M j ß.*
*fl. Chamomillæ,*
*anethi,*
*geniſtæ an. M j.*
*ſem. filicis ℥ß.*

Decoq. in ſ.q. Vini albi, aq. & aceti ana, vſque ad conſumtionem mediæ partis, cum hoc decocto foueatur locus ſpongiis mane & veſperi.

*Electuarium confortans.* Ad *Confortationem* lienis maxime confert Electuarium ſequens, alias Electuarium Solenandri dictum.

*℞. paſſularum maiorum ℔ ß.*

Coque in Vino generoſo ad pultis conſiſtentiam, excerne per ſetaceum & admiſce conſeruæ anthos.

*Corticum citri condit.*
*pulueris Cinam. an. ℥j,*
*ſpec. aromatici roſat.*
*diamargariton. calidi,*
*diacinamomi an. ℈ij,*
*ligni aloës odorati ℥ß,*
*Croci orientalis vel eſſentiæ eiuſdem ℈ß.*

M. Ca-

M. capiat ad libitum magnitudinis Caſtaneæ.

In paſtu ſæpius vtatur capparibus & foliis geniſtæ muria condit.

Poteſt quoque offerri Diacapp. in tabulis.

℞. *Diacapparum & croci Martis an.* ℥j.
*ſacchar. in aqua ſcolopendriæ ſoluti* ℥iiij.

F.ſ.a. Tabulę, de quibus ſumat mane vnam & 3. horas poſt paſtum.

Non incommodum quoque erit exhibere ſæpius tartarum vittiolatum, & crem. Tartar. ſpiritum eiuſdem & tincturam, cui ſuccenturiatur Vinum Martiale, puluis cachecticus, ſp. Vini tartariſatus, adiunctis ſimul externis, alias nihil efficiétibus. Imprimis Emplaſtrũ de cicuta, de quo ſupra. Tartarus vitr. primas tenet, modo præceſſerint mitiora aperientia, præſertim in ſcirrho inueterato.

Fomentum pro Hypochondriis.

℞. *rad. althea* ℔ß,
*bryoniæ,*
*Cucum. agreſt. an.* ℥iij,
*apij,*
*petroſelini an.* ℥ij,
*Cort. & rad. Capparum,*
*Tamariſc. an.* ℥j,
*fol. hederæ,*
*ſambuci an. M*ij,
*Ceterach M*j.
*ſem. agni caſti,*
*abrotani an.* ℥ß,
*fl. geniſtæ,*
*Chamomillæ,*
*melilot. an. p*jß.

F. Decoctum,

*℞. ol. capparum,*
*amygdalarum amararum an.℥jß,*
*Tartari ℥j,*
*Gum. bdellij,*
*ammoniaci diſſoluti in acet. ſcillitico an.℥vj;*
*Ceræ tantillum.*

F. linimentum.

Inueteratam plerumque diſſoluunt deobſtruẽtia hepatis, imprimis quæ à Marte ſuppeditantur ſpecifica: ſpir. vitrioli hic multum prodeſt: acidulæ eiuſmodi obſtructiones facilè tollunt.

## SCIRRHVS SPLENIS.

In ſcirrho ſplenis dextre curando, præſertim ſi inueteratus fuerit, ſolers cura maximopere requiritur. Nihilominus ſi quæ huic viſceri ſcirrhum paſſo, conuenientia adducenda ſunt, ante omnia ab initio acquirenda ſunt mitiora, imprimis aperientia. Tartarus vitriolatus inter omnia talia principes partes obtinet, cui ſuccenturiatur quaſi Vinum Martiale. It. puluis Cachecticus, poſtremo omnium ſpir. vitrioli tartariſatus mirifice prodeſt. It. ſpir. V. tartariſatus. Hæc autem omnia parum aut nihil proficient, niſi deinceps externa quoque in ſubſidium eant.

Mirabile eſt Emplaſtrum de ſucco cicutæ & de ſucco Mandragoræ (ſuccus Mandragorę ebur diſſoluit, hinc à Medicis recentioribus in vſum introductus) ſi vtrique cum ammoniaco diſtemperat fuerint. Vide quæ ſupra de ſcirrho hepatis dict. ſunt.

## INFLAMMATIO LIENIS, ABSceſſus, Vlcus.

Inflammatio lienis, abſceſſus, & vlcus eandem

requ

requirunt curam cum hepatis affectibus.

## MESENTERII MORBI.

### *OBSTRVCTIO ET INFLAMmatio Meſenterij.*

Grauiores Meſenterij obſtructiones & inflammationes magnorum malorum autores, cognitu tamen difficiles, niſi quando tumores circa vmbilicum in Meſenterio & Pancreate deprehenduntur, exiſtere ſolent: prudens itaque Medici ſolertiá hic requiritur maxime.

Cognito morbo purgationes qualeſcunque raro proficiunt. Videtur nimirum exaſperari malum, quod ſane dum minus ab ipſis Medicis conſideraretur, non mirum extitit, quamobrem hos affectus Ilias morborum ſubſequatur.

Doctiſſimus Fernelius palmam præripuit omnibus, & ſingulari induſtria ingeniique dexteritate ea prodidit, quæ Medicum Practicum hac in parte multum iuuare poſſunt.

Cognito tamen morbo facile eſt reperire remedium.

Tota cura conſiſtit in reſoluentibus & emollientibus.

*Reſoluentia* ſunt mitiora illa ex tartaro vitriolato, Vino Martis, puluere Cachectico, & acidulis tum naturalibus, tum artificialibus.

*Artificiales* vide apud Platerum in obſeruationibus 3. de diſcoloratione. Hæc nimirum omnia illuuiem iſtam in ignobiles ſedes Meſenterij & Pancreatis depoſitam mirabiliter reſoluunt.

Quod ſi ſegnities alui in tumoribus Meſenterij alte ſepultis hiſce reſoluentibus non ceſſerit, ſp. Vini tartariſatus guttatim exhibitus, ſegnitiem tollit.

*Mollificantia* ſunt ex fortibus externis,quibus ſi adjiciatur Emplaſtrum de cicuta,res fiet magis expedita, quantumuis obſeruatum ſit, dolores ſæpe recrudeſcere ab applicato hoc Emplaſtro, quod certiſſimum ſignum eſt,poſt inflammationem precedentem putrilaginem illam exarſiſſe, & in abſceſſus degeneraſſe,vt ſepe hoc modo pus ſincerum cum muco per aluum redditum fuiſſe animaduerſum ſit (& tunc hoc Emplaſtrum amouendum, & Enemata adhibenda.)

NB. Hoc itaq; in caſu nil magis proderit, quam obſeruata legitima diæta, & probe conſideratis, quæ ventriculum labefactatum & totam OEconomiam corporis inſigniter læſam reſpiciunt, ſæpius applicare Enemata ſimplicia ex ſolo lacte vel ol.oliuarum vel butyro recente. Hoc nimirum modo aluus ab inquinamentis iſtis interioribus purgationibus non cedentibus liberatur,& tandem omnia mitiora fiunt.

Sæpius tamen deinceps poſt curam hanc abſolutam,lenioribus purgantibus quotannis adhibitis ſemel atq; iterum prouidendum fuerit,ne locus ſemel iſtis impuritatibus recipiendis idoneus factus ſubinde recurrentis mali ſtabilimenta faciat.

## IECORIS LIENISQVE ſymptomata.

### *ICTERVS SIMPLEX.*

In ſimplici Ictero Cholgoga imprimis valent, Extractum Rhabarbari præcipue commendatur. Quod ſi vero obſtructiones ſint pertinaciores, aperientia ſunt minime negligenda, qualia ſunt à tart.vitriol.cremore tart.Vino Mart.&c.Merc.luteus (de quo in notis ad Crollium) ex Mercur.ſublimat.

blimat. in aqua communi ebulliendo ſoluto cum oleo tartar. præcipitatus ſpecificum eſt aperiens; cuius ℈iij ad v. cum Extracto Theriacæ aut ipſa theriaca ad ſudandum repetitis, ſi opus eſt, vicibus exhibita, arquatum ſimplicem tollunt.

2. Decoctum fragariæ cum paſſulis minoribus ex aqua fontana præparatum proprietate quadam icterum preſertim in pueris ſoluit. Idem potentius in adultis morbum aggreditur, ſi marrubij Mß, ad nodulum (præſertim ſi nulla adſit febris) vel in vino, vel decocto priori maceratus fuerit. Bibenda autem illa vſque ad morbi declinationem.

Si *Morbus Regius* fuerit Symptomaticus, plerumque obſtructiones hepatis fortiores concomitans, ſoluta cauſa quoque perire ſolet: nihilominus obſtructiones fortiſſimas concomitans hepate iam tum in ſcirrhum deſinente, infelicis hydropis prænuncius eſt, nec cedit, niſi iſthæc feliciter expedita fuerit. Raro tamen, imò ferme rariſſime propter mirabilem partium dyſcraſiam & patientium diætandi libertatem fauſta procedit curatio.

NB. Potatores Vini meracioris, præſertim adulti, nunquam cum hoc morbo conflictantes, prognoſticis potius quam ſalubribus auxiliis relinquendi.

Cæterum huc referuntur illa, quæ ſupra in obſtructionibus dicta ſunt, & quæ deinceps de Hydrope morbum Regium conſequente, vel eundem concomitante, dicentur.

## ICTERITIA NIGRA.

In Icteritia nigra plerumq; obſtructionem ſplenis conſequente feliciter curanda, nulla certiora

ſeu euidentiora acquiri poſſunt auxilia, quam quæ iam ante in obſtructionibus ſplenis copioſe ſunt propoſita.

Hæc nimirum diſcoloratio tanquam ſymptomaticum accidens nunquam rectius tollitur, niſi fons mali exhauſtus, & ſplen, imò iecur priſtinæ, quantum fieri poteſt, conſtitutioni reddita fuerint.

Sic itaque res expedienda, vt morbificis cauſis ſublatis, tandem ſubſequatur proſpera medicatio.

## MELANCHOLIA HYPOchondriaca.

Melancholiam Hypochondriacam incipientem vel ſimplicem, plerumque curat Vomitus, nominatim ex aqua benedicta Rulādi procuratus: hac nimirum ratione ſaburra ex ventriculo & vicinioribus partibus eliminata faciliorē reddit curam, quæ tota inſumenda eſt in obſtructionibus, ſi hæ viguerint, demoliendis.

*Aperientia* itaque Cremor tartari, tartarus vitriolatus Vinum Mart. puluis Cachecticum, vel prẹmittēda ſunt vomitionibus inſtituendis, vel iiſdem poſtponenda. Vtrobique prudentia Medici hîc deſideratur, à qua cum pendeant omnium curationum momenta, ſæpe perit omnis felicitas, niſi illa caute & religioſe, & cordate ſubſit.

*Purgantia* in hoc primo caſu prẹter Vomitoria ſunt Cholagoga & Melanagoga puluis ſennæ laxatiuus. Extractum Rhabarbari, Mechoacannæ, panchymagogon Crollij. Extractum Ellebori nigri. It. Mercurius dulcis hîc multum poſſunt, à quibus euacuationes ſẹpius ſi opus eſt, inſtitutæ lau-

laudabiliter proficiũt. Sic Extractũ pilularũ de Ammoniaco (de quibus ſupra) hîc quoq; vinice prę̃ſtat.

Ad *mitiganda ſymptomata*, quæ plerumque fiunt à flatibus diſtendentibus præcordia, & in cerebro ſpiritus animales lancinantibus, faciunt corroborantia nobiles illas partes, ſi diutius, quam par eſt, & ipſæ obſtructiones durant, ſuntq; magiſterium & ſal Corallorum & perlarum, lapis bezoar, tinctura Corallorũ, Elixir proprietatis (NB; ſingulare hoc.) It. oleum croci. Hæc nimirum ſingula cor & Cerebrum roborant; Cerebro imprimis tinctura Lunæ in hoc caſu vtilliſſima eſt; de quo ſupra de affectibus capitis.

In *Confirmata Melancholia hypochondriaca*, ſi leuiora iſta minus locum habere poſſunt, præmittenda tamen ſunt, nec vomitus formidandus.

Experientia deprehenſum eſt, aperientia iſta quandoq; profuiſſe, & acerbatum malum ſuſtuliſſe: Recidiuam tamen per intervalla redeuntem & grauiter affligentem radicem ex toto non auerruncant.

Eadem ratio eſt in Acidularum vſu quotannis inſtituendo, aliqualem viſcerum apertionem cauſantium, ſed morbum ipſum non penitus tollentium. Operæ pretium itaque eſt, vt in ſubſidium Melancholiæ Hypochondriacæ confirmatæ curandę talia accerſantur remedia, quæ funditus radicẽ morbi euellant: Sic 1. ♃. aquam philoſophicam, ſeu ſp. Vini tartariſatũ in conuenienti liquore à minima doſi ad maximam vſq; (à gutt. 1. 2. 3. 4. iuſta doſi, 8. ad 12. aſcendendo, quotidie gut. j. interdum pro ratione circumſtantiarum in eadem doſi perſiſtendum (quotidie exhibitus, præmiſſis

tamen illis lenioribus & parum proficientibus, funditus curat.

2. Idem præſtat Extractum pilularum Ammoniarcar. de quo ſupra; cuius ſi detur quotidie ℈j vel etiam (interdum per dies gr.j. augeri poteſt ad ʒj) ſi opus eſt, per dies 12. vel 14. 2. horis ante cœnam, ſumpto poſt horam iuſculo, operatio admodum felix ſubſequitur.

NB. Sæpe vſu venire ſolet, vt ab exhibitione horum, præſertim ſolutis obſtructionibus internis viſcerum aluus ita proritetur, vt quaſi dyſenteria ſubſequi videatur. Tunc prouidendum erit corroborantibus iſtis ſupra enumeratis; præſertim Tinctura Corallorum & Elixire proprietatis. Interim reſpiciendum quoque fuerit in hoc caſu ad legitime directam dietam, ſine qua nulla pene poteſt eſſe felix curatio.

Venæ ſectiones in morbi ſtatu præſertim ſaluatellæ magnum adiumentum præſtant.

## ATROPHIA.

Atrophiā euacuationes acres & ſolutiones non tollunt, ſed exaſperant quaſi, tantum ſi colluuies interiora viſcera grauat, præſertim ventriculum, vomitus lenes ſunt imperandi, præſertim ab aqua benedicta. Eius nimirum peculiaris vis hæc eſt, vt non tantum ſaburram eliminet, ſed etiam ventriculum ad concoquendum inſtiget. Vnde poſt aquę Benedictæ vſum ſemper videmus appetitum corroborari, augerique, licet aliquandiu ille ſepultus, parum aut omnino nihil effecerit.

Hoc itaq; auxilium moderate inſtitutum in principio huius curationis multum prodeſt:

Deinde humectantia imperanda ſunt, quæ tamen

men ita imperari poſſunt, vt ſimul obſtructiones viſcerum expediantur. Tartarus ergo vitriolatus cũ decocto paſſularum & ſyrupis humectantibus, quales ſunt ſyrupus violarum, tuſſilaginis, betonicæ ſumptus, illas ſoluit.

Externa in hoc caſu laudabilia ſunt in pueris.

1. Balneum ex decocto capitis & pedum veruecis in aqua fluente tamdiu ebulliendo pręparatum, vt conſumtis omnibus carnibus oſſicula tantum poſſint eximi.

2. Decoct. cortic. ſalicis rubri in aqua fluminis. Hæc balnea præſertim in pueris maxime atrophiæ ſubiectis eam ſoluunt laudabiliter, ſi ſepties, octies, nouies in iis lauentur, ſemel atque iterum de nouo præparatis.

A Balneis ſpina dorſi vel ol. oliu. aut vnguento aliquo Reſumptiuo tota inungenda eſt.

In victu dentur humectantia, iuſcula & brodia, rarò aſſa. Emulſio amygdalarum dulcium cum aqua tuſſilaginis & betonicæ. It. quandoque cum ſemine papaueris albi & melonum maxime vtilis eſt.

*In adultis* Balneum aquæ dulcis, in quo cineres Corylorum, maluæ, bis maluæ, parietariæ, betæ, lactucæ, ſemen lini, oſſicula item Veruecum contuſa ebullierint, ſæpius inſtitutum, membrorum atrophiam pellit. Iiſdem vtile eſt lac Caprillum. It. aqua deſtillata ex ſanguine ſuillo, ex plantis refrigerantibus & humectantibus mirifice prodeſt. Aqua iſta ſic paratur: ℞. ſanguinis ſuilli ℔ij, frica manibus vt omnes fibrę auferantur, adde folior. betonicæ, tuſſilaginis, roſarum rubrarũ, maluę an. Mj. fol. lactucę Mß. ſem. melonũ ex cort. ℥j,

aquæ tuſſilaginis ℔ij, deſtilla per alemb. ex B. poſtea aromatiſetur cum tabulis manus Chriſti perlatis ad ſingulas libras ℥iij, de hac aqua bibat ſæpius. Sic lac humanum ex vberibus ipſis hauſtum mirifice prodeſt.

NB. Iis, qui ex ſumpto philtro atrophia laborant, lac equarum auxilium eſt præſtantiſſimum, ſemper tamen cum pauxillo ſacchari exhibendum.

Conſumtionem corporis deſperatam, nihil ſcilicet proficientibus aliis remediis, hoc aliquando modo curaui. ℞. Mellis virginei q. placet, inunge ollam non vitreatam recentem intrinſecus, poſtea olla plantetur in aceruum formicarum, ita vt orificium ollę tegatur cribro mediocriter laxo, & ſic formicæ currunt per cribrum & cadunt in mel in eodem hæſitantes, nec recurrentes, atque ſic nihil palearum vel impuritatum aliarum intromittitur. Supra collectarum formicarum ſ. q. funde ſp. Vini q. ſ. digere vaſe clauſo in B. per vnum atque alterum diem, dein deſtilla per B. primo lente, donec nimirum ſp. Vini prodeat, quo ablato, reliquum ebulliente B. deſtilla & reſerua. Huius aquæ Cochl. j. in qualibet ſeptimana ter vel quater ieiuno ventriculo cum pane toſto exhibitum, atrophiam corporis mirabiliter tollit. Interim vel totum corpus vel tantum partes diſtantes aliquoties eodem liquore inungendę ſunt (manus, brachia, pedes.) Quod ſi nec ſic curatio celerior ſuccedat, tandē procede ſequēte modo: (hæc cura magnetica etiam in febribus valet. vide infra de aridura. ℞. Ouum recens coque in Vrina conſumpti (hominis) in ollula nouа, vt

*Aqua contra conſumptionem corporis.*

ua, vt vrina ouum plane contegat, ebulliendo, donec ouum indureſcat. Quod vbi factum fuerit, remoue ollulam ab igne, & ouum coctum hinc inde foraminibus perfora ligneolo acuto, vt foramina pertingant ad vitellum, poſtea idem ouum perforatum in eadem vrina reliqua coque ſemper vertendo ouum, donec vrina plane conſumpta fuerit: poſtremo ouum ſic paratum ſepeli in aceruo formicarum. Quando itaque ouum à formicis conſumptum & exeſum fuerit, mirabili συμπαθείᾳ conſumptio corporis deſinit, & nutricatio ſubſequitur priſtina & elegans. Interim vero ſuperioris liquoris vſus non eſt negligendus. *Cura magnetica conſumptionis.*

In *Atrophia puerorum* à dracunculis (ſeu vermiculis in cute, iuxta partes carnoſas & muſculoſas à vitiato nutrimento progenitis) ſi quæ comedunt, nihil tamen apponitur, hæc cura eſt approbata. ♃. radicis bryoniæ ℥j vel ij, coque in lixiuio è cineribus quernis parato in pulticulam, qua pueris dracunculis laborantibus (imperata ante media mane) in loco calido (balneo) illine totum corpus & relinque aliquandiu, ſic vermiculi per poros exerunt capita nigricantia. Itaque vniuerſa cutis ſtatim radenda eſt nouaculis. Amputantur hac ratione capita vermiculis conſumptoribus (*Mit-eſſer*) & cauſa vitiatæ nutritionis aufertur. Hæc vero operatio ſemel atque iterum repetenda deinceps fuerit, donec nempe certum extiterit, vermiculos omnes eſſe ſublatos. Exinde puerulі balneentur aliquoties in inſeſſibus illis, de quibus ſupra dictum eſt vel ex capitibus & pedibus veruecinis, vel ex corticibus ſalicum rubeis præparatis. *Dracunculi Mit-eſſer.*

## CACHEXIA.

Cachexia quælibet à quibuſlibet nempe cauſis procreata, requirit reſoluentia & corroborantia.

*Reſoluentia* ſunt omnia aperientia internorum viſcerum. Sic nimirum omnis OEconomia totius corporis deprauata corrigitur.

*Aperientia* ſunt tartarus vitriolatus,cremor tartari, Vinum Martis, Acidulæ tum naturales tum artificiales: quę tamen omnia adminiſtranda ſunt poſt præmiſſos vomitus, ſi illi commode fieri, & patientes ferre poſſunt.

*Purgantia* poſt illa vniuerſalia habent locum quælibet,modo obſeruentur obſeruanda.Panchymagogon Crollij,It. ſpecificũ purgans Paracelſi & Mercurius dulcis hîc præcipue laudantur, Extractum Eſulæ & ellebori nigri in pituitoſa & Melancholia Hypochondriaca proſunt multum.

*Confortantia* deſumuntur ex communioribus quibuſlibet hinc inde, præſtat ſpir.vitrioli in conſerua roſarum,acetoſæ,florum borraginis, bugloſſæ, violarum ſumptus, Magiſterium Corallorum item & perlarum, cæteræque aquæ Analepticæ vſitatæ.

Omnis porro Cachexiæ feliciſſimum auxilium eſt puluis Cachecticus ſupra deſcriptus. Itaquę is ſolus præmiſſis ſaltem vel vomitoriis; vel præcedente cura aliquando purgantibus ſufficit: quantumuis nimirum pulueris Cachectici vſus aluum moueat ſæpius, nihilominus conuenientibus purgantibus interdum res expedienda, vt ſcilicet in corpore collectæ fæces, & ab vſu pulueris Cachectici quadantenus ſeparatæ penitus excernantur.

In Vir-

In Virginibus plerumque defectus menſium ad Cachexiæ cauſas accedit, vnde fit illa deterior. Solet quidem in vetulis puluis Cachecticus etiam venulas vteri aperire, ſed obſtructio interdum tã pertinax, vt à ſolo illo aperiri nequeat. Dextre itaque obſeruato tempore vſitato fluxus menſium, quod eſt iuxta illum vulgatum verſiculum:

*Luna vetus vetulas, iuuenes noua Luna repurgat:*

præſertim vbi in curſu adhibitæ curæ dolores circa lumbos & vterum animaduerſi fuerint.

Vt igitur felicius procedatur, menſes mouentia ſimul danda ſunt, de quibus infra de ſuppreſſione menſium. Talia ſunt aqua allij deſtillata & oleum Sabinæ. It. aqua aſari, raphani, artemiſiæ rubeæ.

NB. Si ad puluerem Cachecticum addideris æqualem quantitatem Chalybis, præparati ſtercoris anſerum iuniorum, & dederis priori quantitate, præſertim, circa inſtans menſium tempus & pallori Virginum & obſtructioni menſium melius medeberis.

Pertinaciſſimas obſtructiones menſium aperit lixiuiũ è ſcoriis ſeu recrementis reguli Antimonij, ebulliendo tantum cum aqua communi præparatum, & ſuper ferrum vel ſilices candentes fuſum, vt vapor per ſellam perforatam ad naturalia contingat. Vide infra de ſuppreſſione menſium. Mercurialis in aqua cocta & pudendis applicata ciet menſes.

His omnibus poſtea dextre ſubiici poteſt vel addi ſectio ſaphenæ definito tempore fluentium mẽſium inſtituta. Antim. Diaphor. fixum ad expellendos menſes etiam efficax eſt, ſi eius doſis vſitata

quotidie cum guttis aliquot Eſſentiæ myrrhæ in aqua artemiſiæ rubræ exhibeatur.

Hæc autem omnia moderanda ſunt ad præſcriptum ipſius naturæ & Canones artis.

## HYDROPS.

Hydrops confirmatus difficulter curatur; incipiens facile.

Nobiliora tamen medicamenta, vtendique ratio expedita, prætereaque ſubiectorum diſpoſitio æquabiliter affecta, quandoque etiam hydropem confirmatiſſimum tollere viſa ſunt.

In ſingulis hydropis ſpeciebus ſemper ab aperientibus emundificantibus per aluum, nunquam à Diureticis cura incipienda: Secus nimirum colluuies ventris tota ad renes confertim quaſi coacta ſummam difficultatem parit.

Purgantia vniuerſalia ſunt:

1. Mercur. vitæ ſeu flores butyri Antimon. doſi ſua ab initio à ℥iiij, in Extracto Ellebori vel Colocynthidis, poſtea ſi vires ferant auctiori vſq; ad 10. & 12. per aliquot dies continuatus; præſertim in hydrope confirmato, ſtante tamen adhuc virtute ventriculi maxime prodeſt. In hoc caſu nullos generat vomitus, ſed tantum per inferiora purgat.

*Nota:* In ſenioribus hæc purgatio Mercurius vitæ producit procidentiam ani, quæ poſtea raro ſeu potius difficulter ſanatur & curatur.

2. Flores Antimonij albi in oleo deſtillato (vt dictum eſt ad Crollium) & poſtea illo oleo in aqua frigida repercuſſo, & in pilulas, puluere dulcificato bene, redacto etiam per inferiora aquam intercutem expellit, ſi ſæpius exhibeatur.

3. Extractum compoſitum Crollij ad ſpecificum Hydropis.

4. Extra-

4. Extractum Elaterij cum ſp. V. factum. Doſ. à ℥ j ad iij, ad ſummum.

Poſt purgantia vniuerſalia deueniendum eſt ad leniter aperientia & viſcera interiora corroborantia, ita tamen vt ſemper diuretica admiſceantur, partim in cibo & potu, partim etiam cum medicamentis ipſis leniter aperientibus.

Principes hic partes tenet puluis Cachecticus ſupra ʒj vel ℈iiij, in decocto centaurij minoris maceratus per noctem, & poſtea colatura in 2. æquales partes diſtributa, & duabus auroris ſeſe ſubſequentibus inuicem exhibita, idem quod Eſſentia Alhandal efficit.

In Aſcite laudatur etiam Extractum Eſulæ. It. diaturbith cum Rhabarbaro. It. gummi guttæ, ſine omni mora enim materia in abdomine contenta euacuanda, præmiſſis tamen aperientibus & ſimul humorem crudum hepati impactum præparantibus.

## TYMPANITIS.

In Tympanitide ſimplici purgationes raro proficiunt, (exaſperatur nimirum malum) in compoſita vero præſertim cum aſcite ſæpe purgantia præſertim Mercurialia & aquam & flatus excuſſerunt.

Eſt autem ſpecificum in Tympanitide ſimplici liquor ex floribus thapſi barbati (thapſi arcanum etiam valet, ſed liquor hîc præſtat eo modo paratus; quo ſupra de ophthalmia liquor ex florib. Cichorij ad affectus Oculorum paratus eſt) cuius ℈j, aliquoties & quotidie ſumptus in decocto ſeminis & radicis fœniculi ventoſitates expellit. *Liquor florum Thapſi barbati.*

Felicius id exequemur, ſi ſimul fiat fomentatio ventris hoc modo:

℞. *Vrinæ pueri mundi* ℔iij,
*lapidis prunellæ* ℥iij.

bulliant inuicem ad ignem lentum vſque ad caſum tertiæ partis vrinæ. Hac vrina calida fomentetur in petiis, facta inſuper forti frictione cum manu (hoc modo reſtitui viduam Marpurgi ab omnibus Medicis relictam) poſt bene abſolutam curam, expulſis ſcilicet aquis & tumoribus tum ventris ipſius tum reliquarum partium plane conſumptis, Colophonem imponant exſiccantia, qualia ſunt:

1. Eſſentia Croci Martis à Crollio in fine ſpecifici Hydropis deſcripta in conſerua roſarum antiqua, vel etiam in Rob. Ebulino aliquoties exhibita.

*Diacubebæ Paracelſi.*

2. Diacubebæ Paracelſi, quod ſic fit:

℞. *Cubebarum h.e. granorum myrtillorum exſiccatorum,*
*ſem. ocymi,*
*Caryophyllor.* ℥ijß,
*ſantalor. omnium, ſpodij,*
*ſem. 4. frigid. maiorum excorticatorum an.* ℥j.
*ſuccini albi* ℈ij,
*ſem. Endiuiæ, portulacæ, lactucæ an.* ʒß.

pulueriſata omnia ſubtiliſſime & cum ſacch. ℥iiij in aqua Cichorij ſoluti F. Electuarium, cui adjiciatur ſyr. granator. ℥jß. Hæc mixtura ʒij, vſque ad ℥ß, ſæpius exhibeatur.

3. Spiritus Guaiaci cum Rob. Ebulino ſumptus ad ſudores eliciendos, feliciter exſiccat.

In Tympanitide arcanum cumini & carui philoſo-

loſophicè preparatum poſt primas purgationes leniores,ne malum exaſperetur,eius aliquot guttulæ cum ſudoriferis & aliis ſpecificis exhibentur.

Tres ſunt Hydropis ſpecies.

*Aſcites,*
*Tympanites &*
*Anaſarca:*

quarum periculoſiſſima eſt Tympanites : ſecundum locum obtinet Aſcites : Anaſarca cæteris curatu facilior. Commendatur hic lixiuium ex cineribus vitium , ex cineribus de extremitatibus frondium iuniperi cum vino albo factum , cui tamen aromata & ſaccharum melioris ſaporis conciliandi gratia imponere licet. Hoc lixiuio non pauci mire ab hydrope liberati.

Martis quoque hæc præparatio conueniens eſt, diſſolue limaturæ ferri ℥j,in Aqua fort.℥viij,paulatim & ſucceſſiue affundendo , digere per noctem, deinde aquam fortem per alembicum ex arena abſtrahe,habebis ℥jß, croci rubicundiſſimi , ſuper quem in igne leniter prius exſiccatum funde ſpiritum vini vulgarem,& appoſito alembico cœco digere in arena,& ſpiritus vini rubeſcet , quem à fæcibus decantatum deſtilla in Balneo ad oleoſitatem. Eſt perutile in Hydrope exſiccando, & viſceribus corroborandis,præmiſſis enim vniuerſalibus ex medendi methodo,ſi poſtea eius guttæ 9.vel 10. hydropico mane & veſperi in ſimplici granorum iuniperi decocto propinentur,facile morbum tollit & expellit. *Martis præparatio antihydropica.*

## ASCITES.

In Aſcite, quæ omniũ communiſſima,ſine omni mora materia in abdomine contenta euacuan-

da, præmiſſis tamen aperientibus & ſimul humorem crudum hepati impactum præparantibus.

Fiat igitur ſtatim decoctum, quod

*℞. rad. Ellebori nigri præparat.*
*mechoacannæ an.* ʒjß,
*galangæ* ʒj,
*fol. ſen. Alex. mund.* ℥j.
*ſem. aniſi,*
*fœniculi an.* ʒß,
*Carthami* ℥ß.

Infunde in ſ.q. decocti aperitiui per noctem mane coque ad ℥viiij, addendo ſub finem cocturæ Rhabarbari ʒjß, ſacchari ℥ij, Colentur, Fiat Apozema non clarificatum pro 3. aut 4. doſibus, addendo ad vltimam doſin ſpecierum diaturbith cum Rhabarbaro ℈ß aut ℈j. Poſt tres doſes Apozematis, exhibeatur doſis Merc. laxatiui aut præcipitati cum ſole, cum extracto Colocynthidos & ſcammonij, aut exhibeatur ℈j ad ʒj, extracti Eſulæ toties à Rulando ad hunc morbum decantati; præparationem vide in notis ad Crollium.

Huc referri etiam poteſt ſpir. vitæ aureus Rulandi, qui fit cum ſpir. V. Maluatico ex trochiſci alhandal extracta tinctura, quæ pro quantitate Trochiſcorum & ſpir. Vini propinatur. Hinc exhibeatur per dies tres continuos diureticum ſequens:

*℞. rad. Ebuli* ℥ß,
*fœniculi,*
*polypodij,*
*petroſelini an.* ʒijß,
*rad. irid.* M j.
*Ellebori præparat.*

*mecho*

*mechoacannæ an. ℈ij,*
*fol. ſennæ ʒj.*
*Cort. interiorum ſambuci ℥jß,*
*flor. ſambuci,*
*geniſtæ an. p iiij,*
*fl. lauendulæ p ij,*
*ſem. fœniculi,*
*dauci an. ʒjß.*
*Zinziberis,*
*galangæ an. ℈jß.*

Infunde in ſ. q. aquæ gratiolæ & florum ſambuci per noctem, mane leuiter coque ad ℥viij. vel circiter exprimantur, Colaturæ adde

*ſyr. Eupatorij,*
*byzantini an. ℥ij,*
*aq. Cinnamomi ℥ß.*

adde ſemper, ſi aluus non reſpõdeat Extracti Trochiſcorum Alhandal aut ſp. Vitę aurei quot viſum fuerit: aut addatur ſucci radicis iridis noſtratis, naſturtij & corticis viridis ſambuci ℥ß ad ℥iiij, Apozematis dicti: imò ſi ſucci dicti ad ℥ij vel ℥ijß, propinentur cum aqua communi tantum, potenter aquam educunt.

Debet etiam interdum, ne ſcilicet ſemper purgetur ęger & vires labaſcãt, exhiberi Cremor Tartari aut magiſterium eiuſdem, aut ſyrupus de Eupatorio, corticibus Citri & oxymel ſcilliticum cũ aqua meliſſæ, fœniculi, agrimoniæ, apij, Cinamomi dilutus; It. Tabellæ ſequentes,

℞. *pulueris dialaccæ,*
*diacurcumæ an. ℈ij,*
*ſacch. ſoluti in aq. halicacabi ℥jß.*
*tinct. Martis (ſupra in hæmorrhag. traditæ) ℈ij.*

*ol.nuc. moſchatæ deſtillatæ, g iij.*

F. l. a. Rotulæ de quibus ſumat ʒij, 3. hor. ante & poſt potum. It. vtatur Electuario ſequente, quod

℞. *rob. ſambuci* ℥ij,
*mithridatij* ℥ß.
*ſpec. diarrhodon Abbatis,*
*ſolut. perlarum,*
*ocul. cancror. præparat. an.* ℈j.
*ſyr. de Eupatorio q. ſ.*
*ſp. Vitrioli* ℈ß.

F. Elect. de quo manè & veſperi 3. horis ante cibum ſumat ad quantitatem auellanæ.

Poteſt quoque venter foueri decocto, quod fi ex herba menthæ,

*origani an. M ij,*
*flor. ſambuci,*
*meliloti an. p iij.*
*ſem. carui* ℥jß,
*bacc. lauri* ℥ij.

ſtercotis Capræ ad pondus omnium, coq. in lixiuio & ex aq. ſimplici cum decocto aut herbis ipſi calidis foueantur partes tumidæ, poſt fomentum applicetur Emplaſtrum de baccis lauri.

Hinc accedatur ad ea, quæ proprietate occulta ad quemlibet hydropem faciunt.

1. Eſt aqua Lumbricorum terreſtrium rubrorũ, cuius deſcriptionem vide in notis meis Crollij.

2. Aqua ſequens:

℞. *Vitrioli & Tartari an.* ℔j,
*rad. vincetoxici* ℔ß,
*ſpir. V. pintam vnam,*

ſtent in infuſione per 3. dies, poſtea deſtillentur in arena per alembicum, aquæ deſtill. adde gutt. ali-

quo

quot ſp. Vitrioli ad gratam aciditatem, detur ſingulis diebus tribus vicibus in decocto Vincetoxici cochl. j. Vrinam properanter mouet, intemperiem corrigit & obſtruct. tollit.

3. Puluis bufonum, vide notas ad Crollium.

4. Stercus anſerinum, vide ibidem.

Pro potu vtatur ſequente Iulepo.

℞. *aquæ petroſelini,*
*halicacabi an. ℥v,*
*aq. flor. ſambuci ℥iij,*
*ſpir. Vitrioli ℈ß,*
*aut lap. prunell. ʒß.*
*ſyr. de 5. rad. ℥ijß.*

M. aut vtatur vino Abſinthiaco chalybeato, &c.

Tandem tumore ſublato ad ea veniendum, quæ reliquias diſcutere, & partem affectam roborare valent, qualia ſunt aqua Theriacalis, decoctum ligni Guaiaci, Sarſæparillæ, Chinæ, balnea Sulphurea & aluminoſa. Aut

℞. *rob. ſambuci ℥ij,*
*Sal. Card. bened. ℈j,*
*mithridatij ʒj,*
*ſyr. de Card. bened. q. ſ.*

ad conſiſtentiam Electuarij quod aſſumat 2. vicibus & in lecto aut ſtupha duobus matutinis ſudet aut

℞. *rad. ſarſaparillæ,*
*raſuræ Guaiaci an. ℥ß,*
*ſaſſafras ʒij,*
*infunde in ſ. q.*
*aq. communis per hor. 24.*
*poſtea coque ad ℥vj.*
*Colaturæ adde ſyr. de Card. benedicto,*

*de ſcabioſa an.*℥vj,
*Sal.Card.benedict.*℈j,
*aq.Cinnam.*℥ij.

M.pro 2.doſibus ante introitum laconici,aut detur doſis bezoardici mineralis, aut antimonij fixi diaphoretici cum ℥ ij, lapidis bezoardici.

Hepar roboratur Electuario de ſcoriis ferri, Electuario diambræ ad eius ℥ij, adde conſeruæ roſarum rubrarum antiquæ ℥jß, Croci Martis ℨj.

Quod ſi tumor pedum, vt plerumque fit, ſimul adſit, tunc fiat lixiuium ex Cineribus quercus, & in lixiuio dicto ſuperius pro fomentatione herbæ adjiciantur, & coquatur vſque ad conſumptionem mediæ partis. In lixiuio intingantur lintea cruda, quæ exprimantur & ita calide applicentur cruribus.

Aut ſi tumor adhuc aliquis ventris & tibiarum adſit, tunc panis niger in vino & modico aceto coquatur ad conſiſtentiam pultis ſeu Cataplaſmatis, & extendatur ſuper pannum lineum, atque ſuperimponatur ventri toti, relinquaturque per 24.hor.

Poſtquam detumuit, ponatur verſus genua ſemper deſcendendo vſque ad pedes.

Quod ſi nec hiis tumor cedat, aut tanta adſit copia, vt reſolui non poſſit, conuenientiſſimum eſt tibiis applicare cauteria potentialia, 4. digitis ſupra malleolum aut 4. digitis infra genua: quo ſolo remedio qui ab aliis incurabiles cenſebantur, tumores crurum & ventris ſanari vidimus.

Alij applicant folia Bardanæ dictis partibus tumidis, ſæpius mutant , & ſic aquam contrahi & conſumi dicunt.

Siti

Sitis ſi adſit magna, vt tolerare nullo modo eam poſſit, tunc & ſp. Sal. in vino granatorum exhiberi poteſt, vel Sal abſinthij à gr. iij ad viij, cuius exhibitionem ſi continuaueris aliquandiu, amplius non ſitiet.

## ANASARCA.

In Anaſarca, quia ſemper adiunctus eſt humor pituitoſus, viſcoſus & crudus ad euacuationem ineptus, ante euacuantia medicamenta præmiſſis tamen lenientibus, præparantia adhibenda ſunt, alterantia & concoquentia, qualia ſunt, imprimis ſyrupus de Eupatorio, de abſinthio, oxymel compoſitum, diſſolue in aqua agrimoniæ & abſinthi.

Præparato humore euacuatio ſupra dictis inſtituenda, interpoſita tamen præparatione & coctione humorum, vt & confortatione viſcerum, imprimis hepatis & ventriculi: imprimis vomitum excitare licet Sale præparato, aut aqua benedicta, vt ventriculus à crudis humoribus liberetur, hinc ad ea, quæ vrinam & ſudores mouent, accedendum, vbi maxime commendatur aqua Iacobi VVeckeri tantopere in Hydrope celebrata.

*Aqua Antihydropica VVeckeri.*

*℞. liquoris Tartari deſtillati,*
*aquæ gentianæ (cum aq. ſimplici per veſic. facta)*
*theriacalis an. ℥j,*
*ſp. Vitrioli,*
*ol. Sulphuris an. gr. x.*

Capiat æger à ʒij ad ℥ß cum acet. ante ingreſſum Laconici.

Maximum quoque arcanum in hoc morbo eſt gratiola, quæ ſemper in copia tum purgantibus, tum aliis medicamentis admiſcenda: poteſt etiam ex ea fieri Extractum vel Sal, ex quibus com-

ponuntur pilulæ hydropicæ:

℞. *Extr. gratiolæ,*
*mechoacannæ an.* ℈j
*Sal gratiol. gr. vj.*

F. pilulæ, purgant per aluum & Vrinam, ſi non ſatis purgant, adde Extractum trochiſchorum alhandal c. ſp. V. Maluatici factum, quamdiu viſum fuerit.

Poſſunt etiam hic nonnunquam adhiberi ſcarificationes in pedibus, femoribus & naribus.

*Tympanitidi*, quę ſemper ſeroſam materiam habet adiunctam cum flatibus, eadem omnia, quæ in Aſcite pręſcripſimus, quoque proderunt, niſi quod Carminatiua, cuminum, anethum, caruum, fœniculum, daucus aſſumantur.

Clyſteres in hoc affectu ab initio iniiciantur ex decocto carminatiuo cum ol. anethi & rutæ.

Ventriculus frigidus, qui ſemper adeſt, calidis appropriatis alterandus, vt ſpec. diacumini, dialaccæ, diarrhodon Abbatis, diacurcumæ in tabellis cum oleo Caryophyllorum, aniſi, aut cum conſerua menthæ, pulegij & theriaca ana: proſunt etiam ſyrupus de Canella, oleum Caryophyllorum, maſtichis, deſtillatum, ſp. abſinthij, cumini & carui, illorum gut. aliquot cum ſudoriferis propinantur.

Hepar vero calidum refrigerandum extrinſecus appoſitis ſucco Endiuiæ, Cichorij cum pauco aceti, & vnguenti roſati aſſumtis intrinſecus nonnunquam appropriatis refrigerantibus.

Ventriculus externe muniendus oleo nardino, maſtichino, Emplaſtro aliquo aut ſacculo: maxime vt in reliquis hic prodeſt Cremor tartari, tinctura tartari, ol. Sulph. & ſp. vitrioli.

Cucur

Cucurbitæ magnæ cum multa flamma applicentur vmbilico, incantamenti inſtar, flatus diſcutiunt, teſte Galeno.

In reliquis progrediendum vt in Aſcite.

Commendatur quoque pro inſigni Hydragogo gummi guttæ à ℥ iij ad viij, vel etiam ℈ß exhibitum, cum aliis commode exhibetur, vt cum Crem. tartari ſtimuli loco reliquis purgantibus, addito correctiuo, corrigitur ſpeciebus diambræ & oleo macis (exhibetur etiam in podagra, Cachexia & aliis morbis ſeroſis.) Vtilis eſt etiam ſuccus Elaterij ſtimuli loco exhibitus in pilulis appropriatis: prodeſt quoque gelapium, vt *Gummi de Peru.*

*℞. Gummi guttæ ℥ viij,*
*pulueris rad. gelapij ℈ijß,*
*ſpec. diambræ ℥ jv.*
cum ol. Cinam. F. pilulæ.

Poterit etiam purgari cum Turbith ſolo, aut fieri Apozema, quod

*℞. Fol. ſennæ ℥ij,*
*turbith ℥ß,*
*hermodactylorum ʒiij,*
*Cinamomi,*
*Zinzib. an. ℈j.*
infunde & coque vt dictum in præcedentibus, F. Apozema.

Si Vapores ex humoribus reſolutis diaphragma petant, & fiat anguſtia pectoris, injici poteſt Clyſter.

*℞. Florum Chamomillæ,*
*Soldanellæ,*
*Centaurij m. an. M j.*
*ſem. Carthami,*

*bacc.lauri an.℥ß,*
*F.decoctum,cuius ℥.℔j.*
*mell.roſati ,ol.Chamomillæ an.℥iij.*

F.Clyſter miſcendo.

Diæta in Hydrope: panis fiat ex optima farina, quæ miſceatur cum radice Ruſci , itidem in farinã redacta, It. ſemine fœniculi,aniſi,carui.

Vinum ſit vel Card.benedicti vel abſinthij cum Ruſco Chalybeatum. Aq.fl.ſambuci, ſpiritus ſambuci.

NB. Potus aquarum dulcium nocent Hydropicis , Sulphurea v.& nitroſa & Terebinthinata proſunt.

Balnea quoque plurimum conueniunt , quibus incocta fuerint abſinthium,flores Ebuli,Sambuci, agrimoniæ,Chamomillæ.It.parum nitri.Vide obſeruat. 25.Bartholomæi Caprolij.

## RENVM VITIA.

### *INFLAMMATIO RENVM.*

Inflammationem Renum caute oportet tractari. Niſi nimirum omnia prudenter fiant,ſæpe grauiſſimi morbi ſubſequuntur. Itaque nec purgantia acria,nec digeſtiua intempeſtiua proficiunt.

Paracelſus inflammationes renum vocat febres renum , quæ ſemper concomitari ſolent.

Cura conſiſtit tum in externis , tum in internis medicamentis.

Internis : qualia ſunt , quæ proprietate quadam humiditatis connatæ inflammationes tales extinguunt ; lapis prunellæ citiſſime expedit hoc negotium , modo aluus ſit libera , alioquin leni Extracto mechoacannę aut infuſo Rhabarbari expedienda. Solemus interdum in hoc caſu decoctum pruno-

prunorum dulcium cum aqua tartari (in qua tartarus puriſſimus decoctus eſt; Clyſteres etiam hîc non incommodi) feliciter exhibere.

Aluo itaque expedita lapis prunellæ in aqua ſimplici ſolutus tantum, & ſaccharo edulcoratus inflammationem aufert. Venus noxia eſt.

Extrinſecus valent vnguenta ex roſis. It. liquor ex ſemine papaueris, hyoſcyami, ſolani vel ſimilibus. Camphora quoque in oleo amygdalarum amararum ſoluta & loco dolenti illita valde inflammationi reſiſtit. Externe etiam valet Vnguentum roſatum Meſues cum oleo amygdalarum amararum & ſcorpionum temperatum. Venus omnino fugienda.

*Secretum* in inflammationibus Renum eſt Succus Aſtacorum ſeu Cancrorum fluuiatiliũ crudus, ex contuſis nimirum expreſſus, & cum alio iuſculo vel decocto prunorum exhibitus ſemel vel bis cochl. j. (non tamen neglectis externis.)

## OBSTRVCTIO RENVM.

Deoppilatiuum Renum certius & euidentius nullum eſt, quam quod ex vitriolo & tartaro conficitur. Tartarus itaque vitriolatus, ſpecificum item purgans Paracelſi hic omnem abſoluunt paginam, prçſertim ſi ſit obſtructio recens, nec ab impactis grandioribus calculis facta (alia eſt cura obſtructionis Embryonatæ ſeu incipientis, alia confirmatæ.) Hæc nimirum curam aliam requirit, de qua in Nephritide proprie ſic dicta.

Cryſtallus tartari illis æquiualet; nam obſtructiones & tartarum ipſum ſoluit expellitque.

Quandoquidem autem obſtructiones venarum omnes fiunt à tartaro, ſiue illæ recentes ſiue

confirmatæ fuerint: præſtat ſpecificum in medium adducere, cuius vi & proprietate inſita tartarus in omnibus partibus corporis humani genitus mirabiliter expellitur, adeoque omnes obſtructiones maximopere expelluntur, cum videatur imprimis eius virtus in Renum hac affectione accommodata eſſe.

Vnice valet ad obſtructionem antiquam etiam à calculo grandi ortam; quem inſenſibiliter & pene ſine omni dolore in mucilaginẽ quotidie cum vrina excernendam ſoluit & paulatim abſumit.

Paracelſus vocat preparationem ludi humani, quam paſſim commendat, nuſpiam tamen eius præparationem genuinam reliquit. Illa eſt talis: ♃. Ludum ſeu calculum ex corpore humano exſectum, vel etiam aliis modis deturbatum, hunc pulueriſatum leniter primum calcina igne rotæ, poſtea flamma reuerberij per gradus eo adige, vt videatur plane in Salem abiiſſe.

*Ludi Paracelſi præparatio.*

*Notetur ſecreta calcinatio alia* (hæc nulli hactenus à me communicata.) ♃. pulueris Ludi part. j. pulueris Carbonum præſertim faginorum part. ij. miſce inuicem: poſtea in tigillo tantum ſuperne tegula ſeu operculo tecto vre in furno figulino 24. horis & ſpiritus Carbonum duritiem lapidis omnino beneficio ignis emollit, ipſi vero carbones non abſumuntur. Hinc miſturæ affunde aquam feruentem, vel coq; in aqua feruente, & puluis ludi ſoluitur in aquam citrinam, qui color eſt à fœtido Sulphure ipſius ludi. Si quid reſiduum fuerit ab hac ſolutione, denuo exſiccetur, & adiecto puluere carbonum recenti viciſſim calcinetur, vt antea. Solutiones omnes euaparando redige in Salem,

lem,ſecundo coniunge omnia cum puluere carbo-num & viciſſim calcina. Idem ſolue in communi aqua ebulliendo,vt ſincerior pars poſt euaporatio-nem repetitam tranſeat in Sal.candidum,ſæpius in cryſtallos abeuntem,ſi in loco humido frigido,ali-quandiu repoſitus fuerit. Hunc elegantem Salem coniunge cum ſpir. Vini optimo & ex retorta per multaCohobia tamdiu deſtillando vrge,donec pe-nitus cum ſp.Vini tranſierit: poſtea ſp.Vini in leni B.aufer, & relinquitur oleum ludi humani, cuius gutt.iij,vj.x.ad xij.exhibitæ in liquore conuenienti aliquoties, ſingulis diebus tantum ſemel, obſtru-ctiones tartareas totius corporis (in cerebro, lin-gua) nominatim vero Renū feliciter ſoluit, & tar-tarum expellit,valet etiam in tartaro confirmato.

Adiuuat obſtructionem Renum ſoluendam ex-terna inunctio ab vnguentis communioribus. It. valent Emplaſtra, inſeſſus, Cataplaſmata & ſi-milia.

Memorabile eſt in hoc caſu oleum Terebinthi-næ cum oniſcis viuis mixtum, & loco dolenti illi-tum. It.*Terpentin auff blavven Papier* loco Renum impoſita, *biſz er dürre vvird*, bonum.

Simile fit ex Oculis cancrorum eadem virtute, licet paulo inferiore) pollens.

Atque hoc modo omnes lapides per Alemb. in olea ſua redigi,& in vſus medicos conuerti poſ-ſunt.

Hoc ſpecificum(ex ludo)vnice valet ad obſtru-ctionem antiquam, & à calculo grandi cauſatam, quem inſenſibiliter & pene ſine omni dolore in mucilaginem quotidie cum vrina excernendam ſoluit, & paulatim abſumit. Huc refer ſalem

contra calculum apud Crollium.

Paracelſus ex calloſis iſtis glomis in cynoſbate naſcentibus (roſa canina) quos ille vocat ſimile (h. e. expulſio calculi mei) ad calculum expellendum, arcanum præparat, cuius tamen compoſitio nuſpiam extat. Ego ſic paraui: Ex copioſa quantitate ipſorum menſe Maio & Iunio collectorum & inciſorum, remotis vermiculis aut aliis inſectis in interioribus alias cauitatib. reperibilibus per fermentationem cum aqua & fermento communi ipſis putrefactis elicui ſpiritum & aquã per veſicam. Ex capite mortuo in cineres conuerſo extrahi Sal, quod purificatum cum ſpiritu coniunxi, & aliquandiu digerendo maceraui, tandẽ cum argilla miſcui, & igne nudo ſuper eiuſdem glomos in receptaculum maius ſpiritum vna cum ſale deſtillando prolicui, vt nempe totum Sal ſimul tranſiret: illa quæ in Recipiente erant, expreſſi & expreſſum per retortam igne arenæ in fine non vſquequaque forti, ne Empyreuma redoleret; deſtillaui in modum arcani, ſimili ratione ex vegetabilibus eliciendi. Eius giij vſque ad xij, in conuenientibus liquoribus exhibitæ, & ſæpius datæ, calculum inſenſibiliter expellunt. Alias ſi puluis iſtorum globulorum tantum maceretur in Vino & illud exhibeatur (in forma infuſi per colaturam) per aliquod tempus, idẽ facere experientia docuit, ſed remiſſius.

*Spiritus glomorũ Cynosbati.*

In obſtructione Renum à Calculo totali vel etiam, vbi vreteres (vt in Iſchuria & Nephiritide) & veſica à calculis in eam regionem detruſis omnino fuerint obſtructi, vt ne gutta quidem vrinæ prolabi poſſit, præſentiſſimum eſt, ſi Vrina hirci

recen-

recentiſſima ex viuente adhuc hirco, ( calide cochl. j.) cum veſica extracta potanda detur, & omentum cum inteſtinis ſtatim ventri, pubi, & peritonæo fuerit applicatum. Sic nimirum Calculus repente conſumitur ſine læſione vaſorum & patiens liberatur.

## EXVLCERATIO RENVM.

Exulcerationem Renum recentem curari poſſe tum Dogmatici, tum Hermetici profitentur.

Inueteratam incurabilem eſſe conclamatum eſt apud illos; ab his vero eandem ſanari poſſe experientia docuit, ſic referente Garzia ab Horto.

Indi in exulcerationibus Renum & Veſicæ aloen plantam probe tuſam & cum lacte mixtam propinant iis, talia patientibus, non ſine magno ſucceſſu (aliquot dies continuè) & ægrorum commodo: illico nimirum curari Garzias affirmat.

Practici ſolent aliquoties pilulas aloeticas in hoc caſu exhibere non ſine patientis commodo (ex aloe cum puluere lumbricorum terreſtrium & chalybe. præparato) per aliquot ſeptimanas.

Nonnulli Terebinthinam claram Venetam ʒj pondere cum vitello oui j. diſſolutam & poſtea in brodio gallinarum diſcuſſam exhibent ſæpius.

In aliquot exemplis obſeruatione deprehendi, Mercuriũ dulcem hîc multũ poſſe, ſi primum exhibeatur, (iuſta doſi aliquoties in ſeptimana, vt bis vel ter pro viribus ægrotantis) vt non tantum impuritates totius corporis, ſed inprimis Renum eluantur.

Huic ſi ſuccedit ſpiritus Mercurij dulcis, nulla exulceratio refragatur.

*Spiritus Mercurij dulcis.*

Spiritus Mercurij Dulcis eſt talis:

℞. Mercur. ſublim. Cryſtallini (non Mercur. dulcis) quantum placet, tere in puluerem impalpabilem, ſuperfunde in cucurbita non nimis alta opt. ſp. Vini abſtrahe per alembicum ex cineribus, reaffunde deſtillatum liquorem, ac denuo deſtilla, perge per cohobia tamdiu, donec tandem deſtillatum ſpir. Vini oleum quodammodo albicans videatur per alembicum tranſire, quod alio excipulo collige. Super caput mortuum reſiduum in cucurbita funde alium ſpir. Vini recentem, procede ſimili ratione vt antea, donec nempe omnia in oleum ſeu ſpiritum albicantem prodierint. Hic ſpiritus Mercur. exulcerationibus Renum & veſicæ mirabiliter operatur, ſi eius guttæ ij vel iij, quotidie ſemel atque iterum in aqua radicis nymphææ, Equiſeti, plantaginis, exhibeantur.

Conſolidationem tempeſtiue abſoluit conſeruæ roſarum part. ij. (ſimplex ſine admixtione ſp. vitrioli propter exulcerationem, cum ſemine hyperici part. j. mixta, quantitate auellanæ & in fine curæ per aliquot dies veſperi exhibita. Hoc modo etiam inueteratiſſimæ exulcerationes tolluntur feliciter.

## DOLOR NEPHRITICVS.

In doloribus Nephriticis ſiſtendis par eſt, v[t] cauſam remoueamus; quod ſi vero ea tam effica[x] & immanis fuerit, vt ceſſionem facere recuſe[t] ſæpius per obliquationem quandam viæ tentan[]dæ ſunt, & in ipſo paroxyſmo opera danda, vt do[]lor ſedetur, & calculus in viis, vreteribus, in ve[]ſicam deſcendat.

Itaque & emollientia & reſoluentia & dolo[]re[s]

rem mitigantia tam externa quam interna maximo cum fructu accerſanda ſunt, ac interdum induciæ faciendæ, (per anodyna) ne cruciatus nimis diuturni periculum creent. Hæc igitur relinquuntur ſagacitati ipſius Medici.

Cum plerumque Calculus impactus tantos cruciatus progignere ſoleat, operæ pretium eſt, vt reſoluentia calculum, ſi dolores non vrſerint, prius ſæpius adhibeantur, antequam nempe calculus loco ſuo motus & anguſtioribus meatibus intruſus eiuſmodi dolores creet. Non nimirum omnino tutum eſt, talia reſoluentia (emollientia ſemper præmittantur) propinare, niſi & certus fueris de vreterum mollificatione & amplitudine.

Quod ſi tamen extremo morbo extremum remedium adſciſcendũ fuerit, vtiq; ſuperiora ſpecifica locum hîc maxime habere poſſunt, præſertim illud, quod ab vrina hirci laudabile eſt.

Conuenientius in hoc affectu nihil eſt, quam ſi Mercurius dulcis ſemel atq; iterũ iuſta doſi exhibeatur; quinimo Nephriticus dolor raro infeſtare ſolet eos, qui pilulis iſtis Mercurialibus ſingulis menſibus vtuntur. Hac nimirum ratione ductus amplificantur & calculi deinceps ſponte excernuntur.

Quod ſi interim dum iſta fiunt, ſpecificum ludi humani vel lapidum Aſtacorum certa ſua quãtitate aſſumpta fuerint (quod nempe non tantum calculum Renum & veſicæ, ſed vniuerſi corporis tartarum exterminat) minus deinceps Nephritici dolores extimeſcendi fuerint.

Externe vnguentum roſatum Meſues &c.

## CALCVLVS RENVM.

In cura Calculi ab initio Clyſter iniiciendus leniens & flatus diſcutiens , ne ſcilicet flatus & excrementa in inteſtinis contenta renes comprimant & dolores augeant.

Flatus dico , quia calculoſi plerumque generant flatuum copiam propter ventriculi imbecillitatem.

Fortes autem clyſteres & diuretica , ſolaque ſolutiua ab initio deuitanda , quia humores agitant, qui agitati ad renes decumbunt & dolorem augent.

Diuretica vero ſeroſos humores ad renes dirigunt, vnde dolor quoque augetur.

Statim quoque regio renum inungatur oleo ſequenti:

℞. *Ol. ſcorpionum part.* j.
*Terebinthinæ part.* ß.

Superpoſito Emplaſtro , quod

℞. *Cerati infrigidantis Galeni* ℥ijß,
*vngu. roſati Camphorati* ℥ij,
*laudani opiati* ʒjß.

extendatur ſuper alutam , qua regio renum tegatur.

Intra Corpus aſſumat olei amygdalarum dulcium ℥ij, in iuſculo aliquo cum eſſentiæ Croci g. vj. vel Croci ipſius ℈ß, vt viæ laxentur.

His peractis ſi patiens Plethoricus fuerit , vena ſecari poteſt , ne ſanguinis multitudo ob dolorem & tenſionem in partem dolentem ruat ac dolorem augeat.

Offerri etiam poteſt doſis laudani opiati, imo ſi dolor ſit vehemens , ex eo fieri poteſt Emplaſtrum

renibus

renibus applicandum: detur etiam ſyrupus de mucilaginibus cum emulſione 4. ſem. frig. maiorum: hinc exhibeatur Bolus ex Caſſia recens extractus.

Et ſi dolor non remittat, fiat balneum in quo æger ſedeat vſque ad brachia:

℞. *Rad. maluæ,*
*althea an.* ℥ij.
*flor. Chamomillæ,*
*meliloti an. p iiij,*
*reſtæ bouis p* vj.
*ſem. fœniculi* ℥viij,
*lini* ℥iiij,
*bacc. Iuniperi M iiij.*

Coque in ſ.q. aquæ pro balneo, in quo commoretur per horam j. vel 2. Poſt 2. horas ſi non remittat dolor, parum ſe moueat ambulando per cubiculum, & iterum ingrediatur balneum, in eo ſedens aſſumat gvj. olei oculorum cancrorum (quod præparatur) ſequenti modo:

℞. *Puln. ocul. cancrorum* ℥v,
*olei tartari per deliquium facti* ℥vj.

miſta digerantur in B. vel fimo equino per 15. dies; poſtea coagula materiam in phiola in arenã locatam, tãdem pulueriſa; puluerem cũ ſp. vini extrahe in formam olei ſpiſſiſſimi abſtrahendo inde ſp. Vini redige: doſis à giiij ad vj. in aqua petroſelini vel ononidis cum ſyrupo de mucilaginibus ℥jß, aut ſi careas oleo iſto:

℞. *Oculor. cancrorum præparatorum,*
*trochiſcor. de Alkekengi o. t.*
*pulueriſatorum ana* ℈ß.

detur cum Syrupo dicto: poteſt etiam Cataplaſ-

matis loco applicare regioni Renum Naſturtium in lacte coctum.

Hinc ad ea, quæ proprietate quadam Calculum pellunt, accedendum, quæ omnia dolore prius præſente in balneo afferenda, in quo æger, vt dictum, commoretur, præmiſſa tamen, ſi inducias patiatur dolor, purgatione leni, quæ fit apozemate aut ſyrupo aliquo.

*℞. Fol. ſenn. Alexandr. ſ.ſ. ℥j,*
*fruct. alkekengi ʒß,*
*Rhabarbari electi,*
*trochiſc. de agarico an. ʒj,*
*nuc. moſchatæ ʒß.*

Decoque in ſ.q. aq. comm. ad ℥vj. colaturæ adde ſyr. de 5. radicibus.

*de Cichorio cum Rhabarbaro an. ℥jß.*

F. Apozema pro 2. doſibus.

Medicamenta, quæ proprietate quadam contra hunc morbum faciunt, ſunt:

1. Aqua Antinephritica:

*℞. Rad. reſtæ bouis ℔j.*

minutim conciſæ macerentur in vini generoſi ℔ij per 3. dies. Deinde exprimantur & colentur. In colatura macerentur:

*Rad. petroſelini,*
*eryngij,*
*parietariæ,*
*herb. herniariæ,*
*ſaxifragiæ cum toto an. ℥iiij,*
*fruct. alkekengi,*
*gran. juniperi conquaſſat. an. ℥iij,*
*ſem. fœniculi,*
*vrticæ,*

*melo*

*melonum,*

*milij ſolis ana* ℥ij.

Omnia inciſa in dicta Colatura macerentur per 4. dies, fortiterque exprimantur, expreſſo adde ſucci portulac. ℔ij. deſtillentur per Alembicum. Doſis Cochl.ij, tum præſeruationis tum curationis ratione.

2. Commendatur ſequens, quam aq. Fuckerorum aliqui nominant: *Aqua Antinephritica Fuckerorum.*

℞. *Rad.liquiritiæ* ℥ij,

*petroſelini,*

*ononidis,*

*pimpinellæ ana* ℥jß,

*enulæ* ℥j.

*raſuræ ligni ſaſſafras* ℥ij.

*fol.hederæ terreſtris M.iij.*

*ſem.fœniculi,*

*vrticæ an.*℥vj,

*ſucci hederæ terreſtris* ℥v.

præmiſſa per 3. dies infuſione deſtilla, aqua ſeruetur, cui ſyr.de Caryophyllis vel de Canella pro cõdimento admiſceri poteſt; doſis vt præcedentis. Huc ſpectat oculor. cancrorum oleum ſupra deſcriptum.

Vt autem reliquiæ & mucus in renibus & veſica exiſtens expurgetur, & dictæ partes corroborentur, nodulum ſequentem in vino maceret, & ſingulis diebus matutinis hauſtum, nodulo tamen expreſſo, aſſumat.

Nodulus ſit talis:

℞. *Ligni ſaſſafras,*

*nephritici an.*℈jß.

*rad.polypodij,*

*petroſelini an. ℥ij,*
*reſtæ bouis,*
*pimpinellæ,*
*ſanguiſorbæ an. ℥ijß,*
*aſparagi,*
*iridis noſtr. an. ℈ij,*
*florentinæ ʒß,*
*turbith albiſſimi ℈ij.*
*herb. roriſmarini,*
*fragariæ,*
*ſaxifragiæ,*
*pimpinellæ an. M ß.*
*flor. roſarum,*
*borraginis p j.*
*ſem. aniſi,*
*fœniculi,*
*ſileris montani an. ʒß.*
*fruct. alkekengi N° vj,*
*Cinamomi electi ℥ß,*
*macis ℈ij.*

Contuſa ligentur in ſyndone rubro. F. nodulus in ℔jß Vini per 3. dies macerandus.

Alternis quoque diebus capiat ʒjß terebinthinę lotę in aqua Halicacabi & interdum cum Syrupo ſequente aut etiam in vino calido cum ſp. ri. us Terebinthinæ ℈ß. It. ad libitum tempore matutino in vſu habeat Morſulos Imperatorios; quibus ol. nuc. moſchatæ deſtillat. inſtillet gutt. j. ad iij.

*Syrupus fiat ex ſyr. de 2. radicibus ℥ iij. lupulo ℥ij,*
*aq. petroſelini,*
*halicacabi an. ℥jß.*

Capiat cochl. j. vel ij. cum ſpiritus Terebinthinæ ℈ß.

Si

Si à potione (dicti iam noduli) aluus non ſit libera, aliquo ex ſuperius dictis ſyrupis, aut alio ad placitum purgante leniter purgetur.

Si lignum Nephriticum verum haberi poſſit, maceretur ℥ß in vino per 7. dies, vinumque bibatur mane: ab eo aſſumto, ſe exerceat æger. *Ligni Nephritici vis.*

Ad miraculum ſi repetatur, renum calculoſam diſpoſitionem emendat, eos confortando & materiam lapidis ſine moleſtia educendo.

Celebre Nephriticum paratur ex capitulis illis calloſis in fructibus Cynoſbatæ ſiue roſæ caninæ innaſci ſolitis, Germanis *Schlaffopffel.* Capitella illa per medium diſſecta calloſa ſunt, ac in centro eorum plerumque reperiuntur vermiculi viui. Præparatio fit ex exſiccatis & pulueriſatis, exemptis tamen vermibus, in modum extracti cum ſpiritu vini, prӕparatur. Vide prolixius notas meas ad Crollium.

## VESICÆ AFFECTVS.

### *CALCVLVS VESICÆ.*

Lithontripticon famoſum ex mille pedibus deſcribitur in notis ad Crollium: quo reſolui calculum oui magnitudinem excedentem.

Methodum medendi calculo tradit Mercatus Tom. 3.l.4.c. 10. Præter iſta omnia maxime vtile eſt, vt quolibet anno expurget humores crudos cum caſſia & Terebinthina.

Poſt purgationem venæ ſectio, & poſt Vrinæ procurationem Euacuatio etiam ſingulis menſibus poteſt inſtitui.

Huius (ſupra dicti) ſpecifici adminiſtratio eſt talis: 1. Purgetur patiens calculũ Veſicæ purgante conueniente. Præſtat in hoc caſu ſpecificum pur-

gans Paracelſi, acres purgationes reliquæ hic minus locum habere poſſunt.

2. ℞. pulu. Oniſcorum à ʒß ad ℈iiij, ſp. Vini, à ʒj ad ℥ß (bilioſis medetur tantum ſp. Vini) iuris Cicerum rubeorum ℥j. M. Hanc mixturam exhibe totam, deinceps ſingulis diebus patienti manè ieiuno ventriculo, quinque nẽpe horis ante paſtum: ita tamen vt ſemper ante ſumptionem ſpecifici Enema molliens & lene ſine acrimonia purgantium capiat (niſi nimirum aluus libera) vſum huius ſpecifici excipit febris, ac deinceps per totius curæ curſum vtatur diæta conuenienti & molli, ne vſpiam aluus obſtruatur, (ab initio ne detur vinum ante diem 16.)

*Nota:*

Poſt aſſumptum ſpecificum ſequitur Calor fere totius Corporis præter naturam. It. ſitis moleſta & dolores circa pubem ſentiuntur.

Medicamentum hoc lapidem Veſicæ vi quadam inuadere ſolet: quapropter omnia calida diligenter euitentur, & nonnunquam lapidis prunelle aliquid in aqua fragorũ aut fl. fabarum. It. Iulapiũ ex iſtis aquis cum ſyrupo violaceo & guttis iij vel iiij ſp. Vitrioli exhibeatur.

Diebus primis Vrina imprimis progreditur admodum craſſa & exigua, ſequentibus v. diebus vtpote 9. 10. 11. &c. copioſius, calor remittit, dolores ſiſtuntur, & vniuerſa ſubſtantia calculi comminuta in minimas partes progreditur. Vrina nimirum toto curſu curæ collecta, ſi ebulliendo exſiccetur, tandem prodit quantitatem calculi, denuo in lapidem conuertibilem, ſi cum ſolution

Tra

Tragacanthi vel Ichthyocollæ conformetur.

NB. Interdum in hac cura opus eſt, vt aliquando dies vnus atque alter vacuus ſit ab hac medicina, & quieſcat patiens propter vires colligendas, idque in tenerioribus locum habere poteſt.

Hoc tamen hic obſeruandum, vt medicamenta interdum per Catheteré in veſicam mittantur, ægerque ſtatim in B. locetur, inungatur poſt Balneum calide pecten & perinæum ol. ſcorpionum, amygdalarum amararum, axungia cuniculi & gallinarum an. ℥iß, ſucci parietariæ. ℨij.

Lapis Veſicæ ſi confirmatus iam ſit, & ad aliquam magnitudinem iam peruenit, vix alia ratione curari poteſt, quam ſectione.

Poterit tamen tractari ſupra dictis, præſertim in mulieribus, in quibus via latior & recta.

## INFLAMMATIO Veſicæ.

In inflammatione Veſicæ valent eadem, quæ in inflammatione Renum (cum Sale gemmæ, miſce aliquid Salis nitri in Clyſtere in inflammatione Veſicæ & ani.

## ABSCESSVS VESICÆ.

Ab Abſceſſu pauci euadunt.

## EXVLCERATIO Veſicæ.

De Exulcerat. Veſicæ, vt & Renum, vide Platerum pag. 86. part. 3. curat.

Huc etiam commode referuntur, quæ de exulceratione Renum dicta ſunt, ſpirit. Mercur. dulcis, quo nihil præſentius mundificat & conſolidat.

Exulcerationes ductus penis curat ſpiritus Mercur. dulcis per ſiphunculum iniectus. Vide Pareum & Fabricium.

Pro mundificatione (mundificantia ſemper precedant conſolidantia) adhibeatur Vinum.

Pro conſolidatione ℞. ſtercoris Gallinæ lutei q. pl. in butyro recente, vel oleo oliuarum aſſatum, injiciatur in frigidam, ſordibus fundum petentibus ſupernatat liquor oleiformis per ſiphunculum in ductum penis injiciendus.

## PRIAPISMVS.

In Priapiſmo præſentiſſimum eſt oleum Rutæ deſtillatum inunctum & intro ſumptum guttulis aliquot.

## EXTINCTA VIRILITAS VEL imbecillis.

Extinctam Virilitatem vel ſaltem imbecillem reſtituit 1. Eſſentia ſatyrionis apud Crollium, cuius mirabiles virtutes ij deprędicant, qui egentes eiuſmodi Confortatiuis aliquando vſi ſunt.

2. Paracelſo tribuitur ſequens.

℞. *Caſtorei,*
*galangæ,*
*macis,*
*Caryophyllorum,*
*aniſi,*
*piperis longi,*
*borracis Venetæ an.* ℨij,
*fol. ſatureiæ,*
*rad. ſatyrionis,*
*valerianæ an.* ℨj,
*boleti ceruini* ℨjß,
*Carnis ſcincorum marinorum,*

*rad. aro-*

*rad. aronis,*

*Cardamom. an.* ʒß.

M. & redige in puluerem, quem cum ſaccharo in aqua roriſmarini ſolutum, M. & F. Tabulæ. Doſ. à ℈iij ad ʒvj. Fortius operatur, ſi aliquoties in Laconico vmbilicus & partes vicinę inungantur cum ol. maceris deſtillato. Mirabile nimirum eſt confortatiuum oleum maceris.

3. Valet Eſſentia Ambræ cum ſp. roſarum extracta & pilularum forma exhibita. Hoc vero in ſenibus præcipue operatur. Doſ. g̃ iij. iiij. v.

4. Confectionis Alkermes ʒß,

*Ambræ griſeæ* ℈ij,

*Zibethi non ſophiſticati* ℈j,

*aq. magnanimitatis* ℈ij.

M. recondantur diligenter (ne euaporet) huius miſturæ à ℈ß ad ℈j, exhibe alternis veſperis cum aqua Cinamomi.

5. Pudenda (cuiuſque ſexus) decocto aquilegiæ ſimplicis diligenter lauentur & dente demortui pulueriſato ſuper carbones fumigentur: In ſterilitate per incantationem facta hoc valet. Vide etiam infra de ſterilitate, & de impotentia.

## GONORRHOEA.

In Gonorrhœa commendatur puluis ſequens:

℞. *fol. menthæ,*

*nummiæ,*

*Corallorum rubrorum,*

*Agni Caſti,*

*Carabes an.* ʒj.

M. & F. puluis de quo accipiat æger aliquid mane ieiuno ventriculo cum ouo tremulo.

Vehementius ſiſtit profluuium ſeminis pulueris

oſſis ſepiæ ℈j.cum conſerue roſarum ʒij,bis vel ter ſumptus.

Excellentiſſimum eſt magiſterium eiuſdem cum conſerua roſarum antiqua à gr.vj ad ℈ß, ſumtum.

Gonorrhœam tam inueteratam quam recentem, itemque malignam ſiſtit antimonium album fixum aliquoties cum aq. plantaginis ſumptum.

Tinctura Corallorum mirabiliter prodeſt.

## GONORRHOEA Virulenta.

De Gonorrhœa virulenta tractabimus infra de Lue Venerea,vbi imprimis de ſpiritu Mercurij rubro erit dicendum.

Euenit ſæpe vt Gonorrhœa virulenta ſine aliquo teſtimonio infectionis ſe prodat.h.e. vt nullæ aliæ corporis partes extrinſecus videantur affectæ: ſed habitus integer & ſine aliqua notabili indicatione hoc malum occultet.

Concubitus itaque ſolus cum ſcortis publicis hanc ipſam infectionem ſuſpicione contagij auget.Itaque licet hac ratione Medici ſæpe falli poſſunt, confeſſio tamen ſpontanea vel extorta ipſius patientis hic litem dirimere poteſt.

In hoc itaque caſu, vbi infectionis nulla ſunt ſigna externa (h.e.totius luis Ven.)ſi vniuerſali cura haud procedendum fuerit,huius alexipharmacum petendum eſt ex gũmate Guaiaci,cuius Extractum cum ſpir.Vini Tartariſato factum doſ.gr.iij vel iiij in aq.plantaginis,nymphęæ,Equiſeti ſæpius exhibitum iuuat. Vide Practicos,

Interdum in Gonorrhœa virulenta inflammantur teſtes cum maximo tumore. In eo caſu præſentiſſimum eſt Cataplaſma ex foliis rutæ & Ebu

Ebuli acet. coctum & applicatum.

## VLCERA PENIS.

In vlceribus penis ratio eadem curandi, quæ Veſicæ exulceratæ.

## CARVNCVLA PENIS.

De Caruncula Vide Paræum. In hoc caſu laudabilis eſt puluis ſequens:

℞. *Mercur. dulcis* ℥ß.
*Antimon. Crudi* ℥j,
*tutiæ præparatæ* ʒij.

M. F. puluis ſubtiliſſimus. Vſus huius pulueris eſt cum candelis cereis (*das gelbichte VVachs iſt daſz beſte*) Ex cera virginea factis, 6. vel 4. lineis filis cera obductis. Ceræ vero præparatæ tenuiſſimis obuoluendæ ſunt faſciis ex lineo panno (*Cammertuch*) ne nempe fractæ candelæ relinquant ceram & vt commodius recipiant Vnguentum. Puluis itaque ille prius cum oleo amygdalarum diſtemperatus ſit, eoque ſuperiori parte illinatur candela cerea, & immittatur in ductum penis, eo vſque vbi caruncula viget. Si volet mingere æger, dematur & poſt mixtionem noua indatur, idque fiat integro quatriduo. Poſtea immittatur per ſiphunculum iniectio ſequens:

℞. *ſeri lactis caprini* ℥vj,
*aq. plantaginis & roſarum an.* ℥iij,
*Ceruſſæ* ʒvj,
*marmoris candidiſſimi,*
*ſpodij pulueriſati,*
*Cryſtalli,*
*aluminis rochæ an.* ʒß,
*Camphoræ* ℈ß.

pulueriſata omnia ebulliant cum ſero lactis & ſeruentur ad vſum.

## DIABETES.

Diabetis ſpecificum poſitum eſt in Marte; Eſſentia Croci Martis à Crollio deſcripta multum hic prodeſt. Felicius operatur Tinctura Smaragdi, de qua ſupra in Dyſenteria.

Cæterum Mars non tantum intrinſecus, ſed etiam foris prodeſt (purgantia hic non commoda neque diaphoretica.) Itaq; Balneum ex aqua ferrariorum præparatũ & fomẽtatio ex aqua plantaginis cum aqua chalybeata decocta & regionib. renum ac veſicæ à ſingulis balneis quotidie bis vel ter adhibita profluuium vrinæ Diabeticum multum iuuant.

Diæta porro ex cibis ſiccantibus & ſemper cum aqua chalybeata coctis, vnice laudatur.

Potus ne nimium ingeratur, prouidendum eſt: ad ſitim tantũ explendam ſufficit aqua Chalybeata vel decoctum CC. vſti (vehementius, ſic nimirũ calide adſtringit, nec ſudores niſi forte pauciſſimi erumpunt) aut aqua plantaginis, tamen nec ſola, nec ſemper, ſed cum aliis miſcenda fuerit.

Tinctura Corallorum. It. Sal Corallorum mirabiles in Diabetis habent poteſtates.

## VRINÆ INCONTINENTIA.

Incontinentia vrinæ à Paralyſi, curatur per ea, quibus alioquin paralyſes particulares curantur, reſtitutis nempe tum principio neruorum, tum neruis è lumbis in muſculos ceruicis veſicæ deriuatis, de quibus in ſuperioribus egimus.

Pueri itemque adultiores ſeſe in ſomno permeien-

meientes; vbi nempe laxitas & mollities eſt ſphin-
cteris, curantur diæta adſtringente.

Specifica ſunt: guttur galli crematum & in vino ſtyptico exhibitum (repetita doſ.) It. veſica Capræ (hac multos curaui, eſtque gutture galli fermè præſtantior) in Clibano exſiccata & pulueriſata pondere ℨj, in Vino Styptico exhibita, ac ſæpius repetita doſi.

It. Piſcis in ventre Lucij inuentus, & in Clibano exſiccatus ac eadem doſi ſæpius exhibitus ſpecifica proprietate ἐνούρησιν puerorum tollit.

His opitulantur etiam externa balnea & inunctiones ex adſtringentibus parata.

Balneum poteſt eſſe tale:

*℞. balauſtiarum cort. granatorum, gallarum,*
*gran. myrti,*
*hypociſtid.*
*acaciæ an. Mj.*
*ſpody ℨiij,*
*roſar. rubrarum,*
*Coriand. præparat. an. Mß.*
*capitis mortui ex Vitriol.* ℔ß.

Ebulliant in ſ.q. aquæ ferrariorum vſque ad conſumptionem tertiæ partis: balneet bis quotidie manè & veſperi.

Vnguentum poteſt eſſe tale vel ſimile:

*℞. ol. myrtini,*
*Cydoniorum,*
*roſarum an. ℨj.*
*pulu. ſantali rub. & albi an. ℨj.*
*ſucci ſemper viui maioris,*
*plantaginis an. ℥ß.*

pulueriſata cum exigua quantitate Ceræ coniun-

gantur cum reliquis ; & F. Vnguentum à balneō inungendum regionibus hepatis & renum.

Diuretica in initio ne exhibeantur.

## ISCHVRIA.

In Iſchuria compendioſius curanda ( ab initio Diuretica ne exhibeantur) nec nimis properè, nec nimis lentè vrinæ prouocatio inſtituenda eſt. Externa ergo ab inſeſſibus & fomentationibus præmittenda.

Inſeſſiones( aluo tamen ſemper libera vel ſponte ſua vel clyſteribus emollientibus prouocata) ſint è mollificantibus, qualia ſunt malua, parietaria, melilotus.

Fomentationes ſunt decoctum parietariæ vel galij in vino : præſtat decoctum cepatum in Vino extrinſecus ad peritonæum & regionem veſicæ ſæpius applicatum calide: hoc modo ſuppreſſio vrinæ ſoluitur.

Quod ſi vero nec hoc modo aliquid profeceris, etiam interna accerſenda ſunt. Sic nuclei perſicorum 4. vel 5. puluериſati & in aqua radicis vrticæ vel raphani exhibiti vrinam prouocant. Sal radicis lupinorum à ℈ß ad ℈j cum vino albo exhibitum potenter prouocat. It. ſuccus vnius Cancri fluuiatilis piſtati & per ſetaceum miſſi cum Vino albo propinatus vrinam ſubito prouocat. Succi item limonum ℥ij , & ſacchari Candi ℥iiij vel cum aqua parietariæ & fœniculi ana q. ſ. pro potu identidem datæ vrinam cient.

Si omnia deſperata fuerint, Vrina hirci calide epota cum toto omento & inteſtinis ad ventrem applicato ſubito vrinam retétam propellit & calculū ſimul, ſi ille obſtructiones facit, foras mittit.

STRAN

## STRANGVRIA.

Stranguriam facile tollit Axungia hirci in vmbilicum immiſſa: ſubito eam ſoluit oleum maſtichis guttis aliquot in vmbilicum calide intromiſſis (à laudano hic abſtine.) Sal glandium. It. ſtipitum fabarum & melonum mirabiliter ſtranguriam ſoluunt, doſis ℈ß, olei Ceræ gutt. iij vel iiij, in decocto cicerum rubrorum exhibitæ ſtranguriam ſoluunt.

## VRINÆ ARDOR.

Vrinæ ardor in principio fit à ſola caliditate vrinæ ob bilem cum ea permiſtam. Quare ei ſtatim occurrendum: abſtinendum principio ab omnibus acidis & acribus ac diureticis: Purgetur itaque ſtatim Extracto Rhabarbari, aut Panchymagogo aut alio Cholagogo: Corpore purgato exhibeatur ſequens mucilago per biduum:

℞. *ſem. althea,*
*maluæ,*
*Cydoniorum an.* ℥j,
*gum. Tragacanthi* ʒj.

Macerentur in decocto radicis altheæ, ſeminis papaueris albi, Halicacabi. F. Mucilago, de qua capiat partem mediam cum ℥iij decocti. Hinc exhibeatur ℥j vel ʒvj, Caſſiæ extractæ cũ ſaccharo in bolum formatæ, additis (ſi lubet) baccis Oxyacanthe, diapruni ʒij. poſt meridiem bibat emulſionem ſeminum 4. frigidorum cum aqua oxalydis aut nympheæ factam, mane aut ſequente die degluiat Terebinthinam in oblata ad ʒjß, à meridie iterum bibat emulſionem, hinc iterum purgetur ſequente bolo:

℞. *Caſſiæ recenter extractæ* ʒvj,

*Terebinthinæ in aq.parietariæ lotæ ℥ij.*
Cum ſacch. F.Bolus, cui addi poſſunt, ſpec. Diaturbith cum Rhabarbaro, aut tantum pulueris Rhabarbari. Hinc fiat Iulapium.

*℞. aquæ portulacæ,*
*oxalydis,*
*nymphæa an.℥iiij,*
*Cichorij ℥v,*
*ſyr.violarum ℥ijß,*
*ſpir.Vitrioli ℈ß.*

Sumat per 12.dies mane ieiunus, & 3.horas à prandio aut ſaltem aſſumat ſpir.Vitrioli in aqua fontana ſingulis vicibus gutt. v. Iterum purgetur Caſſia & Terebinthina. Si tamen malum diuturnum ſit, oportet nonnunquam purgare cum Rhabarbaro in ſubſtantia additis Myrobalanis citrinis: verbi gratia,

*℞. Mirobal.Citrin.℥ij.*
macerentur in decocto paſſularum in aqua Cichorij deſtillata,
*ſaluiæ,*
& oxalydis facto horis 12. dein exprime adiect. Rhabarbari pulueriſati ʒjß, ſyr.roſ.ſol.℥j.F.Potio.

Ne adſtringatur aluus opera diligenter danda quod ſi fiat, Clyſteribus vtere emollientibus & refrigerantibus cum Electuarij Catholici ℥j, ol.violarum ℥iij.

Poſſunt etiam, ſi calor hepatis adſit exterius adhiberi Epithema & ſacculus, Vnguenta & ſequens decoctum: ℞.raſuræ Guaiac.℥ij. Coq.in ign. ſimplicis ſ.q.ad ℥vj.præmiſſa infuſione. Colaturę adde Trochiſcor. alkekengi ſubtiliſſ. pulueriſat.ʒß, capiat matutinis tribus, poſt meridiem vtatur ſp.Vitric

triòli, vt dictum: Si dolor Veſicæ vrgeat, lac tepidum per Catheterem infundatur aut mucilago ſeminis pſyllij cum aq. portulacæ & plantaginis an. ℥ij facta. Pudendo quoque in vas lacte tepido plenum immiſſo ardor & dolor magnus mitigabitur, vt &, ſi applicetur cataplaſma ex parietaria & oleo ſcorpionum paratum, perinæum & venter inferior inungantur oleo nymphææ & roſarum, perſeuerante dolore, fiat Cataplaſma ex decocto maluæ, altheæ, meliloti.

Poteſt quoque interdum offerri ſpiritus Terebinthinæ, ſed rarius, ne caliditate ſua noceat, aut quod melius, fiant pilulæ ex puluere Rhabarbari cum ſp. Terebinthinæ ſ. q. de quibus ſumat ʒß pro doſi.

## CRVENTA MICTIO.

Mictionem cruentam à venulis vel in renibus vel orificio Veſicæ ruptis & exeſis productam curant illa, quę alias hæmorrhagiis internis deſtinata ſunt; de quibus egimus ſupra.

Specificum in hoc caſu, præſertim ſi cruenta mictio eſt à calculo, eſt arcanum agrimoniæ & quinquefolij giiij, v. viij &c. His maxime adiungenda ſunt illa, quæ ſi exulcerationes partium ſimul vigent; de exulcerationum curis hactenus dicta ſunt, præſertim ſi tabulæ à Platero in iſtis caſibus laudatæ in ſubſidum veniant.

Interdum ipſa Chirurgia aliquid opis confert, quæ tamen ita moderanda, ne plus obſit, quam proſit.

In mictione porro cruenta, manifeſta cauſa præcedente (pręſertim in fœminis, quibus hic affe-

ctus familiaris) Tinctura Corallor. vnice prodeſt: qua etiam inueteratiſſimæ tandem curatæ ſunt. Tinctura Smaragdi hic etiam multum prodeſt.

## CAPILLAMENTORVM Excretio.

In Capillamentis Vrinarum excretis, vt vitium tollatur & renes purgentur, ſpir. Terebinthinæ recens facti g iiij. v. viij. in aqua vel ſyrupo de althea aliquando exhibitæ optime ſanant.

## SCROTI ET TESTIVM morbi.

### *INFLAMMATIO SCROTI & Teſtium.*

Inflammationem Scroti & Teſtium tollunt ea, quæ aliis inflammationibus inſeruiunt.

1. Peculiare eſt decoctum agrimoniæ cum Vino & acet. loco dolenti ſæpius in forma cataplaſmatis adhibitum. It. radix cucumeris aſinini in acet. & Vino cocta.

2. Herba Paridis viridis contuſa & applicata ſubito ſiſtit.

3. ℞. Nymphææ, naſturtij aquatici an. Mij. Coque in acet. roſaceo cum Vino, in fine adde aliquid olei roſacei & applicetur tepidiuſcule.

Huc pertinet illud Cataplaſma, de quo paulo ante monuimus in Gonorrhœa Virulenta.

## TVMOR SCROTI.

Similiter hæc (iam dicta) omnia tumores ſcroti diſcutiunt & feliciter curant, modo omnia tempeſtiue fiant.

Aluus ſit aperta & perpetuo libera; ſi febris adeſt, eidem proſpiciatur. Diæta ſit tenuis, refrigerans, humectans, abſtineat à vino.

Tumo-

Tumorem inueteratum, prædurum ex male curata inflammatione ſæpe ſuſtuli cum Cataplaſmate radicis lactucæ ex mulſo coctę, cui interdum adieci farinam hordei, fœnugræci, lini, &c. ſæpe etiam cepas fruſtulatim inciſas decoctis addidi (hoc modo curaui Timplerum Philoſophū.) Poſt ſepius iteratum hoc decoctum, locum affectum illiniui Balſamo Sulphuris, & tandem Emplaſtrum Diaſulphuris per aliquot dies ſuperaddidi.

Quod ſi de tumore aliquid reſiduum fuerit, hac iterata cura & continuata, tandem omnis tumor euanuit.

## BVBONOCELE, ENTEROCELE & Epiplocele.

In Bubonocele, Enterocele & Epiplocele valet Balſamus Salis gemmæ, arcanum ſummum in rupturis, qui hoc modo fit: ℞. Salis gemmæ ℔ij, fluat in igne (in tigillo) & poſtea ſoluatur in aqua pluuiali deſtillata, filtretur & viciſſim coaguletur. Has operationes liquefactionis, ſolutionis, filtrationis & coagulationis tantiſper repete, donec Sal gemmæ ad ſummam ſubtilitatem fuerit perductum, quod inde cognoſcitur, quando eius particula ad candelam admota ſtatim liqueſcit. Serua in vitro bene clauſo: Cura ſic fit: *Balſamus Salis Gemmæ.*

1. Repoſitis, ſi opus eſt (vt in Enterocele & Epiplocele) partibus prominentibus, locus affectus lauetur cum acet. deſtillato acerrimo, vel cum ſpiritu Vini quotidie bis. Poſt fomentationes ſtatim inungatur locus cum arcano Salis gemmæ.

2. Ad intra exhibe ſingulis diebus mane ieiuno ventriculo Eſſentiam conſolidæ maioris cochl. j. cum gutt. ij. Balſami Salis gemmæ.

Ligaturam adhibebis ab initio decentem, aut imperabis patienti, vt primis diebus 8. quieſcat omnino in lecto ſupra dorſum (intra 14. dies conualeſcet æger, aut ad ſummum 3. ſeptimanis.)

*Nota.*

Si in rupturis inteſtina & reliqua prominentia difficulter reponi poſſint, etiamſi emollientia per inſeſſiones & fomentationes fuerint adhibita, vt felicius abſoluatur cura, cæteris non neglectis ſic procede:

Poſt adhibitas fomentationes quotidianas patienti exhibe per 3. vel 4. dies cor Talpæ exſiccatum & pulueriſatum (quotidie cor vnum) menſe Maio collectum cum aqua Cinamomi, & felicem videbis operationem.

Aliud: ℞. molliuſculam ſubſtantiam de fungis Nucum menſe ſeptembri collectis (fungi ſi iuſto tempore collecti multos annos durant) eamque in puluerem tenuiſſimum redige: puluerem miſce cum ana butyri maialis inſalſi & media quantitate farinæ lupinorum, vt fiat Vnguentum (fungi nucis habent ſignaturam rupturæ; reperiuntur fungi illi in antiquis arboribus nucum.)

*Nota.*

Si poſſet haberi axungia Erinacei, hoc nihil felicius eſt (in defectu vtriuſque preſtat balſamus Sulphur.) Fiat primo repoſitio inteſtinorũ, ſi opus eſt: poſtea formetur ligatura decens, ſupra tuberculum ligaturæ applicetur membranula, quæ circumdat omentum porci, ita vt membranula illa tan-

tum

tum iſtud tuberculum, quo præciſe locus foraminatus alias in applicatione tangitur, contegatur. Locus ille calloſus cum membranula tectus deſuper inungatur quotidie vnguenti particula in quātitate 3. piſorum, & applicetur dextre ligatura.

Intrinſecus ſi velis iſtam curam abſoluere, quotidie vel alternis diebus mane propina farinæ viciorum Cochl. ß, cum aqua fumariæ, & cura citius abſoluetur. Interim patiens ambulet, & faciat quicquid velit, modo exercitia corporis ab omni violentia abſint.

## EXOMPHALOS.

Exomphalos ſæpius in pueris, rarius in adultis eueniens facile curatur, ſi primum locus foueatur cum decocto vſneæ, prunellæ in Vino ſtyptico rubeo: poſtea Cataplaſma ex plantagine & lentibus ſeu potius earum farina aliquoties applicetur.

Si ruptura eſt vetus & in adultis poſt eiuſmodi fomentationes, ſi vnguentum ex fungis nucum cum decenti ligatura forinſecus, & Eſſentia conſolidæ maioris cum arcano Salis gemmæ intrinſecus adhibitum fuerit, perfecte ſanatur.

## VTERI AFFECTVS.

### *INFLAMMATIO VTERI.*

Inflammationem vteri innata quadam proprietate ſiſtit decoctum ſerpilli cum aqua chalybeata paratum & forinſecus vel ſaltem fomentis cum ſpongiis applicatum. Eadem aliisquoque ad inflammationes externas facientibus, tollitur, modo omnia tempeſtiue fiant, ſecus facile in abſceſſum & vlcus tandem deſinit.

### ABSCESSVS VTERI.

Ad Abſceſſum Vteri repetantur ea, quæ hacte-

nus ſæpius de abſceſſibus dicta ſunt.

## APOSTEMA ET VLCVS Vteri.

In Apoſtemate & Vlcere Vteri ſordido eleganter curando ( mora hic periculoſa ) vide curationem vltimam Centuriæ 4. Rulandi, quam ſimilem pene curam abſolui aliquando in quadam mulierẽ Kirchamenſi, in qua tamen veſica afficiebatur.

*Nota:*

Exulcerationem Vteri nuſpiam ad exulcerationis Renum & Veſicæ modum cum Mercur. nempe dulci vel ſp. Mercur. dulci curari. Eius nimirum effectus ad vterum non pertingit, quemadmodum facit in exulcerationibus renum & veſicæ.

Itaque hic caute procedendum, & ea tantum adhibenda, quæ ad orificium vteri forinſecus pertingere poſſunt, mundificato (per aquam) primo vlcere, ſi turundæ vel peſſi cum balſamo tartari illiti, intromiſſi fuerint, & reliqua quoque dextre fiant, facilis conſolidatio ſubſequitur.

## NOMÆ VTERI.

In Nomis Vteri nihil præſtantius decocto ſummitatum rubi idæi cum aqua plantaginis. Vide obſeruationes Plateri : cum Balſamo Sulphur. cura felicior erit.

## SCIRRHVS VTERI.

Scirrhus Vteri rariſſimus eſt, aut ſi aliquando vſu venit, difficilime aut nunquam curatur.

Reſoluentia nimirum medicamenta tuto applicari non poſſunt, aut ſi applicantur, per totam tamen regionem vteri non pertingunt: poſſunt quidem nonnulla fieri, ſed qua felicitate & profectu, tandem res ipſa eloquitur.

## MOLÆ EXTERMINATIO ET fœtus expulſio.

In mola exterminanda,(It. expellendo fœtu)ſecretum non datur felicius,quam puluis ſecundinarum,de quo ſupra : de philtris doſes ſunt vniuſmodi (NB. puluis hic datur per ſe ſine theriaca) ſæpius tamen ſunt repetendæ, ſi ab initio non proceſſerit,exhibetur in aqua gentianæ,artemiſiæ,rubiæ tinctorum,radicis vrticæ,pulegij,&c.quandoque in vino præſertim Maluatico.

Semper tamen memineris, aliquid eſſe addendum de aqua Cinamomi.

Hanc curam in multis fœminis generoſis abſolui, vbi multi eruditi Medici deſperarunt.

## VENTVS VTERI.

Ventoſitati Vteri ab allatis ex Fernelio ſignis recte dijudicatis, mirabiliter prodeſt Experimentum,quod eſt à Nuce Moſchata. ♃. Nucem Moſchatam integram,non vitioſam, ſeca in 4. partes, applica ad orificium Vteri tritorium vel infundibulum qualecunque aut per retortam vitream capitetenus detruncatam,& collo recta ad ceruicem vteri applicato & directo, imo quantum fieri poteſt, intromiſſo, mulierem ita colloca, ac ſi in ſella partui accommodaretur,diuaricatis nempe femoribus & inſtrumento recte applicato particulam nucis ſuper carbones projice ardentes, vt fumus recta per canalem in ipſum vteri fundum quodammodo ferri poſſit. Id ſemel atque iterum, imo tertia vice experire, ſi non proceſſerit ab initio, & tandem ventus intercluſus cum bombo & motu totius corporis penitus cum impetu proſilit & mulier ſanatur.(hoc modo) Bennæ

mulierem iuuenem curaui, aliis omnia fruſtra tentantibus.

## HYDROPS MATRICIS.

Matricis Hydrops purgantibus aquam difficulter cedit, niſi vbi vitiũ eſt à Iecore & ſplene, imprimis autem pilul. antimoniales (per ſuperiora hæ non purgant) Emeticæ hic locum habent; etiam in Aſcite.

Ab iis ergo poteſt initium curæ fieri: ſi præſertim quoque vitiatorum viſcerum ſigna in promptu fuerint. Quod ſi vero cauſa eſt à ſtillicidio ſeri ex vena caua, neque hoc auxilium ſatisfacit.

In priori cauſa vitiatorum viſcerum puluis Cachecticus poſt præmiſſa Catapotia antimonialia ſcopum omnem abſoluit, ita tamen, vt diligens cõſideratio nunquam non reliqua neceſſaria & perpendat & faciat.

Quod ſi ergo eſt à latente ſtillicidio ſeri ex vena caua, hoc imprimis age, vt ſpecifico appropriato inſtructus eſſe poſſis (quo nemo medicorum carere poteſt & debet) quod ſolũ eſt vitriolus Martis (vitriol. hermaphroditi cum Baſilij Valentini) alias ſummum ſecretum in omnibus vterinis affectibus (imprimis in fluxu menſium inordinato) ſi quotidie etiam per menſem integrum continuando, eius datur g j, cum g ij ſacch. albiſſ. Aſſumuntur nimirum ad part. j. vitrioli part. ij. ſacchari in aqua appropriata. V. gr. meliſſæ ante ſomnum, vel etiam fiant Rotulæ cum magiſterio Corallorum. Hoc modo illuſtrem Comitiſſam curaui feliciter.

## MARISCÆ VTERI.

Mariſcæ vteri & reliquæ appendices ſimiles ean-

eandem habent curam cum ani appendicibus, quæ itaque de illis ſupra dicta ſunt, accerſantur quoque hiſce affectibus.

## MENSIVM SVPPRESSIO.

Menſtrua ſuppreſſa multorum malorum cauſæ, quemadmodum ipſorum excretio naturalis à multis morbis mulieres præſeruat, quare huic malo cito occurrendum, ne natura aſſueta deſueſcat ab excretione.

Suppreſſorum menſium cauſæ diligenter ſunt inueſtigandæ. Sic nimirum facilius per communia auxilia malum tollitur.

Plerumque totum corpus ſcatet prauis humoribus: ante omnia igitur illud ab eiuſmodi impuritatibus liberandum eſt.

Vtilia ſunt Mercur. dulcis, panchymagogon vegetabile, Extractum ſennæ, Mechoacannæ, Rhabarbari, imprimis vero ſpecificum purgans Paracelſi & Extractum Ellebori nigri multum quoque prodeſt præſertim agreſtioribus.

Quod ſi vero obſtructiones fuerint euidentes, tartarus vitriolatus. It. Cremor tartari præmittenda ſunt, & tandem ad purgationes deueniendum.

Hinc ſpecifica accerſenda ſunt, vt:

1. Eſſentia Croci Martis, de qua notas ad Crollium vide.

2. Maluaticum Martiale, de quo ſupra de imbecillitate hepatis.

3. Puluis Cachecticus ex Chalybe præparatus, de quo ſupra de obſtructione hepatis.

4. Extractum hepatis bouini, de quo infra decoctum ſplenis bouis, vide in Quercetani pharmacopæa reſtituta, cap. 6. de decoctis.

5. Aqua deſtillata ex allio. It. Ex ſabina, quæ vel per ſe exhibetur doſi Cochl. j. vel alterius, vel poſſunt eſſe vehicula, quibus reliqua ſpecifica intro ſumi debent.

6. Olei ſabinæ gutt. iiij. vel v. in vehiculo præallegato datum, menſes mouet. Huc faciunt decocta alia vſitata. It. fomentationes, infuſiones, pediluuia, phlebotomiæ, &c.

*Nota*:

Hæc omnia infeliciter ſucceſſerint, niſi preſtitutum tempus optime obſeruetur: Hinc verſiculus,

*Luna vetus veteres; iuuenes noua Luna repurgat.*

Quinimo natura ipſa ſæpiſſime ſtato tempore nonnulla ſigna edit fluendorum menſiũ, quos tamen niſi adiuta promouere nequit: illa ſunt dolor lumborum, ventris, pectinis. It. Crurum & pedum grauitates & laſſitudo, difficultas anhelitus, hypochondriorum tenſio, capitis dolor & grauedo, quæ omnia dextre obſeruanda ſunt, alioquin raro imo nunquam expectatum effectum adipiſcemur.

Quod ſi omnia concurrant quidem, nec tamen obſtructio ſoluitur, plerumque vitium in ipſo vtero eſt, quod impedit. Id quod certiſſime deprehenditur, ſi poſteaquam omnia facta ſine affectu ſubſequente, vt tandem ad tale ſuffimigium perueniamus.

℞. Scorias Reguli Antim. puluериſatas, coque in lixiuio cinerum fagi, vt extrahatur rubedo, huius partibus iiij admiſce Vini Maluatici part. j.

Huius

Huius mixturę cochl. j. atq; alterum vel plura funde ſuper ſilices vel recrementa ferri candentia, & patiens excipiat fumum ad Lochia. Id quod tamen iuſto tempore, vt cætera, faciendum fuerit, & menſes proſiliunt proſpero cum ſucceſſu.

Plura menſes mouentia vide ſupra de Cachexia.

Quod ſi vero etiam poſt reiteratam hanc ſuffumigationem menſes nunquam fluent, & natura aliter atque aliter conformata, tandem ſuo tempore meliorabitur.

Suppreſſorum menſium cura non tentanda eſt in fœminis, quæ aut ſteriles, aut nullum inde incommodum ſentiunt, aut in grauidis, & quibus nunquam fluxerunt, nec in iis, quæ Cachexia aliqua laborant, ſi quidem ob ſanguinis inopiam morbo tentatæ ſunt: aut quibus per nares, hæmorrhoidesve multum ſanguinis euacuatum eſt: in quibus aut Cachexia emendanda, aut vires reſtaurandæ, aut fluxus dicti ſupprimēdi, niſi forte tales accidāt ob ſuppreſſos mēſes: Quod ſi fiat, medicamentis Hęmagogis malū omnino tollendū: quod ſi vero ob vaſorum obſtructionem fiat, ſanguinis ſuppreſſio in iis, quibus fluere conuenit, aut per naturam debet, cura aggredienda eo tempore, aut paulo ante, quo menſes fluere conſueuere.

Curatio autem à pharmaco materiam in primis viis exiſtentem minuente ſtatim inchoanda, & hinc quæ deobſtruant, præſcribenda.

*℞. rad. fœniculi,*
*Petroſelini,*
*aſparagi an. ℥ß,*

*ſarſaparillæ ℥iij;*
*herb. agrimoniæ,*
*linguæ ceruinæ,*
*Ceterach,*
*Cuſcutæ an. M ß,*
*ſem. aniſi ʒij,*
*Coriandri præparati ʒj:*
*flor. bugloſſæ,*
*borraginis,*
*betonicæ an. p. j.*
*paſſularum minorum ℥j.*
*Coque in ſ. q. aquæ ad ℥xij,*
*Colaturæ adde ſyr. de 5. radicibus ℥ij,*
*de Cichorio cum Rhabarbaro ℥ij.*
M. F. Apozema pro 4. doſibus.

In ſecunda doſi, ſi prima non ſatis deturbat aluum, exhibe ſpecierum diaturb. cum Rhabarbaro à ℈ß ad ℈j. aut ℞. pil. aurearum ℈j, cum diagridij gr. iiij, F. pilulæ paruæ tres cum apozemate deglutiendæ.

In vltima doſi diſſolue Oxymellitis Elleborati maioris ℥j. aut vtatur dicto apozemate loco digeſtiui tantum & purgetur diacarthamo, Extracto panchymagogo Mercur. Eſſentificato aut ſimili medicamento. Aut fiat ſyrupus magiſtralis.

*℞. rad. polypodij ℥ß,*
*Elleb. nigri præparat. ʒij ß,*
*Mechoacannæ ʒij,*
*fol. ſennæ ℥j ß,*
*ſem. aniſi ʒj,*
*flor. bugloſſæ ʒiij,*
*calami aromatici ʒß.*
*Zinziberis ℈j.*

Infun

infunde in ſ.q.decocti aperitiui in loco tepido per noctem. Mane coque ad ℥vj,exprimantur,colaturæ adde ſyr. de 5.radicibus Oxymellitis Elleborati maioris an.℥jß.

*ſyr.de ſucco bugloſſæ ℥ij,*

*ſacchari q.ſ.*

F. ſyrupus liquidus pro 4. doſibus.

Hinc prodeſt per tres dies exhibere ʒß tartari vitriolati in ſyrupo artemiſię cum aqua pulegij diſſoluti appoſito ſubinde & ſæpius in die Cataplaſmate ex hedera terreſtri cum vino facto regioni lienis,& pedes lauentur decocto artemiſiæ, origani, ſerpilli, aſari. Vtatur hinc ſingulis matutinis Croco Martis ad ʒj,in Tab.v.g. ♃. Croci Martis aperitiui aut limaturæ Chalybis præparatæ ſequẽte modo. ♃. Limaturæ Chalybis q.v. irrigetur aqua ſimplici pura,in qua parum ſalis abſinthij diſſolutum ſit, relinquatur in loco frigido ſicco: Vbi exſiccata fuerit teratur & denuo imbibatur, idque tamdiu, donec ſpõte ſua poſtea leni attritu in pulverem ſubflauum fuerit redacta. Huius ♃. ℥j ſacchari in aqua bugloſſ.ſoluti ℔ß.ol.Cinamomi aut Caryophyllorum aut ſuccini ℈ß. F.Tabulæ, quarum ſingulę ponderent ʒvj,capiat ſingulo mane vnam & incipiat 8. diebus ante menſium egreſſionem ſolitam. Aut fiat Electuarium de ſcoria ferri, quod

*Tabulæ Croci Martis.*

*Electuariũ Martiale.*

*♃.limaturæ Chalyb.preparatæ aut Croci Martis ℥ß,*

*pulu.Cinamomi,*

*ſabinæ an.℥ß,*

*Cort.Tamariſ.ʒj,*

*ſpec.arom.roſati ʒjß,*

*nuc.conditæ ʒij,*

*mellis roſati aut anthoſati* ℥jß,
*ſacchari* ℥ij.

M. ſuper lentum ignem & F. Electuarium, de quo capiat ad magnitudinem nucis iuglandis mane 3. horis ante prandium.

Inſtante iam tempore fluxus Balneum fiat.

♃. *herbæ meliſſæ,*
*origani,*
*roriſmarini an. M*ß;
*artemiſiæ M*ij;
*ſabinæ M*ß;
*Maluæ,*
*althea,*
*ſerpilli an. M*ij;
*flor. Chamomillæ,*
*hyperici,*
*Centaurij minoris an. p*iiij.

Coque in ſ.q.aq. pro ſtupha, quam matutino tempore ingrediatur & commoretur ad horam in ea. Herbæ duobus ſacculis includantur, quorum vni ſuperſedeat, altero foueatur venter inferior.

Aperiatur ſaphena pedis vtriuſque die ſecundo poſt egreſſum è Balneo vna, & altera die ſequente poſt egreſſum ex eodem.

Efficaciſſime quoque trahunt inſtante iam iam purgationis tempore peſſi à Practicis hinc inde deſcripti, vt & fumus ſiue vapor dictarum herbarum per infundibulum in vuluam exceptus.

Proſunt & Cucurbitæ perinæo applicatæ.

Potus ſit vinum, in quo Cinamomum & Chalybis limatura macerata, aut in quo flores borraginis, violarum, bugloſſæ & ſabinæ herbæ macerati.

*Infuſum Martiale.* Prodeſt quoque ſæpe infuſio, quæ ♃. limaturæ Cha

tæ Chalyb. acet. non deſtill. an. ℔j, coque in ſartagine ferrea, donec acetum abſumatur: poſtea teratur in marmore, & adde pulueris Caryophyllorũ ℥j. affunde deſuper in matracio Vini Maluatici aut Falerni ℔iiij. pone ad ſolẽ vel fornacem dies 28. ſingulis noct. bis vel ter agitando. Vel fiat Hippocras ex infuſione illa. Huius vini exhibe menſium defectu aut inordinato fluxu laborantibus ℥ß ad ℥ij ad libitum, obſeruato, quod ſæpius dictum, ſemper tempore, quo menſes fluere conſueuere, præſcripta quoq; ſemper diæta exquiſita.

Tandem & hic ſummopere prodeſt Extractum ſplenis bouis, de quo & eius exhibendi modo, vide in obſtructione Lienis.

Extractum ſplenis Bouis.

℞. Splenem bouis caſtrati, ſcinde in laminas tenues, maceretur per aliquot dies in ſp. V. cũ myrrha eſſentificato, poſtea exſicca in aëre: poſtea cum ſp. V. eſſentiam extrahe, & ſapidioris efficaciæ ergo adde aliquot gut. olei angelicæ, Doſ. ℈j, in aqua appropriata eo tempore, quo menſes in ægra fluere conſueuerunt, tunc nimirum renum & lumborum dolores adeſſe ſolent. *Extractũ ſplenis Bouis.*

Cum menſes apparere incipiunt, dari poteſt ℈ß borrac. Venet. cum gutt. 4. aut. 5. Eſſent. Croci in aq. puleg. aut Cinam. aut in vino Hippocratico, aut ſucco ſabinæ ℥ß, aut ſolum ſabina Vino cocta.

Si è conformationis vitio fiat ſuppreſſio, varia ſunt quidem medicamenta, ſed hic præſtat ſingulis annis 4. aut bis pro conſtitutione corporis aperire venam brachij & ſæpius applicare cucurbitulas ſcarificatas.

Spiritus pulegij cum ſale ſuo quoque valet.

## FLVXVS MENSIVM NIMIVS.

Fluxum Menſium nimium à qualibet cauſa ortum, excepta Plethora (quæ non niſi conuenienti phlebotomia corrigitur, vt nimirum ex ſuperioribus Venis brachij per reuulſionem ſanguinis ad inferiora prorumpentis effluxus cohibeatur) illa tollunt & corrigunt, quæ alioquin ſiſtendis hæmorrhagiis narium neceſſaria ſunt & vtilia.

Sic laudanum opiatum, Eſſentia Croci Martis, Magiſterium Corallorum & perlarum. It. ſal Corallorum; ſperniola compoſita Crollij, Oſſa hominis fortiter calcinata & nonnulla alia intrinſecus.

Extrinſecus ſtipites Melanthij, bufo exſiccatus multum prodeſt.

Fluxus igitur hic licet multis à cauſis oriri poſſit, nullus tamen frequentior, quam qui fit ob ſanguinis pallidioris ad partem iſtam fluxum, aut oſculorum venarum apertionem, qui per διαπήδησιν, raro autem accidit; qui per eroſionem à medicamentis in vterum immiſſis erodentibus, aut ob vlcera in eodem exiſtentia, curatur à Practicis ad hos affectus præſcriptis medicamentis.

Quod vero fluxus priores attinet, ij quoniam vires valde dejiciunt, ſi vocetur Medicus, non incommode reuulſionis gratia venam brachij aperiet, indeque per interualla ſanguinem extrahet aut ſi eam contra indicantia (ſcilicet venæ ſectionem) prohibeant, cucurbitulas frequentes region[illegible] hepatis & ſplenis imponat.

Interius detur ſyrupus de roſis vel papauer[illegible] cum aqua plātaginis dilutus, aut fiat ſyrupus è ſuc[illegible] co burſæ paſtoris aut ſyrupo Corallorum cum ſuc[illegible] co berberum. Bolus armenus præparatus ſæpius

ʒj, cui

℥j, cũ aqua plantaginis aut burſę paſtoris offeratur;
Aut fiat Opiatum:
*℞. Conſ. roſarum veteris ℥ß,*
*ſymphyti maioris aut rad. biſtort. ℥j,*
*troch. de Carabe ʒij,*
*boli armen. præparat. ʒiij,*
*ſal. Corall. ʒß.*
Cum ſyr. de roſis ſiccis. Sic fiat Opiat.

Ad ſanguinem ſiſtendum etiam fieri poſſunt decocta ex radice tormentillæ, Coriandro, balauſtiis, gall. & ſimilibus.

Quæ ſi nihil proſunt, fiat peſſus è ſtercore ſuillo aut aſinino cum ſucco plantaginis & mucilagine ſeminis Cydoniorum aut Tragacanthæ aut è laudano opiato cum linteolo.

Interius offerantur, quæ ſanguinem incraſſandi & refrigerandi potentiam habent.

Exterius inungatur peritonæum Vnguento Comitiſſæ vel ſequente:
*℞. olei myrtillorum, Cydoniorum an. ℥jß,*
*ſucci burſæ paſtoris aut plantaginis, ſemperuiui maioris an. ℥j.*
Coque ad conſumptionem ſuccorum; hinc adde
*pulueris boli armeni,*
*ſeminis berberorum,*
*myrtillorum an. ʒij,*
*roſarum ℥ß,*
*Ceræ q. ſ.*
F. Vnguentum. Aut Cataplaſma ex adſtringentibus cum aqua communi & pauxillo aceti, coctis, vt de dyſenteria dictum, aut fiat ex ſuccis adſtringentibus & refrigerantibus addito bolo aut farina Orobi aut lupinorum.

Renibus & Iecori refrigerantia medicamenta applicentur, vt Ceratum infrigidans ſantalinum, Vnguentum roſatum Camphoratum.

Si bilioſus ſanguis in corpore redundet & morbum foueat poſt impetum ſanguinis retentũ, purgetur corpus leniter cum infuſo Rhabarbari aut myrobalanis aut ſyrupo roſarum ſolutiuo, electuario ex ſucco roſarum, Extracto panchymagogo aut ſolo extracto Rhabarbari.

Idem fiat ſi adſit ſeroſi humoris copia ſanguini permiſto, ſi vero adſit fluxus albus, tunc tempori totius imprimis habenda eſt ratio, vt habitus eius in melius emendetur, iis, quæ ſeroſorum & pituitoſorum copiam generantium partium vitium emendant, præmiſſis tamen vniuerſalibus purgantibus. Hinc quæ vterum reſpiciunt tum confortando, tum adſtringendo adhibenda, quale imprimis exterius adhibitum eſt Emplaſtrum pro matrice textoris.

Specifica tamen hoc loco nonnulla ſunt, quæ quemlibet inordinatum fluxum menſium vtiliter ſiſtunt. Sic vitellus oui crudus in vino rubello diſſolutus, & per aliquot dies ſingulis diebus bis propinatus, fluores ſiſtit. Tinctura Corallorum inter cætera vnice præſtat. Puluis Turturis eum in modum paratus, quem docet Foreſtus obſeruatione 10. lib. 28. mirabilis eſt in reſtringendis menſibus. Sal vero ex Turturis cineribus collectus & factus g̃iij. ad vj. felicior eſt in aq. plantaginis vel alia compoſita Coch. j. etiam in dyſenteria, aliiſque alui fluxibus. Sic cuticula pedum anſeris exſiccata & doſi à ʒß ad ℈ij exhibita ſubito ſiſtit.

Externe in hoc caſu mirabiliter & ſingulariter

pro

prodeſt cingulum ex foliis Ellebori veri conſutum ita præparatum vt folia Ellebori recentia aſſuantur faſciæ & circa lumbos nudo corpori applicentur.

A partu laborioſo nimis profluentem ſanguinem ſiſtit idem ſanguis, ſtatim in cochleari ferreo exſiccatus (ad ignem) & v. vel vj. ℥ pondere cum vitello crudo oui j. mixtus, ſubito reſtinguit. In eodem caſu ſperniolæ compoſitum mirifice opitulatur.

## VTERI STILLICIDIVM.

Stillicidium Vteri diuturnum ſine vlcere puluis Cachecticus feliciter ſanat. Idem præſtat ſpecificum Martis, de quo ſupra de hydrope Vteri, quod diuturniori fluxui, præſertim in Vetulis alioquin eiuſmodi enormibus fluxionibus obnoxiis, vnice opitulatur, ſi quotidie euntibus cubitum ℈j. in aqua plantagin. aut vino rubello detur.

Vlceri ſi quod fuerit, proſpici poteſt eo modo, quem ante in vlceribus Matricis innuimus.

Vteri fluorem qualemcunque tandem ſanat, vterumque reſtituit ſpecificum Martis (vitr. Martis) ſimili modo ſemper exhibitum, vt antea de hydrope vteri dictum eſt.

Alias in quolibet fluore vterino, perpurgato prius corpore, imprimis cum ſpecifico purgante. It. panchymagogo vegetabili, Extracto mechoacannæ, Rhabarbari, ſennæ, ſemper cum bono ſucceſſu vſus ſum puluere & decocto ſequente:

*℞. magiſt. Corallorum alborum,*
*matris perlarum an. ʒij,*
*CC. uſti ʒjß,*
*Eboris vſti,*

*terræ ſigillatæ,*
*ſem.papaueris albi an.ʒj,*
*gummi arabici,*
*maſtichis an.ʒß,*
*ſuccini Citrini ℈ß,*
*laudani opiati ℥viij.*

M.F.puluis tenuiſſimus,huius exhibeatur quotidie mane & veſperi tantum,quantum cultri mucrone capi poteſt in decocto ſequente:

*℞.plantaginis maioris,*
*Centumnodij,*
*tormentillæ an.ʒiij,*
*rad.nymphææ ʒij.*

F.cum ſ.q.vini decoctum.

## GONORRHŒA muliebris.

In Gonorrhœa muliebri ſimplici eadem proſunt, quæ ſimiliter in Virorum profuêre.

De Lue Venerea peracturi hæc omnia dilucidiora explicabuntur:hoc modo ſanatæ ſex mulierculæ ruſticæ duabus ſeptimanis.

## VTERI STRANGVLATVS.

Strangulatus ab Vtero ſecundum gradus cauſarúmque euidentiam à Fernelio bene deſcriptus requirit quoque diligentem conſiderationem morbique cognitionem. Leuia nimirum iſthæc difficulter cognoſcuntur , & ſæpe cum Melancholia Hypochondriaca aut cum paſſione iliaca, cardiaca confunduntur.

Cura omnium horum ſymptomatum conſiſtit vel in omnimoda cauſarum ablatione vel etiam in paroxyſmi remotione.

Quia igitur vapores venenati & perniciosi in

vtero

vtero à cauſis quaſi antecedentibus generati ſolam proximam cauſam ſuſtinent, vterus eſt corrigendus, impuritates excernendæ, & ne deinceps talibus offendatur, prouidendum.

Hoc itaque loco maxime proſunt purgationes Hyſtericæ, quæ ſunt à fæcula bryoniæ vel eius extracto (vide Quercetanum in Pharmacopæa reſtituta) ℈j vel ℈ij, ad ſummum in aq. Cinamomi, artemiſiæ, matricariæ. It. Extractum Mechoacannæ, ſpecificum purgans, panchymagogon vegetabile.

Multum faciunt in eiuſmodi mundificationibus infuſiones, qualis hæc eſt:

*℞. fol. ſennæ ℥j,*
*rad. mechoacannæ non carioſæ ℥ß,*
*rad. bryoniæ ʒij,*
*fol. artemiſiæ,*
*matricariæ,*
*Chamædryos an. Mß,*
*flor. Cordialium an. p j.*

Hæc omnia inciſa & mixta infunde in nodulum in Vini ℔ij, ita vt prius ferueſactum Vinum ſuperfundatur nodulo & relinquatur in loco frigido per diem. Huius infuſi porrigitur cyathus vnus (℥vj) vel alter per aliquot dies mane ieiuno ventriculo & veſperi circa tertiam, donec aſſumptum ſit totum. Deinde ne eiuſmodi ſymptomata ſæpius recurrant, exploratum plane & experientia confirmatum, iſtis omnibus certiſſime mederi ſpecificum ex vitriol. Martis, quotidie tandem à premiſſa purgatione Veſperi ante cibum in vino vel cum aq. artemiſ. matricar. &c. vel ſine iiſdem exhibitum per ſeptimanas 2, 3, 4. vel 6. donec ceſſet *Specificũ ex vitriolo Martis.*

malum, vide ſupra de hydrope & ſtillicidio Vteri.

Paroxyſmum multa ſunt, quę tollunt, de quibus videantur Practici.

Sic ſuffumigia fœtida vel etiam odores rerum fœtidarum, quales ſunt, fumus ex pennis perdicũ, capillorum humanorum, Vngulæ alcis, aſini. It. Carbonum foſſilium, aſæ fœtidæ, ol. ſuccini, tartari, Guaiaci naribus admotum. Sal Iouis à Crollio deſcriptus, vmbilico calide inunctum ſuffocationem ſubito ſiſtit Zibethi ℈ß, cum ℈j ol. nucis Moſchatę expreſſi temperatus & poſtea in linteolo intra pudenda intruſus, maxime prodeſt.

Fumus è callis equorum per tritorium vel retortam detruncatam immiſſus (mirũ eſt, Vterum hunc ſuſtinere fœtorem, cum alias eius ſit impatientiſſimus) ſubito ſiſtit.

Interne cum fructu exhiberi poſſunt ſeqq.

1. Sal Iouis in aqua ſingulari hyſterica.

2. Eſſentia granorum Chamæactes i. e. Ebuli, cuius cochl. ß. vſque ad j. intro ſumtum, paulatim erumpentibus ſudoribus & quieſcente corpore paroxyſmum & ſiſtit, & vapores ex ipſo corpore per διαφόρησιν reſolutos expellit. Præparatur autem hęc eſſentia ſequente modo: ℞. magnam copiam granorum actes, exſiccentur in vmbra, ponantur in matracio colli longi vſq; ad medium, ſuperinfunde aquam vitæ vt per quatuor digitos ſupernatet, adde aliquot guttulas ſpiritus vitrioli & vaſe bene obturato fiat digeſtio in B. M. per 5. aut 6. dies quouſque aqua vitæ acquirat tincturam rubini inſtar, ſepara illam per inclinationem, huius dabis ſemi cochlear in acceſſione & illico excitabitur.

His omnibus præfertur Laudanum ſuffocatio-

num

um ſpecificum ( poſteaquam coqui incipiunt in terum intenta peſſaria trahentia, vt ſi ſemen corruptum ſit,extrahatur, aut ſi vapor incluſus, abſumatur.)

Mulieri ſuffocatæ ſtatim præſtat adhibere ad nares fumum è galbano, aſa fœtida, pennarũ perdicis: aut inungantur nares oleo Gagatis per retortam in modum olei ſuccini, ſed igne paulum vehementiori deſtillato, verbi gratia ♃. Gagatis ℥.v.ſal.tantundem,& in cineribus ig.primum leno, poſtmodum fortiori in ſubiectum recipiẽs deſtilla oleum,quod ſi lubet,addita aqua ſimplici rectificari poteſt per alembicum. Aut ♃. loco olei Gagatis oleum rutæ aut ſuccini. Quidam dicto oleo & oleo ſuccini vmbilicum & ventrem totum quoque inungunt. *Oleum Gagatis.*

Vmbilicus inungatur Balſamo Apoplectico,aut applicetur Emplaſtrum rotundum ex Emplaſtro pro matrice,in cuius medio aliquot grana Zibethi ponantur. Vmbilico imponendæ ligaturæ ſimul dolorificæ & applicentur cucurbitæ inguinibus circa pubem cum magna flamma.

Conficiatur peſſus ex linteo, qui vngatur balſamo apoplectico & genitalibus mulieris indatur, quo tempore fœtida naribus adhibeantur.

Intra corpus exhiberi poteſt doſis Laudani ad matricis ſuffocationes, quod fit ſequente modo: ♃. Laudani noſtri ſine opio ℥ij, adde Extracti lichenũ ſeu callorum equarum ℥ij.M.diligenter,ilicò ſuffocationes matricis ſedat ad ℈ß exhibitum. *Laudanũ ad ſuffocationes matricis.*

Extractum Lichenum ſic fit:

♃. Aquæ meliſſæ cum Vini ℔vj deſtillatę ſuper ſuccinũ & Gagatem an. ℥ij, per retortam ex cine- *Extractũ Lichenũ.*

ribus ig. in fine forti. Aqua deſtillata ab oleo, quod hac via ſimul elicitur, ſeparetur. Cum hac aq. collectos lichenes ante exſiccatos in B. digere & extrahe ad Extracti formam. Idem extractum etiam ſolum exhiberi poteſt à ℥ v. ad viij. Aut aqua Theriacalis offeratur, in qua ℈ß, Extracti Caſtorei puluerisati aut pulueris ℈j, aut tantum exhibeatur Theriaca antiqua aut Caſtorei puluerisati ℈j, in aqua artemiſiæ. Aut ♃. Extracti caſtorei cum ſpiritu vini facti,

*Eſſentiæ Croci an.* ℈ß,
*Sal. perlarum* ℥vj.
*ol. ſuccin.* ℥y.

M. & cum aqua artemiſiæ & meliſſæ exhibe.

Commendatur quoq; vel maxime oleum Iouis, cuius præparationem vide in ſcholiis ad Crolliū.

Liquor iſte vmbilico Hyſtericæ immiſſus, ſtatim ſuffocationem ſiſtit. Interne à gutt. j, ad ij, ad ſummum iij, repetitis vicibus exhibeatur: in adultis aluum largiter ciet.

## ASCENSVS VTERI.

Aſcenſus Vteri parum differt à leni ſtrangulatione primi gradus. Fiunt nimirum præcordiorum compreſſiones, dolores & ſpirandi difficultates, interdum deliquia animi ſubſequuntur.

Huic ſymptomati tollendo ęque neceſſaria & vtilia ſunt, quę antea de ſuffocationibus ſunt allata.

Imprimis Eſſentia granorum Chameactes multum præſtat, ſi cauſam velis auferre, vtere iiſdem ſuffocationibus tollendis, quæ vtilia fuerunt.

## PROLAPSVS VTERI.

Prolapſum Vteri eadem curant, quæ prolapſum ani. Huc itaque repetenda ſunt. Curatio autem operapera-

peratione chirurgica potiſſimũ efficitur. Ægram nimirum ſuper dorſum reſupinam, coxis altioribus dilatatis & reflexis poplitibus, collocando: Hinc vterum prolapſum oleo tepido aut butyro inſalſo vel etiam decocto maluæ, chamomillæ & aliis emollientibus fomentatum, aſperſo poſt puluere aſtringente ex acacia, hypocyſtide, puluer. oſſium dactylorum combuſtorũ aut mumia vel gallis ſubtiliſſime puluеriſatis in proprium locum reponendo, intrudendo inſuper lanam in ſe conuolutã forma & craſſitudine muliebri ſinui reſpondentem linteolóq; exceptã ac vino ſtyptico imbutam, ſicq; abſque dolore & violentia in proprium locum deuoluendo. Quod ſi vterus prolapſus putredine afficiatur, quod corruptum putridúmque eſt reſcindatur, idque citra periculi formidinem, cum etiam vniuerſo vtero ablato nonnullæ mulieres plures annos ſuperuixerint.

## CONVVLSIO VTERI.

Conuulſioni vteri alioquin medicamenta conuulſiua inſeruiunt: Vide tamen eaſdem conuulſiones ſuffocationum modo curatas eſſe.

Specificum in hoc caſu eſt Eſſentia granorum Chameactes h.e. Ebuli (Tinctura granorum actes) cum 4. vel 8. gutt. ſp. vitrioli antepileptici. It. tinctura Corallorum. It. inſeſſiones, fomentationes.

## STERILITAS.

Sterilitas in viris ab occulta cauſa, ſita nempe in partibus generationi dicatis, præſertim ſi fuerit morbus conformationis, pharmacia haud tollitur. Vide ſupra de extincta Virilitate.

Reliqua vitia quandoque partim legitima obſeruata diæta, partim medicamentis auferuntur,

de quibus autores Medici in praxi. Vide Bayrum l. 15.

Si ſterilitas ex veneficio eſt, raro illa remoueri poteſt, niſi ſimul remoueantur veneficiorum inſtrumenta, quorum nempe veneficio talia parata ſunt.

Supra de impotentia tollenda nonnulla diximus, ſæpe v. euenit, vt impreſſiones eiuſmodi diabolicę tam validæ ſint, vt neque bona neque mala arte tolli poſſint (i. e. repoſitione ſimili) Vidi tamen ſemel atque iterum hauſtum aquę frigidæ ex ore maſculi (*eines Hengſt der nicht geſchnitten*) in pręterfluente potātis elapſæ & ſubito vaſculo collectæ multum profuiſſe in hoc caſu.

Eadem potatio aquæ multum facit in ariduris particularibus membrorum, ſæpius iterata ieiuno ventriculo per aliquot ſeptimanas: alioquin in fœminis ſterilibus inſeſſus ex formicis & aceruo formicarū cum aqua fluuiatili paratus & aliquoties recens vel de nouo factus multum iuuat.

Conceptionem iuuantia petuntur ex Practicis. Sal Satyrionis imprimis vtilis eſt in fœminis (vt eſſentia eius in viris) vt cito concipiant, ſi eius, ℈ß, poſt menſtruorum fluxum in vino maluatico vel aqua vitæ mulierum ſæpius exhibeatur.

Curaui hoc ſecreto multas fœminas, breuiſſime, & eſſentia formicarum viros.

## ABORTVS.

Abortum impediunt Magiſterium Corallorum & perlarum ſi ſæpius cum aqua vitæ mulierum vel aq. lil. conuall. detur. Tinctur. Corallor. rite recteq; parata abortum prohibet, ſi geſtationis tempore prægnantes eius accipiant gutt. iij vel iiij. ſingulis menſibus bis.

A pro-

A proprietate ſuccus Aſtaci vnius contuſi,& expreſſi in vino bono datus ſingulis menſibus ſemel vel bis, fœtum nunquam abortiuum naſci ſinit, niſi externa vi impellatur. Sic ſal Aſtacorum fluuiatilium dextre paratus, & ſingulis ſeptimanis cum amygdalarum dulcium decocto in vino maluatico maceratus,ſumtus mirabiliter fœtum conſeruat.Doſ. ℥ iij.iiij.v.&c.(vinum ne bibant,pellit nimirum fœtum.)

## PARTVS DIFFICILIS.

In partu difficili, It. ſecundinarũ eductione inter reliqua præſtat ſpecificum ex ſecundinis, de quo ſupra. It. oculi leporis in Martio capti (valet etiam in mola, modo de ea conſtet) qui ſtudioſe eximendi,ne comprimantur nimis, cumque pipere in orbe exſiccandi. Horum vnus Vertici cum pipere ita alligetur, vt vertex à pupilla tangatur & fœtum ſiue mortuum ſiue viuum educet, quo facto mox amoueatur,ne vterum plane propellat.

Sic oleum ſuccini & Carui an. gutt. iij.iiij.v.vj. vij.viij. in vino exhibitæ partum accelerant.

Apud pauperes vidi partum ſæpe difficilem ſolui hauſtu vrinæ mariti.

Sic ſtercus equinum in vino expreſſum & percolatum ſubito fœtum & ſecundinam expellit.

## IMPOTENTIA.

In impotentibus nobilis eſt Eſſentia Satyrionis Croll.imprimis ſi illi addatur Ambra eſſentificata & aurum potabile Anglicum,verbi gratia liquoris ſatyrionis ℥j,
*ambræ eſſentificatæ ʒij,*
*Auri potabil.*℈j.
Detur à ℈ß ad ℈j pro vna doſi. Hæc & ſimilia in-

terdum materiam tam fortem reddunt, vt ſimul anima cum vita expulſa fuerit, omne nimirum nimium naturæ inimicum.

Valet quoq; diatrion pipereon tabulatum, ſi illi admiſceantur aliquot grana ambrę & olei Cinamomi. Vide ſupra de extincta Virilitate.

## ARTHRITIS.

Arthritis ſeu articulorum dolor eſt inſtar matris plures ex ſe generans natas, in ſpecie podagram, Chiragram & Iſchiaticam.

In Arthritide interdum eſt vniuerſalis omnium articulorum dolor cum ſumma inquietudine; in cæteris particulares dolores externarum partium, manuum in Chiragra, pedum in podagra, coxendicis in Iſchiade.

Horum omnium vniuerſalis cura conſiſtit in conſumptione vel etiam expulſione tartari in toto corpore humano ſtabulantis. Cuius curæ mentionem fecimus ſupra in ludi humani præparatione, cuius facultates mirabiles ſunt in tartaro expellendo vel conſumendo.

Hæc itaq; cura vnice inſtituenda eſt, nec tamen quouis tempore aut promiſcue in ſingulis ſubiectis, niſi prius omnia probe fuerint conſiderata. Itaq; hæc cura vniuerſalis paroxyſmos non tollit, nec leuiter etiam affectos extra alia medicamenta curat: oportet igitur vt aut ante inſultus, aut poſt eoſdem (non in paroxyſmo) quieſcentibus ſcilicet & in ſuis matricibus quaſi dormientibus ex allatis antea principiis cura inſtituatur & tartarus reſoluatur. Sic nimirum felicius ſucceſſerint omnia.

Eiuſdem curæ prophylacticæ ſimili modo cum lapidi-

lapidibus Aſtacorum in eam formam medicamenti præparatis inſtituendæ: maximopere pro corroboratione naturæ ſuccéturiari poteſt *Magiſterium perlarum à Riuerio Medico Regio* olim plurimo cum fructu præparatum & exhibitum hoc modo: Perlas reduc in puluerem impalpabilem, quemadmodum alias redigi ſolent, (vulgariter margaritæ præparatæ) his in vitro ſuperfunde de ſucco citri vel de pomis aurantiis recentibus q. ſ. vt fiat inſtar paſtæ. Relinque aliquandiu, poſtea ſolue cum aceto, & remoto acet. per inclinationem à fæcibus aliud affunde, donec nempe perlæ ex toto fuerint ſolutæ. Collectum acetum miſce cum tertia parte aquę fluuiatilis, deſtilla per retortá ex igne arenæ primum igne lento, poſt fortiori. Deſtillatum reaffunde capiti mortuo reſtitanti & viciſſim ſolue, poſtea cola per filtrum, euapora admodum lente, & reſtabit perlarum magiſterium. Huius ℈j ad ſummum aliquoties ieiuno ſtomacho in vino datus potenter naturam recreat, eamq; vt medicamenta antecedentia (arcanum ludi humani & Aſtacorum) felicius operentur, excitat. Multum ad præcautionem facit cruditates fugere, & ſi adſint caſtigare vomitionibus mane ſi facile, à prandio ſi ægre, vomat. *Magiſterium perlarum Riuerij.*

Quod ſi vero paroxyſmi podagrici vel arthritici ſoleant recurrere, id quod ſæpius fit, præſertim vbi vita non vſquequaq; conformis fuerit, requiſitis tales inſultus vel impedientibus vel prorſus rejicientibus, hoc vnice prouidendum fuerit, vt quotannis ſtato tempore Æquinoctiorum & ſolſtitiorum (circa eadem nimirum fluxiones podagricæ plerumque vigent) corpus bene mũdificetur

& imprimis ratio victus, quæ alioquin nuſpiam negligenda eſt, ſolers & recta inſtituatur, auferendo tum plethoram, ſi quæ adſit, tum Cacochymiam quamcunque ſuis idoneis medicamentis.

Hæc etiam euacuatio inſtitui debet in principio morbi, & vbi quædam ſigna imminentis præſenſerit æger.

Potus ſit vinum meliſſę cum rad. Caryophyllatæ infuſum in menſa pro hauſtu primo, aut vinum Antipodagricum Paracelſi.

*Vinum Antipodagricum Paracelſ.*

*℞. radicis Caryophyllatæ;*
*acori* ℔ß,
*fol. maiorana M iiij;*
*florum ſambuci p iiij;*
*infunde in V ini* ℔iij.

ſtent in infuſione per 8. dies, ſumatur ex hoc mane & veſperi hauſtus. Cum ſale humano miſceri poſſunt oſſa humana calcinata, in cibo Galreda ex iiſdem in modum galredæ Cranij facta.

Poſt mundificatum corpus corroborantia & diaphoretica vſurpentur, diaphoretica ſcilicet peculiaria Solis tranſparētis extractio, de qua in notis ad Crollium & pilulæ antipodagricæ meæ, quæ deſcriptæ à Rhenano in tractatu Solis è puteo emergentis cum arcano aſari aliquot diebus aſſumptæ. His omnis Podagra, modo non ſit nodoſa, curari poteſt. Hoc nimirum modo paroxyſmi raro vel nunquam recurrent: aut ſi inſultus à leui errore externo aliquando coincidunt, tam graues nunquam ſunt, nec dolores excitant continuos, aut inſolentes, quin externis balſamis facile cedant.

Ex numero mundificantium ſeu purgantiū eſt puluis arthriticus Paracelſi à Crollio deſcriptus vbi im-

vbi imprimis notandum, in eius deſcriptione pro raſura Cranij humani ſubſtituenda eſſe oſſa hominis calcinata, iuuenis modo humati, manuum ad Chiragram, pedũ vero ad Podagram. Ex hoc puluere natus eſt puluis Caryocoſtinus, quem vocant, etiam vulgaribus Medicis vſitatus. Ille vero puluis ſecure & leniter omnes defluxiones podagricas purgat. Felicius id præſtat Eſſentia radicis Ellebori nigri vulgari modo cum ſpir. Vini non ad ſummum correcto extracta. Cuius quotidie cochl. j. mane & veſperi ſumatur, donec aluus ſponte ſua quater vel ſexies tandem fuerit ſoluta quotidie. Hac nimirum facili lenique purgatione impuritates fluxionéſque podagricæ ſatis commode repurgantur, fortificatur eſſentia Ellebori cum arcano filicis totius. (NB. arcana hæc nobilia) vel cum arcano aſari debita proportione, nempe ſi admiſceãtur alterutra cum Eſſentia Ellebori. Præſtat alioquin hanc eandem eſſentiam ante cõſuetum tempus paroxyſmorum podagricorũ aſſumere, quemadmodum & pulueram arthriticum, ſic nimirum facilius ante inuaſionem corpus integritate adhuc dum conſtans ab inſequentibus influxionibus liberatur. Idque eo magis, ſi ad hanc euacuationem temperata victus ratio acceſſerit, & vinum maioranatum cum radice Caryophyllatæ & floribus ſambuci infuſum ad victum pro primo potu hauſtum fuerit.

Quidam conuenientius vtuntur decocto ligni ſaſſafras, præmiſſis his purgationibus, impuritates craſſiores, quę adhuc reſtare ſolent, finaliter exterminandæ cum Mercurio laxatiuo, aut cum ſole aut puluere arthritico ſequente:

In aliis qualibuſcunque vulgaribus medicinis haud iiſdem viribus pollentibus , fruſtra ſperandum eſt aliquid.

Externa ſunt 1. Balſamus podagricus primus & ſecundus apud Crollium, quibus ſuccenturiari poteſt Vnguentum anodynum, quod eſt apud eundem.

2. Eſt ſpiritus ſalis Ammon. qui fit h.m. ℞. Ammon. ſublim. miſce puluериſatum cum 4. partibus cinerum & deſtilla per alembicum ex aren. prodit ſpir. Ammon. qui æqualibus partibus cum ſp. Vini mixtus & plumaccolo loco dolenti (aliquoties, bis terve) illitus confeſtim dolores reſtinguit. Nonnulli aliquid Camphoræ adiiciunt, vt prius ſoluatur in iiſdem, poſtea ad illinendum vtuntur. Huius mirabilem vſum ſæpe deprehendi. *Spiritus ſalis Ammon.*

3. Eſt aqua Antipodagrica Rulandi: *Aqua Antipodagrica Rulandi*

℞. *florum Chamomillæ,*
*meliloti an. M j.*

Merc. ſublimati ℈ij, coque in aqua ſimplici. Huius aquæ colatæ æqualem portionem M. cum ℔iiij. aq. mortuæ, quę eſt aquæ fortis qua vſi ſunt Aurifabri in ſeparationibus, Aq. fort. recentis ℥ij, ſucci ſeu decocti myrtillorum (℥ij) q.ſ. ad colorationē. Vtere ceu patet ex curationibus (durat aliquot annos aq. mortua ; *iſt gebraucht Scheide VVaſſer.*)

4. Aqua Antipodagrica, quæ ℞. ſpermatis ranarum menſe Martio collecti circa nouilunium ℔iij, adde ſtercoris bubuli recentis ℔ totidem, M. diligenter & relinque per diem vnum, poſtea deſtilla & ſerua. Calidiuſcule membris affectis applica, confeſtim ſedat dolores: felicius operabitur, ſi addatur aliquid ſp. vitrioli aut ſtercus vaccæ cum

V

mellis ℥ij, Cataplaſmatis loco imponatur, præſertim in podagra frigida.

5. Oleum petroleum, in quo radices Ellebori incoxerint, præſentiſſimum eſt in doloribus podagricis ſine rubore & vehementi tumore (alij vocant podagram à cauſa frigida) ſubito ſiſtendis. Vbi induciæ factæ ſunt cum morbo, ſi ita neceſſitas exigit, purgantia tandem commodius (vomitus hic non eſt neceſſarius) locū habere poſſunt, qualia fuerunt ſupra; præſertim ſi puluere ſpecifico Arthritico vtendum ſit, is per aliquot dies iuſta doſi ʒß, in brodio vel etiam aqua iuæ ſumptus impuritates tartareas mobiles, cauſantéſque nempe paroxyſmos è corpore educit. Sępe vidi in hoc caſu pilulas Antimoniales per ſeceſſum ſolum purgantes, ſemel duntaxat ſumptas multum profuiſſe. Eiuſdem facultatis eſt Arcanum Corallinum per Crollium deſcriptum. Omnibus his præſtat ſpecificum purgans Paracelſi ſæpius vrgente neceſſitate datum. His omnibus peractis, ſi quæ impuritates craſſiores adhuc in corporis habitu reſiduæ fuerint, eæ deinceps mundificantibus, ſi vires & facultates patiuntur, expellendæ ſunt. Inſuper etiam ad diaphoretica deſcendendum. Diaphoretica ſupra proprio titulo propoſuimus. Sunt nimirum in eo genere ſpecifica, tum tinctura Antimonij, tum pilulæ Antimoniales podagricæ, deſcriptionem vide in libello Rhenani Solis è puteo emergentis tractatu poſtremo p. 18. & 19.

*Tinctura Antimonij.* Tincturæ præparatio hæc eſt: ℞. mineræ Antimonij ℔iij. iiij. v. (minera Vngarica præſtat) in defectu mineræ Antim. crudum locum ſupplere poteſt, tere minutiſſime, ſuperfunde aquam calcis

viuæ

Vide Ragerium Bacchonium de oleo Antimonij dulci.

Tinctura porro Antimonij ( appoſita candela lucet noctu inſtar Carbunculi) vel dicto modo ſaltem leniter extracta, vel deinceps per multa cohobia cum ſp.Vini in nobiliſſimam Eſſentiam exaltata, contracturam ex podagra in articulis externis cauſatam feliciter curat, ſi obſeruandis ad legitimam nempe diętam pertinentibus & corpus mundificantibus (NB. In hoc caſu pilulæ Antimon. per ſeceſſum tantum purgantes maxime cō-mendabiles ſunt)quotidie vel alternis dieb.gut.(5. vel 8.de tinctura ſimplici,ſed gut.j.de tinctura exaltata in diaphoretico in peracutis vel mixtura ſeu in aurora exhibeantur, & ſudor vel in lecto vel in laconico prouocetur ( id quod in declinatione cō-tracturæ cum ſpir. Vini tandem feciſſe expedit)& contractura nulla reſiſtit arthritica.

Ad externam curam Podagræ Tophaceæ, ſed non admodum inueteratæ, præmiſſis præmittendis alioquin ad podagræ tum diæteticam tum therapeuticam pertinentibus,de quibus hactenus,externa auxilia accerſenda ſunt, quæ nempe duros iſtos nodos tanquam morbos compoſitionis ab internis medicamentis difficulter reſolubiles penetratione ſua reſoluant,& quod in articulis heterogeneum eſt, eliminent. Vbi igitur nodoſitates admodum inueteratæ non fuerint, vnice hoc Emplaſtrum commendatur, quod præter ſedationem dolorum etiam ex articulis tophaceam materiam ſeu ſulphur coagulatum cute leniter aperta reſoluendo extrahit. Emplaſtrum tale eſt:

℞. *Vitrioli Romani*

*ſeu*

*ſeu Vngarici,*
*Aluminis rochæ an.* ℔ß.
*ſalis* ℥iij.

Hæc omnia coniunctim calcina in Catino terreo euaporando ſaltem, donec ſpirit. etiam exhalare inceperint, quibus odore perceptis ſtatim ſubſiſte à calcinatione & refrigeſcant omnia, pulueriſentur. Huius & pulueris ex farina hordei ℞.an.q.pl. Miſce cum fæcibus Vini adinſtar pultis, quam ſuper laciniam more ſolito ad ſpiſſitudinem cultri extenſam applica ad locum affectum & relinque. Exſiccatum denuo cum fæcibus vini diſtempera & apponendo ſic perge, donec primum dolor omnis cōſumtus, poſtea etiā ex articulis ipſis contortis omnes tophi abſumti fuerint. Interim fit ſæpe, vt ſimul cutis, præſertim vbi verrucæ & ſcrophulæ in articulis apparuerint, hoc modo aperiatur, id quod formidandum haud fuerit. Vel nimirum ſponte ſua poſtea vlcera coëunt, vel cera ſaltem Emplaſtri loco ſuperimpoſita viciſſim conſolidantur, ipſis articulis denuo mobilibus & agilibus redditis.

Quod ſi denique nimis inueterata podagra ſeu prorſus nodoſa & tophacea fuerit, ab illa quidem externa cura dolorum mitigatio ſperanda eſt, ſed tamen ipſi tophi vix cedunt, niſi Chirurgia accedat potentior. Tunc igitur hoc modo procedendum fuerit, ℞. Merc.ſubl.Arſen.albi ana q.pl.M. cum aq.fort.& fiat in modum pultis, deinde appoſito prius Emplaſtro Baſiliconis maioris (vel alio defenſiuo aut etiam ſparadrappa) ad locum affectum foraminato, foramini de pulte præſcripta inſtar lentis impone, & ſtatim aliam particulam

Emplaſtri prædicti deſuper, ac relinque aliquandiu, donec cutis bene aperta ſit, ac nonnihil tumoris, ac exinde Eſchara acceſſerit. Hanc cum butyro vel oleo roſaceo emolliendo remoue & attractiuum appone ſpecificum, quod omnes tophos coagulatos in aquas reſoluit & extrahit, etiam aliquando ſponte caſuras inſtar calcis ad parietes incruſtatos; ceſſantibus poſtea fluxibus locus viciſſim eſt conſolidandus cum conſolidantibus & epuloticis vulgaribus.

Attractiuum Emplaſtrum tale eſt.

℞. *Lithargyri,*
*lapidis Calaminaris,*
*ſuccini,*
*magnetis an.* ℥ij,
*pulueriſata omnia tenuiter coque in olei lini* ℔j ß,
*Ceræ* ℔j,
*terebinthinæ* ℔ ß,
*Vernicis* ℥iij.

Coque inquam aliquandiu, donec inſpiſſentur, adde poſtea gummata ſequentia vulgari modo in acet. ſoluta & colata viciſſimque opopanacis,
*ſerapini,*
*Galbani,*
*Bdellij,*
*ammoniaci an.* ℥j ß.

ebulliant leniter, in fine, adde de pulueribus maſtichis,
*thuris,*
*myrrhæ,*
*aloes hepaticæ an.* ℥j.

diligenter moue ſpatuſa & tandem malaxando in Magdaleones redige, prædictoque vſui ſerua.

His

His modis infelix podagra proſpere & facile curari poteſt, modo omnia prudenter & legitime fiant.

In externa cura Tophorum ſæpius mundificantia doloreſque mitigantia ſunt vſurpanda, inſuper ſudores à ſuperioribus diaphoreticis prouocandi. Et hæc eſt gemina illa cura, qua 24. ægros nobiles & ignobiles nullo alio remedio adhibito me curaſſe affirmare certo certius poſſum.

## ARTICVLORVM DOLORVM ſpecies.

Articulorum dolor varias in ſe ſpecies includit, Podagram, Gonogram, Chiragram, Homoplatæ dolorem, & Iſchiaticum, Arthritidem item proprie dictam, quæ omnes ſimplicem ſcopum habent, ſymptomatis ſcilicet mitigationem & cauſæ ablationem.

## PODAGRA ET CHIRAGRA.

Vſitatiſſima ſunt podagra & Chiragra, in quarum curatione vnice prouidendũ, vt corpus ſemper mundum ſit, & victus ratio obſeruetur exacta, quotannis ſtato tempore Æquinoctiorum & ſolſtitiorum vbi fluxiones arthriticæ plerumq; fiunt, corpus bene mundificetur auferendo tum plethoram, ſi quæ adſit, tum Cacochymiam quamcunque ſuis medicamentis idoneis. Imo hæc ipſa euacuatio inſtitui poteſt & debet quoque in principio mali, & vbi ſigna quædam imminentis preſenſerit æger.

Imprimis Extractũ Aſari & Eſſentia Ellebori nigri facta ſecundum artem atque ad conſiſtentiam mellis ſeu pilularum redacta. Electuarium item caryocoſtinum apud Bauderonium, quæ ſemper

ante conſuetum podagricorum tempus, ac imprimis circa dicta aſſumi debent aliquot vicibus quater aut quinquies ſemper obſeruata victus ratione.

Pro potu ſit Vinum Meliſſæ cum rad. Caryopyllatæ infuſum in menſa pro hauſtu primo parce tantum ſumptum. Aut vinum Paracelſi Antipodagricum de quo ſupra de Arthritide.

Cum ſale menſali miſceri poſſunt oſſa humana calcinata in cibis.

Hinc ſtatim ad confortantia & diuretica accedendum.

Inter confortantia principale eſt Magiſterium perlarum Riuerij Regis Galliæ Medici, de quo ſupra. Maxime quoq; in his affectibus proſunt Cauteria ſeu Fontanellæ.

Ad præcautionem prodeſt fugere cruditates, quæ ſi fiant, caſtigandæ vomitionibus, mane, ſi facile vomat, ſin minus longe à prandio.

Nodoſa modo non fuerit Podagra, his medicamentis curari poteſt.

Nodoſa vero præter hæc requirit etiam curam externam de qua poſtea.

Dolor ſeu Paroxyſmus ſi adſit, dictis medicamentis non eſt fatigandus æger, ſed quies imperanda, dolor mitigandus, & ne ad partem affectam affluat materia, præcauendum.

Dolor igitur intra corpus exhibito laudano ſedetur, præmiſſo tamen clyſtere.

Si adſit magna Plethora, vena ſecetur:

Adſtringentia paulo altius à loco affecto verſus partem internam adhibeantur, vt puluis adſtrictiuus aceto & albumine ouorum exceptus, vel aqua adſtrin-

adſtringente, vt Myrtillorum, Centinodij, glandularum Quercus vel Cataplaſmatis ex fructibus acerbis, cotoneis, herbis, pyris, prunis, imprimis ſylueſtribus, ſorbis, quibus addi poteſt farina lentiũ, cum puluere balauſtiæ, Gallarum, roſarum, biſtortæ: aut tantum applicetur Bolus armenus cum lacte & puluere radicis biſtortæ ad formam Cataplaſmatis.

Supra partem affectam refrænantia & dolorem ſedantia imponenda. Communiter nec ſine fructu fit Cataplaſma è mica panis albi, verbi gratia ℔j, temperetur lacte ſuper ignem lentum, ne bulliat, contunditur & reducitur ad formam Cataplaſmatis addendo vitellorum ouorum ℔ij, Croci parũ, calide applicetur. Alij tantum in lacte tepido panem macerant pauliſper & applicant de 5. in 5. horam renouando.

Nos hactenus habuimus in vſu carnem bubulam, cuius fruſtum crudum ſine pinguedine parti dolenti ſuperligauimus, idq; mane & veſperi mutauimus, atque ita feliciter dolorem ſedauimus.

Balſamus Podagricus. *Balſam. Podagricus.*

℞. *Vitrioli ad flauedinem calcinati* ℔ij,
*mellis* ℔j,
*ſilicum calcinatorum* ℔ß.

deſtilletur ſpirit. igne ab initio lento per alembicum in cineribus (nam facile ebulliunt) poſtea fortiori. Ab hoc ſpiritu auferatur phlegma, eum deſtillando ad tertias vſque quæ in cucurbita reſtitant, miſce cum maſtiche,
*Olibano,*
*myrrha,*
*axungia humana,*

*gum. ammoniaco, opopanace,*
*bdellio an.℥ij.*

deſtillentur adhuc ſemel per retortam,cum deſtil-lato miſce æquales partes ſpiritus Vini atque ad vſus ſerua.

Non quoque inutile erit in hoc affectu vel to-tum ſpiritum ſalis cum aqua fontana temperatum, tepide adhibere, cum laciniis duplicatis, vt & o-leum tartari per deliquium ex ſale factum.

*Tophaceam* podagram præter ordinariam cu-ram requirere externa,vide annotata mea inCrol-lium,quæ huc transfer.

## LEPRA.

*Lepra an curari queat?*

An lepra curari poſſit, ſubdubitatum eſt à mul-tis; Elephantiaſin quidem, hoc eſt, lepram inci-pientem vel aliquatenus progreſſam & à ſquam-mis, quas ſubinde in ſuperficie corporis extantes habet, ita dictam, interdum curari poſſe & Dog-matici profitentur & exempla ſeu obſeruationes id teſtantur.

Lepram autem proprie dictam omnibusq; par-tibus confirmatam & abſolutam ſanari poſſe, id eſt, quod pernegant iidem.

Neque vero vel ipſam naturam alicuius defi-cientiæ accuſare licet, quæ nempe poteſtate diui-na ordinata, dum fœta in ſeſe & in mixtis corpo-ribus occultet arcana,quibus dextre cognitis & in præparationem adductis, omnes morbos corpus humanum infeſtantes,quatenus tales ſunt,nec ali-quid extremi in ſeſe continent, curabiles eſſe & credamus & ingenue profiteamur, (de examine Leproſorum vide Foreſtum obſeruatione 7. *lib.*4. *Chirurgiæ*, *de Curatione* vide Iul.Pulmarium in la-

pide

pide philoſophico, capite vltimo. It. cap. 6. de tinctura Baſilij Valentini.) Sic ita lepra curari poſſit; quomodo v. curetur, vulgares præceptiones haud docent, neque & vulgaria auxilia, quantumuis in iiſdem multum ſpei & poteſtatis ſcientibus poſitum, multum videntur præſtare poſſe.

Aurum potabile Philoſophorum, quod nempe vel in ſola illa medicina vniuerſali latet, vel ex ipſo Sole philoſophice per menſtruum mundi ſoluto fit, hos & alios morbos ſimpliciſſimos perfecte tollit.

Tinctura Antimon. ſupra de Podagra deſcripta præſertim exaltata, & in ſummam ſpiritualitatem deducta auro potabili vix quicquam concedit. *Tinctura Antimonij vis.*

Tinctura Corallorum vera & genuina iiſdem viribus pollet. Hæc itaque omnia & ſingula pro curanda lepra ſalutaria ſunt.

Cognitis itaque omnibus ſignis & ex eorũ ſyndrome morbo perfecte cognito, cum iis medicamentis ita procedendum fuerit, vt quia quod vnice deſideramus, in promtu non eſt, aurum nempe Philoſophicum, ita progrediamur, ne extra oleam ipſius methodi extrauagari videamur.

1. Itaque reſoluentia & mundificantia neceſſaria ſunt.

Reſoluentia ſunt omnia illa, quæ alioquin interiores viſcerum obſtructiones ſoluunt, (tartarus vitriolatus) de quibus hactenus ſæpius.

Mundificantia ſunt ſpecificum purgans, Arcanum Corallinum, Mercur. dulcis, pilulæ Antimoniales per ſeceſſum tantum purgantes.

2. Sunt ſpecifica, inter quæ excellit Viridellus vulgaris (vitriol.) cuius quidem præparatio eſt *Viridelli vis, & vſus.*

nulla, ſed totum artificium conſiſtit in dextra exhibitione (valet in quauis ſcabie.)

Mundificatis itaque Corporibus ſic procede: ♃. Viridelli dicti ℥ij, diſſolue in ℔x. vini, poſtea cola, huius vini Cyathum ß. cum potu ordinario (ſæpius in die) qui ſit vel vinum vel cereuiſia (vinum præſtat, quia eſt morbus frigidus) vel decoctum ligni ſaſſafras, Chinæ (decoctum fragariæ aliquid poteſt) vel aquæ communis ſemper exhibe in potu (cura abſolui poteſt Viridelli ℔j.) idque per ſeptimanas 3. aut 4. continua.

Interdum ſudores moueantur (ſi initio difficulter erumpunt, Ergo quacunque ratione prouocentur etiam per Laconicum ſp. Vini ſcabies ſponte decidit) à diaphoretico in peracutis vel potius cũ tinctura Antimonij videbis perfectam ſanationẽ (interdum purgantia repetantur pro ægri & morbi natura.)

Cæterum ſpecificum Viridelli crudi non ſeparati, nec in alia Eſſentia medica diuulſi hoc præſtat, neque tam adhuc manifeſtum eſt, an ex aliquo principio (vitriol. viride Vngaricum plurimum habet ſulphur) & ex quonam hæc proprietas dependeat. Veriſimile eſt à ſulphure id proficiſci, quod in vitriolo excellens eſt, proxime accedens ad naturam ſulphur. Antimonij, ex quo Tinctura illa hactenus ſæpe dicta paratur. Quod ſi vitr. ſulphur. volatile ſeu Embryonatum paratum fuerit (vide quæſt. 8. Theorem. tractatu de opio meo) id quod oſtenſum eſt in præparatione ſulph. vitr. narcotici (fixi) idque per ſe ſine additamento ſublimatum (*in einem nidrigen kolben* paulatim injiciendo ſulph. alembico ablato, rurſusque ap-

*Eſſentia ſulphuris vitrioli.*

poſito

poſito) vt relinquat omnes ſuas fæces & poſtea cum dimidia parte ſalis vitrioli puri mixtum, & per retortam igne ſuppreſſionis extremo loco dato, deſtillatum fuerit, in oleum rubrum tranſit, cui ſi admiſcueris aliquid acet. deſtillati, deſcendit puluis ſpadicei coloris & ſpiritus ſalis tart. ſeſe miſcet cum aceto, puluis ille diligenter edulcoratur aqua frigida, poſtea cum ſpiritu Vini extrahitur in loco calido (vaſe clauſo) & dulciſſima eſſentia ſulphuris vitrioli, tandem (ſi per 8. dies ſteterit) ſupernatat in forma olei, quam etiam à ſpiritu Vini ſepara & ſerua. Hæc dulciſſima ſulphuris vitrioli eſſentia æquipollet viribus ſuis Tincturæ Antimonij & mirabiles effectus vitriol. dulce facit. Doſ. à ℥ j. vſque ad iiij, in aqua meliſſæ, noxios humores totius corporis expellit, Venerem ſtimulat, vterum rectificat, eiuſque motus inordinatos ſiſtit, & in vtroque ſexu prolificam vim ſeminis ad liberorum generationem operatur. In aqua Petroſelini idem pene præſtat, ſed inſuper hydropem curat perfecte. Vſus autem iſtius eſſentiæ aliquandiu continuandus.

*Vires inſignes ſulphuris vitrioli*

Poſt abſolutam curam ſolet quandoque ſcabrities cutis moleſta remanere: Sic enim poſteaquam ex centro ad peripheriam noxa per nobilia illa medicamenta inſenſibilibus tranſpirationibus fuerit extruſa (ex ſale aluminoſo ſtyptico) ſponte quidem ſua tandem omnes ſquammulæ & ſcabies decidit.

Nihilominus tamen exterior cutis durior ſcabra remanet. Hanc deinceps inſeſſiones ex mollificantibus paratę mitigant & emolliunt, perfectiſſimam autem & abſolutiſſimam læuigationem

cutis à balneo præſtat inunctio cum oleo viperino vel colubrino (cutis viperæ vel colubri adjiciatur, habet ſignaturam morbi) confirmata eſt hæc curatio in tribus primariis perſonis.

## ELEPHANTIASIS.

Elephantiaſis in habitu ſi ſit, quia partium ſubſtantia læſa, & quaſi vniuerſali cancro infecta, curari nullo modo poteſt, ſi vero incipiens ſit, nec cum ſemine à parentibus propagata in filios, omnino curabilis eſt.

Quare inſtituta victus ratione humectante purgetur ſtatim æger Cholagogis. Eccoproticis, caſſia, Carthamo, diaſebeſten & aliis, & ſi indicantia permittant, vena ſecetur.

Deinde coquatur humor iis medicamentis, quę ad melancholiam incidendam & iecoris lieniſque obſtructiones tollendas præſcribuntur. Hinc ea quæ humores tales educere poſſunt, offerantur, cõtinuatis ſemper per 3. dies purgantibus: vtatur per alios 3. Apozemate aperiente, præparante & iterum purgetur, idque toties, donec corpus optime purgatum ſit, & ab omni Cacochymia liberum, ſępius oblato etiam Merc. laxatiuo, & Merc. cum ſole, quo facto ad ea, quæ hepatis intemperiem emendant, accedendum, ad frigida ſcilicet hepatica & ad appropriata.

Hinc ad ea, quæ in ſuperficie corporis exiſtentem malorum humorum abundantiam, cauſam mali exiſtentem expellunt, progrediendum.

Quibus omnibus palmam præripit præſcripta ſequens Viperarum præparatio, de qua etiam ſupra de Phthiſi. ℞. tres vel quatuor viperas abiectis inteſtinis, reſeruato corde, hepate & capite excoriatas

riatas,inde ollæ vitreæ, quam ſuperius cum ſuo operculo claude,relicto exiguo in medio foramine, adhibe ad ignem Carbonum lentum ollam,donec humiditas in ipſis excedens exhalet, & exſiccentur, vt in puluerem comminui poſſint: aut idem commodius fiet in furno vel arena.Huius pulueris

*℞. ℥ij radicis angelicæ,*
*Valerianæ ana ℥ß.*

ad ℈ij vel ʒj,additis gut.ij.ſp.vitrioli, quo aſſumto æger in lecto ſudet.

Huic ſuccedere poſſunt trochiſci de vipera à ℈ß ad ʒj. It. preparatio Viperina ſaccharina Quercetani in trochiſcos redacta,vel etiam Bezoardicum animale.

Potus ſit emulſio ſeminum melonum, citrulli cum decocto ſarſæparillæ,ita vt in ℔xij, aquæ coquatur ℔ß,ſarſæparillæ.

Sæpius quoque in die aſſumat Alcohol ſerpentum cum ana ſacchari miſtum.Opiata ex illo cum conſerua roſarum, corticum citri & florum nymphææ cui addantur gut.aliquot auri potabilis Anglici, aut ſæpius exhibeatur Mithridatium cœleſte Quercetani.

Poſſunt quoque interfici Viperæ in Vino & illud vinum propinari, vt. aliquot viperæ in vitrum capax indantur & ſuperfundatur ſp.V.ſiue vinum ardens & in ipſo relinquantur dies 8. Hinc extrahantur. De hoc vino vel per ſe vel cum aliis miſto capiat ſæpe in die: imprimis mane & veſperi,toto curationis tempore æger à ſale abſtineat.

Aliqui curationem hoc modo promittunt:poſt euacuationem vniuerſalem & particularem totum corpus inungatur ſequente Vnguento:

℞. *Terebinthinæ claræ* ℥jß,
*vitellorum ouorum N°* vj.
*Miſce: poſtea adde ceruſſæ ſubtiliſſime puluer.* ℥jß,
*affunde acet.* ℥ijß.

M. & F. Vnguentum: Eo inungatur corpus, ne quid maneat cuti adhærens; cutis abluatur lacte. Hoc vnguento inungatur totũ corpus bis vel ter; poſtea ingrediatur Balneum ſiccum: poſt priorem inunctionem in Balneo apponendæ ſunt Cucurbitulæ brachiis, humeris & ſupra genua. Et cum ſequente Vnguento inungendum erit totum Corpus die vna, die ſequente cum præcedenti, & ſic progrediendum, donec omnis ſcabies & furfures ſublati, & remanebit cutis humida & arida, & tũc plus olei laurini addendum ſequenti vnguento, atque corpus vt antea iterum inungendum. Vnguentum tale eſt.

℞. *rad. Elenij* ℥ij,
*althea* ℥ijß,
*pinguedinis porcin.* ℔jß.
*lithargyri auri,*
*maſtichis,*
*olibani,*
*ſarcocollæ,*
*myrrhæ,*
*aloes hepaticæ an.* ℥ij;
*ol. Chamomillæ,*
*anethi,*
*laurini an.* ℥ij,
*terebinthinæ* ℥j.
*ſtyracis liquidæ,*
*butyri recentis an.* ℥iij,
*Mercur. ſublim.* ℥iij.

Cer

Ceræ q. ſ. F. ſ. a. Vnguentum. Poſtea

*♃. huius Vnguenti,*
*& ol. laurini an. ℥iiij,*
*ſtyracis calamitæ ℥j.*

M. & cum hoc inunge totum corpus, ſi minus fortiter, adde plus olei laurini ad libitum. Si adſit tinea, euellendi capilli.

Si morbus eſt diuturnus per duos annos ſequentes, Vere & Autumno ſemper optime purgandum corpus, & ſi aliquid renaſcitur in aliquo loco, inungendus eſt locus Vnguento dicto poſteriori.

## LVES VENEREA.

Lues Venerea (frater Baſilius Valentinus qui vixit tempore Maximiliani, appellauit *die newe Krieger Kranckheit*) niſi manifeſtiſſime tuberculis & puſtulis hinc inde toto corpore, præſertim vero circa frontem, obſcœnas partes & ad femora præſertim verſus genua prorumpentibus ſe prodit, ſæpius occulta eſt, facileque imponit, ne vel recens recte curetur, vel inueterata difficulter cedat.

Accurato itaque iudicio opus eſt, quod vnice dependet ex confeſſione ipſius patientis (medicus in interrogando ſit πολύτροπος, ne æger diffidat.) Præter enim illos manifeſtos gradus, quos Fernelius 4. diſtinxit, plures ſunt propter communia cũ aliis morbis ſymptomata, vix in cognitionem peruenientes. Eos omnes & ſingulos indicabit concubitus contagioſus, vel cum ſcorto infecto patratus. Eius itaq; ſi conſcius fuerit patiens, vtvt ſymptomata fuerint communia, nihilominus ſi omnia recte fieri debeant, non aliter quam à Lue Venerea infectus patiens tractandus fuerit.

*Signa lue Venerea infecti.*

Conſtante itaque hoc Canone 1. ſi quis dolores in coxis, humeris & mediis artubus habuerit, neutiquam aliis externis apparentibus ſignis, infectus tamen credendus eſt. 2. Si quis ſerpigine, Lichene infeſtatus inſuper Mariſcas ani, puſtuloſam ſcabiem in cute corporis, colli vel capitis haberet, nec tamen infeſtaretur doloribus artuum, ſi canonem generalem fatetur, eadem cenſura cenſendus. 3. Si condylomata, Mariſcæ, & hæmorrhoïdes cæcæ anum vel partes obſcœnas poſſiderent, doloribus artuum vel nullis vel aliquibus præſentibus, modo canonem generalem ſuppleat, ab infectorum numero non excludendus eſt. 4. In viuaciſſimo alioquin corpore, ſi Verrucæ informes & grandiores, præſertim in manibus, It. ad labia & in pedibus prominerent & Canon hic locum haberet, vtique ab infectione immunem haud iudicabis. 5. Si quis Cambuca laboraret, aut poſt coitum ductus virgæ tumoribus obſtrueretur cum calore & inflammatione, aut ſi vlcus penis poſt priora pateretur ſiue doloribus artuum & capitis vexaretur ſiue ſecus, non poterit non numero Gallicanorum accenſeri. 6. Si quis bubonibus diuexatus, prætereaque ſcabioſus circa pudenda eſſet, neque tamen dolores artuum pateretur, vel etiam iiſdem infeſtaretur, & Canoni priori nomen dediſſet ſuum, haud liber ab infectione pronunciari poſſit. 7. Quanquam hæc omnia locum non habent, & corpus abſolute purum apparet: In interluniis vero aëriſque & tempeſtatum viciſſitudinibus, in extremitatibus corporis, manibus, pedibus, imo etiam in capite, doloribus impetitur, nihilominus vbi ſe ſemel confeſſionarium

ſium præbuit, huius morbi primordiis initiatus habetur.

Ab his ſignis & certis indiciis aliqualis infe-ctionis multum ſitum eſt in probe cognoſcendo tempore durationis. Hinc igitur morbus recens aut nouiter contractus ab inueterato rite diſcer-nendus fuerit, ille breuiorem prætereáque facilio-rem: hic longiorem & artificioſiorem curam re-quirit. Vtraque fundamentum & baſin collocat in Mercurio ſeu argento viuo rite recteq; parato, o-pus tamen eſt vehiculis, quæ ſuppeditabunt deco-cta ligni Guaiaci, radicis ſarſæparillæ, (ſarſæparillę capillamenta ne abjiciantur, ſunt nimirum virtutis maxime) radicis Chinæ, ligni ſaſſafras, decoctum, ſcobis ligni querni in his locis pauperibus maxi-me profuit, interdum plus quam lignum ſanctum.

*Nota.*

Aqua Perſicariæ extremo Menſe Septembri & Octobri collecta & deſtillata per alembicum ab innata quadam proprietate plurimum prodeſt) vi-de Platerum de defœdatione cutis. It. medullam deſtillatoriam de ſyrupis & ſpiritibus.)

Recentem infectionem vnius anni ſic curabis: Exhibe 1. Mercur. dulcem à ℈xvj. ad xx. & xxx. idq; 2. vel 3. diebus continuo fac, ita tamen, ne ab initio doſis auctior ſed remiſſior ſit: poſtea in decoctis vſualibus hydrotica vſurpentur, ſi opus fuerit. 2. Mercur. dulcis impuritates corporis educet, ac tandem iterum ad hydrotica redeundum.

Hydrotica ſunt ſp. Guaiaci, mixtura ſimplex, a-qua Theriacalis Crollij. It. Perſicariæ arcanũ, diæ-ta, ſal eſt conſeruator Balſami noſtri, male ergo in Lue Gallica infectis Medici vulgaris ſalis vſum

prohibent. Æſtate, horis meridianis ſcilicet poteſt ſe æger aëri committere.

Si morbus inueteratus plane fuerit, hæc leniora locum habere nequeunt, præſertim ſi ſymptomata vrgentiora valde moleſta ſint, ipſumque corpus vndiquaque à morbo ipſo, tamen non prorſus, deuictum.

Hic itaque purgationes Mercuriales maxime locum habent.

Quinimo ſudores nonniſi à Mercurialibus fixis vel in ſpiritum actis excitari debent.

Principem locum inter purgantia tenent Merc. Sublim. Crollij. It. Arcanum Corallinum, (purgantia ἄνω ϗ κάτω, Vomitus nimirum omnis neceſſarius eſt pro ſaliuatione faciliori.)

*Nota.*

In inueterata Lue, quemadmodum purgationes per Merc. tantum ſunt inſtituendæ, quæ nempe nõ ſemel atque iterum, ſed interdum diebus 3. aut 4. continuis peragendæ (progrediendo quotidie à doſi minori ad maiorem) ita vt ab exhibitione eiuſdem ſaliuatio (in ſaliuationibus ægri nonnunquam ſe peſſime habent, ſed res in vado, ideoque Medicus bono ſit animo)(ſiue ſponte ſequatur, ſiue vlterius prouocetur, quæ inſtar certiſſimi ſigni (ideoque non inhibenda) eſt habenda futuræ ſanitatis(in ea nimirum curæ Cardo.) Ea igitur prudenter obſeruanda, promouetur illa, ſi fiat maſticatorium ex maſtichis pulu. ℈j & granis aliquot, puta à 3. vſque ad 8. Merc. Sublim. dulcis cum melle in paſtillos formatis & maſticatis (vix maſticetur vltra 8. horæ.)

Quo ſigno habito purgationes deinceps ſunt omit-

omittendæ (non tamen ante dies 4. licet primis diebus ſaliuationem promoueant) & ſolum excoriationi oris, gingiuarum & linguæ proſpiciendū (victus ſit deglutitionis facilioris, verbi gratia, iuſcula & nutritiua ſuperdata, acria euitentur) cui ſane Gargariſmus ex ſolo ſale & aqua communi factus inſeruit, quo identidem & ſingulis horis os colluendum eſt calide atque ita pergendum.

Prouide tamen proſpiciendum eſt, ne fluxus ille ſaliuationis cito reſtinguatur (NB. Gargariſmi adſtringentes in ſaliuatione medentur) quod verendū haud fuerit, ſi Gargariſmus prędictus continuo in vſum trahatur, qui tantū abeſt, vt fluxum illum impediat, vt potius promoueat. (ne ſaliua in ſomno deuoretur, nodulus ſtrophioli in muria tinctus dentibus interſeratur, vt ita hiatu oris patente, colluuies liberius effluat) ad cuius ſpontaneam ceſſationem, ſi ſymptomata euidentiora etiā ceſſarint, probe quidem cura peracta eſt, ſin minus, aut prędicta Mercurialis mundificatio repetenda, ac ſaliuatio inſtauranda, aut ad diaphoretica tantum ſed Mercurialia progrediendum.

Diaphoretica Mercurialia ſunt duo (ſpiritus Merc. rubeus, ſpiritus Merc. ſimplex) albus & rubeus vterq; fit ex Merc. Sublim. ſed diuerſis operationibus. Illud eſt huiuſmodi, ♃. Merc. Subl. puriſſimi ſeu Cryſtallini part. j. terræ rubræ argillaceæ part. iij. pulueriſetur Merc. tenuiter, deinceps miſce illū cū prædicta terra, ita tamē, vt cū aq. cōmuni fortiter inuicē agitata miſceantur & in vnam maſſam tranſeant. Ex hac fac globulos, luſoriis non abſimiles, & exſicca diligenter in vmbra, nō in Sole. Hinc ex retorta vitrea (recipiente non admo-

*Spiritus Mercurij albus ſeu oleum Mercurij album.*

dum magno, ſpiritus nimirum paucus nec validus) per arenam & ignem ſuppreſſionis horis 2. (ſed paulatim) pelle ig. fortiori, & prodit elegans ſpir. Mercur. in fine ſublimabitur quidem nonnihil de Mercurio reſiduo, quod tandem operatione hac finita collige, & cum recenti terra rubea miſce, in globulos forma & exſicca, exindéque deſtillatione conſueta ſpiritus vrge, idque aliquoties repete, donec totus Mercurius ſublim. in liquorem (ſaporis ſubacidi) abierit, quem in vaſe probe clauſo mundo ſerua, nec vnquam vires perdit.

*Spiritus Mercurij rubeus ſeu oleum Mercurij rubeum.* Rubeus ſpiritus vel oleum rubrum Mercur. eſt eiuſmodi. ♃. argenti viui puriſſimi ſublim. q. v. tere ſuper marmor in puluerem impalpabilem, quē cum limatura Martis ana pone in tabula vitrea (*ſeluuer Tafel*) in locum humidum & aliquot ſeptimanarum ſpatio (in Maio, Iunio & Iulio) in cella frigida reſoluetur in oleum flauum, quod diligenter collige. Ex reſiduo capite mortuo (ex fæcibus non calcinatis) ſine igne (alias nimirum euaporet) ſal extrahitur. Vt ex Mart. & Merc. extrahe ſal. beneficio aquæ communis, illúdque viciſſim coagulatum cum oleo iunge, & fiet id aurei vel Crocei coloris, coagiletur. Hoc oleum cum ſale ſuo deſtilla ex cucurbita humili (*flaches Kolbichen*, vaſa quo humiliora eo meliora) in arena donec aq. clara aſcendat, qua protinus deſtillata ignem auge & aſcendet rubedo in alemb. inſtar Croci, quæ partim per roſtrum Alemb. (hoc non ſit nimis longum) colligenda, partim hæret in alembico inſtar butyri. Vrge itaque deſtillationem igne fortiori, donec nihil amplius in alembicum aſcenderit. Vaſis refrigeratis alembicus aufertur

& in cucurbitam phlegma prius deſtillatum funditur, ita vt quicquid rubedinis ad ſpondilia eiuſdem fuerit ſublatum, poſſit cum aqua iſta ablui & quod in fundo reſtiterit, iungi. Quo facto Alembicus denuo apponitur & repetitur ſeu reſtauratur deſtillatio prior. Vix incaleſcente Alembico à ſubtiliſſimis vaporibus, illud quod continebatur in alembico, paulatim liqueſcit & per roſtrum rubicundiſſime exſtillat, ſummo ſtudio colligendum cum prius deſtillato oleo rubro. Quod ſi porro nihil amplius rubedinis exſtillare poterit, remoue excipulum, & in alio phlegma veniens, veluti in prima deſtillatione factum, collige, quo identidem collecto rurſus auctiori ig. gradu rubedo eſt colligenda, quæ partim rurſum exſtillat, partim in alēbico detinetur, tot vicibus deinde prouocanda, quot opus fuerit.

Vtriuſque Diaphoretiti magnus eſt vſus, imprimis vero rubei, cuius g j vel ij. in aqua theriacali miſtura ſimplici in ſpiritu Guaiaci cum debitis vehiculis (decocto Chinæ) imprimis vero in aqua perſicariæ (ſi placet, interdum addatur aq. Tabaci) exhibitæ per ſudores omne expediunt quodcunq; in corpore noxium, haud cedit aliis medicamentis: puſtulæ ſponte cadunt, tubercula minuuntur, dolores ſopiuntur, ac vlcera fœtida manantia exſiccantur & conſolidantur.

Quod ſi autem contumaciſſima fuerint, leni illinitione ac plumaceolo forinſecus tacta, felicius curantur. Huius olei vſus eſt alius in putridis & fiſtuloſis vlcerib. altis: It. in capite valde infecto. Vix nimirū ſemel atq; iterum eodem oleo tacta, & aliquando ſudoribus prouocatis per idem paulo poſt curantur feliciſſime.

Nulla Lues adeo firma,quin hiſce cedat, modo vires conſtent,quæ ſemper requiruntur,ſudori ſufficientes.

Spiritus albi vſus eſt idem,ſed effectus remiſſior, niſi ſubinde continuatione quadam malum ipſum ſuperetur,& tandem omnia miteſcant.

Ab hiſce igitur hactenus enumeratis Lues Venerea etiam inueteratiſſima facile curatur, modo omnia recte correſponderint, vt exinde Medicus de ſymptomatum moleſtiis haud anxius eſſe poſſit vel debeat.

Nonnunquam vero à morbo Gallico non bene curato relictæ reliquiæ, tanquam ſymptomatum ſoboles altius infixa etiam ſubſidiarias manus medicas & quidem non ſegnes, ſed curioſas poſtulāt. Hic itaque vbi facto opus fuerit, aut prior methodus reuocanda, aut alia in auxilium accerſenda.

Ex multitudine nimirum & frequentia τῶν βοηθημάτων ſæpe Medicus partim vt recte faciat, partim vt patientem honeſte fallat,inſtructior ſit, nec poſteaquam vulgaria ceſpitare viſa fuerint, temere declinandum, ſed conſultius pergendum: quin imo ſæpiſſime intromiſſus inquilinus hoſtis inducias non fert, quin præſentes manus auxiliares natura deſiderat, præſertim vbi fluxiones malignæ frequenter methodum medendi inuertunt, aut noua ſymptomata pariunt: Sic dolores lancinantes: It. vlcera præſertim faucium & colli, tumores quoque & calli ſeu nodoſitates, tophi,adeo altas radices egerunt, vt à feliciſſimis Deorumque quaſi manibus expugnari non potuerint. Quod vbi vſu venerit præter iam ſemel atque iterum inſtitutam curam,imo interdum in curſu ipſius curæ

& alia

& alia ſunt accerſenda auxilia, de quibus egimus ordine.

Dolor capitis ſæpenumero in inueterata Lue à medicamentis haud euincitur. Sic artuum dolores ſæpiſſime recrudeſcunt.

Quamuis autem etiam aliud oleum Merc. in eiuſmodi caſibus maximopere proſit, fluxiones Venereas ex capite & aliis ſubiectis partibus tollat, nihilominus externa quoque ſunt accerſenda.

Oleum Merc. Diaphoreticum.

Oleum Merc. dictum ſic fit: ♃. Merc. Sublim. puriſſimi q. placet, pulueriſatus ſoluatur ſuper tabulas ſtanneas (*Zinnern Blech*) hoc eſt, ferreas ſtanno obductas per deliquium, ſolutio deſtilletur ſp. V. tantiſper (ſcilicet cohobando ſæpius) donec ſpiritus aceſcat, quem ſerua. Doſ. à g ij ad vj. in decoctis vel vehiculis appropriatis. *Oleum Mercurij Diaphoreticum.*

Externa ſunt Emplaſtra, quale eſt illud Magiſtrale Vigonis de Ranis: nobile eſt illud, cuius mẽtionem facit Platerus in Obſeruationum lib. 3. de Defœdatione pag. 679. Hoc Emplaſtrum ſupra alutam extenſum, capiti raſo applicandum eſt, & geſtandum, donec dolores remittant: ſæpius tamẽ renouandum, quandoquidem propter madorem, quem extrahit ex capite, nonnihil vitiatur. Similia Emplaſtra videantur apud Practicos. Hæc autem Emplaſtra etiam doloribus artuum ex Lue Venerea maxime conueniunt.

Balnea quidem apud Rulandum centuria 10. Curatione 2. parum iuuant.

Cauitates porro faucium cum excoriatione & Vuulæ amiſſione, quanquam vlcera inuadunt maligna, & ad narium vſque amplitudinem pertin-

gentia, ea non niſi è fluxionibus perpetuis & malignis redduntur fœtida cum ardore & magno cruciatu.

Horum Curas à medicamentis internis quandoque perfici deprehenſum eſt; ſæpe tamen poſt multa tentata remedia interna nihil perficitur.

Hic maxime commendantur Gargariſmi & linimenta alia. Præſtantiſſimus eſt Gargariſmus ad affectus oris deſcriptus, qui mundificat, & exſiccat.

Quod ſi nec ſic quidem aliquid perficitur, aqua viridis eodem loco tradita cum penicillis vel cum goſſypio ad faucium cauitates eas madefaciendo & tangendo, exulcerationem funditus mundat & egregie ſanat.

Interdum tam maligna ſunt, vt hiſce non cedant, præſertim ſi profunda ſint, & ad oſſa palati peruenerint.

*Aurum ſolutum.* Præſtantiſſimum eſt Aurum ſolutũ hoc modo.

℞. *Salis fuſi,*
*Salis purificati,*
*Salis rochæ ana* ℥j.

adde dimidium libellum Auri foliati, tere inuicē prudenter imbibendo cum guttis aliquot ſpir. vitr. & diutius in marmore tere: poſtea ſuper hãc mixturam in cucurbita parua funde ſp. Vini ad ſupereminentiam 2. digit. relinque aliquandiu in cineribus vaſe probe obturato, poſtea parumper ebulliat, vt ſalia ſoluantur, ſpir. vero flaueſcet. Poſtea euoca ſpiritum Vini per alembicum ad ſiccitatem, affunde recentem ſpiritum vini & viciſſim digere in cineribus, atque ita ſpir. vini Aurum foliatum ſoluit, & ſalia relinquit in fundo. Hanc extractionem poteris ſecundo atque etiam tertio repetere

petere, donec nempe Aurum plane ſolutum & extractum ſit. Extremo deſtillando euoca ſp. Vini ad ſiccitatem Auri, cui affunde ſpiritum Terebinthinæ clariſſimum ad ſuperemin.j. vel alterius digiti & relinque per 8. dies in loco calido, donec nempe Aurum omne ſolutum ſit. Hoc Auro ſoluto tange cum bombace quotidie bis locum affectum (initio rodere videtur, ſed paulatim ceſſat.) ac inſuper vtere Gargariſmis,& videbis curationem ſperatam. Eadem ſolutio & Extractio ſolis valet in vlceribus externis nullam ſanationem recipientibus(Merc.habet inſignem vim incarnatiuam.) Idem præſtat oleum commune, in quo Mercur. ſublim. rubeus ebulliendo fuerit tranſſumptus, & ipſum oleum tandem nigerrimum euaſerit.

In tumoribus Gallicanis,Tophis & nodoſitatibus oſſium ingentibus & acerbis doloribus plerumque noctu vehementer affligentibus Emplastra quidem ſupra enumerata multum proſunt.It. Platerus parte 3. praxeos p. 505. nonnulla recenſet elegantia. Eſt tamen præſtantiſſimum quod ſequitur:

℞. *Vnguenti aurei officinalis* ℥iij.
*Merc.ſublim.* ℥j.

M. & cum panno lineo tumoribus ſuperimpoſito per vnum atque alterum diem: locus tamen tophaceus prius cum Vino rubro lauandus eſt, ſic feliciter cedunt. In valde tamen antiquis tumoribus diutius pergendum,ſed tamen non cum applicatione in forma Emplaſtri, ſed tantum inunctione quotidiana bis vel ter.

Abſumptis doloribus & tumoribus locus affe-

ctus deinceps fouendus eſt linteo butyro non ſalſo inuncto, & ex vino loto, ſic non tumor tantum abſumitur, ſed omnes humiditates vitioſæ ex toto illo membro tuberoſo extrahuntur, deinceps vix vnquam aut raro recrudeſcentibus eiuſmodi tuberoſitatibus (ſi tumor hic non cedit, aperiatur ille, exprimatur, mundificetur) Exemplum habui in nobiliſſimæ fœminæ brachio.

Cutis defædatio externa eſt multiplex, ſunt puſtulæ, Veſiculæ, Verrucæ, ficus, ſcabies, ſerpigines, lichenes, & aliæ ſpecies variæ innumerabiléſque, quæ hanc varietatem ſortiuntur pro ratione ſubiectorum.

Extra nimirum controuerſiam eſt Luis Venereæ in externo habitu corporis tot ſpecies reperiri, quot pene ſunt indiuidua: veneno nempe ſeſe humoribus corporis ſeu potius cum ſanguine ita diſtemperante, vt quotquot varietates ſalium in ſanguine dominentur, vel etiam lateant, tot etiam diuerſitates extrinſecus appareant, effloreſcentia nempe tanquam fructu dirigente ſeſe ad naturam & ſuæ radicis mineram.

Iſthæc omnia externa vitia cutis cutis internis præſertim Mercurialibus plerumque cedunt & ſanantur. Sæpenumero tamen contumacia morbitá alte radices egit, vt internis medicamentis ad peripheriam corporis pertingentibus quidem, nihilominus ex toto mali mineram in habitum corporis tranſplantatam, ibíque radicatam auerruncare nequeant. Vt itaque in hiſce caſibus ſolertia Medici vbique præſens ſit, ſic procedendum.

1. Puſtulæ & Exanthemata ſic curantur:

*℞. Argenti viui ℥iiij, Argenti ℥ij.*

ſolue

ſolue vtrumq; ſeorſim in aqua fort. ſolutiones poſtea confunde, & ex ſolutis deſtilla in arena aquã igne valido per retortam vel cucurbitam. Liquorem prolectum deſtilla in balneo, donec nihil amplius progredi videatur, liquorem reſtitantem ſerua. Cum hoc liquore tange plumaceolo puſtulas, verrucas, veſiculas ſeorſim quotidie vel ſemel tantum & protinus nigreſcunt & emoriuntur ſalia: relinque ita (non vlterius inungendo) per quatriduum & ſponte cadunt cruſtulæ, quandoque butyro recenti illinendæ, ſi ſponte cadere nolint: Poſt caſum ℞. ſacchari Saturni in aqua roſarum diſſoluti, locum relictum illine, (plumaceolo aliquo, vix nouies antequam ſanentur) cum hac ſolutione & ſanantur lituræ euaneſcentibus ſimul rubeis maculis.

2. Idem præſtat Oleum ærug. per deliquium.

*Oleum æruginis.*

℞. *Æruginis part. j.*
*Salis nitri part. ij.*

M. & in catillo ſuccẽde cum carbone vel papyro, donec deflagrarit, poſtea quod remanſit, ſolue deliquio in cella, aut ingere in veſicam ſuillam, quam diligenter clauſam merge in aq. & cito diſſoluetur (mittatur per bombacem.) Huius vſus idem eſt cum ſuperiore.

Scabies, ſerpigines, Lichenes. It. fiſſuræ in volis manuum & plantis pedum, præcedentibus vniuerſalibus haud exterminabiles tandem ſic curantur optime: ℞. Axungiæ porcinæ quantum placet, M. cum oleo tartari per deliquium facto, donec fiat Vnguentum acre, (quod guſtu deprehendes) Hoc vnguento inunge partes dictas mane & veſperi.

Quod ſi autem hoc Vnguento parum profeceris;loco olei tart. cum axungia porcina miſce oleū vitrioli & fiet acrius. Quod ſi ne ſic quidem profeceris, ℞. Merc.ſublim.℥ß, Coque in aquæ perſicar.℔jß, (aq. plantag. etiam prodeſt) in vaſe terreo vitreato,donec Merc.ſublim. ſit plane ſolutus, poſtea cola & ſerua. Cum hac ſolutione quotidie bis locum affectum inunge ſeu tange , ſanabitur. Vide etiam de hac aqua infra.

*Aq. Mercurialis.*

Eadem ſolutione Hæmorrhoides cæcæ,mariſcæ in ano & obſcænis illitæ exſiccantur & cadunt.

*Nota:*

*Cautela.* Merc. cum ſpir. Vini (quod à quibuſdam Chymicis fieri ſolet)ne inungatur. Hic nimirum Mercurius ſanguinem inflammat,& à locis diſtantiſſimis ad cor defert,vnde ſputationes cruentæ,aliaq; ſymptomata grauiſſima,tandemque ipſa patientis deſtructio.

*Vlcera Gallica.* Vlcera externa à Lue Venerea rectiſſime mundificantur cum ol. oliuarum.( vel oleo papaueris expreſſo , quod eſt par vel melius) ſpir.Mercur.ſublim. rubro imprægnato , vt ſupra : Vel mundificantur cum hoc Vnguento : ℞. Vitellum oui ad duritiem cocti, deinde in ſartagine mellis opt.℥j, liquefac leniter,& miſce vitellum beneficio piſtilli cum melle diligenter , donec abeant in medicamentum ſpadiceum ſeu brunnum,quo vtere;quod ſi idem acrius reddendum fuerit , admiſce ʒj vel ℈ij Merc. ſublim. diligenter. Hoc Vnguentum in vlceribus putridis. It. in fiſtulis Gallicis maximopere vtile eſt & egregie mundificat: quo tamen ita vtendum fuerit, donec omnes partes putridæ fuerint remotæ.

Quod

Quod ſi vero opus ſit vlteriori mundificatione, regrediendum eſt ad prius. Vulgo vtuntur Vnguento Ægyptiaco ſed parum proſpere (propter æruginem.) In his nimirum vlceribus potius corrodendo, quam ſeparando operas ſuas abſoluit. Præterea Ægyptiacum oſſa nigredine (nota: vbi os carioſum, curatio irrita eſt, niſi caries auertatur vel Chirurgi opera vel aq. Mercuriali) inficit, quod omnino euitandum fuerit. Hæc vero vnguenta talia non patrant.

Poſteaquam vlcera probe fuerint mundificata, conſolidatio ſequenti Emplaſtro perficitur, quod Elegans eſt & in aliis vlceribus putridis mundificatis valde vtile. Idem Emplaſtrum ſanat vulnera non vſquequaque profunda. Eſt præterea ſarcoticum & Epuloticum præſtantiſſimum. Fit autem hoc modo:

*♃. Lithargyri optime pulueriſati ℥iiij,*
*olei oliuarum ℥viij.*

Coque lento igne vſque ad brunnitatem. Quo facto liquefac Ceram in alio vaſculo pondere ℥ij, & liquefactæ affunde Lithargyrum, cochleari agita & M. diligenter & forma Magdaleones.

Quod ſi vero vlcera fuerint admodum contumacia, ceu ſæpe ſolet fieri, ſubſtituatur Emplaſtrum ſequens:

*♃. Lithargyri ℥ij,*
*ol. oliuarum,*
*lini an. ℥iij.*

Coque denuo ad brunnitatem cum ceræ liquef. ℥ij. Admiſce tandem
*pulueris myrrhæ rubeæ ℥j,*
*lapid. Calaminaris,*

*Tutiæ pulueriſatæ an.* ℥ij.

(non præparatæ extinctæ) M. extra ignem & ſerua. Hæc quidem ſunt vtilia & vlcerata valde ſiccant & ſanant. Fit tamen nihilominus vt vlcera Gallica neutiquam ab eiuſmodi penitus curari poſſint. In hoc caſu præſtantiſſimum eſt Vnguentum ſequens:

℞. *Aloës hepaticæ* ℥ij,
*Croci Martis* ℥ß,
*thuris* ʒij,
*Mumiæ* ʒjß,
*mellis* ℥j,
*terebinthinæ* ℥ß,
*vitell. ovi* j.

Miſce & contunde omnia donec F. Vnguentum, quod in petiis applicari. It. cum turundis in foramina intrudi poteſt, præcedente ſemper Vnguento mundificante alterutro.

Solent porro in Lue Venerea Bubones circa inguina apparere, præſertim quando eiuſmodi infecta corpora febribus malignis corripiuntur.

Licet vero eiuſmodi bubones ſæpius febrium peſtilentialium ſymptomata ſint, veneno nempe exonerante ſeſe ad locum ignobilem, emunctorij inferioris: nunquam tamen tales extra infectionis tempus & modum inter peſtilentialia ſymptomata & ſigna referendi ſunt; apparent vero crebrius in ſanguineis, alioquin raro vel nunquam grauiſſimæ Luis Venereæ morbo apparent quaſi obnoxiis occultante ſcil. eleganti habitu corporis hoſtem inquilinum ad inguina protrudentis.

Hoc itaque modo eiuſmodi Tumores Luis Venereæ à peſte diſtinguendi ſunt,

Simpli-

Simpliciſſimus curandi modus eſt huiuſmodi: 1. maturandus eſt bubo cum Emplaſtro diachyli ( nam ſemper maturatione opus ) vel bubo acet. madefactus & buboni impoſitus, quo intumeſcente remoto alius applicetur, quo Emplaſtro vel bubone quotidie bis appoſito, vt tandem emolleſcat: tandem ſcalpello aperiendus & ſanies cum pure & cruore exprimenda: poſtea Opodeldoch applicandum quod nunquam coaleſcere ſinit vlcus, priuſquam omnia fundamentaliter fuerint ſanata. *Oleum tartari nigrum diſcutiēs eſt præſtantiſſimum.*

Cæterum in hac ipſa cura, quemadmodum in reliquis omnibus Luis Venereæ ſymptomatibus nihil remittendum eſt, de interiore cura. Quin imo deprehenſum eſt ſæpe eiuſmodi extuberantias inguinales ſolo repetito Mercur. (Mercur. ſublim. vel oleo Merc.) tandem diſparuiſſe: minera nempe mali per internam Mercurialem operationem funditus eliminata.

Recentiſſimum Luis Venereæ ſymptoma eſt, Cryſtallina, quam vocant, veſiculam nempe ad glandem membri virilis adnaſcentem tranſlucidam, indeque nominis ratio nata eſt.

Eſt alioquin lethalis, ſi remediis exquiſite factis non curetur. Ferrum non patitur, nec leuiter coaleſcit locus affectus, etiam remediis alioquin vlcerationibus Venereis præſentibus.

Solus ſpiritus Tabaci laudem hic inuenit, nihilominus interna cura ſubinde adminiſtrata, quæ tandem feliciſſime abſoluit omnia, vbi hæc ipſa veſicula prius fuerit mortificata (veſicula iā mortificata aliquoties hoc ſp. tacta ſponte euaneſcit) tangatur ergo cum ſpiritu Tabaci quinquies ad

ſummum & ſponte euaneſcit, idq; fiat iacente pa-tiente, alioquin ad leuem tactum ſpiritus Tabaci ſtans procumbit humi bos (hoc eſt ſyderatus ca-dit & conuellitur.) Vide ſupra de Tabaci ſpiritu. Hac Luem Veneream curandi methodo lucratum eſſe confeſſus eſt aliquis mille aureos ducatos, i-demque affirmare poſſum mihi in tota mea praxi nullam curationem felicius ſucceſſiſſe hac ipſa, quam perfecte & candide iam vobis trado & communico.

Luis Venereæ curandæ modi à variis varij ex-cogitati ſunt.

E vulgaribus ſequens eſt probatiſſimus. 1. Opti-me purgetur corpus apozemate aliquo aut opiata; vulgo ſolum vtuntur confectione Hamech cum e-lectuario diacarthami aut è ſucco roſ. v. ℥ ʒiij in decocto communi purgante. 2. Poſt purgationem ſi adſit Plethora magna, poteſt aperiri Vena, aliter nullo modo. 3. Hinc F. Vnguentum ex ℔j vel plu-ribus axungiæ porci recentis ſi haberi poteſt aut reſeruatæ, non rancidæ nec ſalitæ, & Merc. viui ℥ij vel pluribus in ſucco limonum vel quod melius in Terebinthina extincti.

Ex hoc vnguento inungantur ad fornacē genua ac tibiæ, & ſi morbus vehemens eſt, etiam ſpina.

Quo facto quarto ſenſim ſudor provocetur, co-operiendo ægrum inſtrumento ad hunc morbum proprio, cui circa pedes carbones imponantur ar-dētes, vt eo ſudet melius, oportet vt fiat in cubicu-lo calefacto vel optime clauſo, vt impediatur per-ſpiratio & euacuatio integra fiat. Vngatur ſemel primis diebus tribus, tempore matutino. 4. aut 5. matutina, deinde bis in die ſcilicet tempore matu-

matutino & tertia hora poſt prandium. Deinde iterũ ſemel hæc inunctio continuetur, donec ptyaliſmus ſeu ſputatio appareat, qua præſente ceſſandum ab inunctione. Poteſt tamen ſemel atque iterum inungi, donec videas copioſe ſputum ex ore effluere, hinc abſtineat ab inunctione & in lecto ſemper, ſeu hypocauſto calido conſeruetur, donec ptyaliſmus ceſſet, qui tamen ſi vltra 8. aut 9. dies duret, fiat Gargariſma ex adſtringentibus piloſella, myrto, centinodio, balauſtiis, cui admiſcetur aquæ mortuæ aliquid cum pauxillo melle roſaceo. Aut ſolum aqua mortua diluatur cum decocto Guaiaci & eo lauetur os.

Atque tum temporis gingiuę & os totum inflatur, vt nihil niſi panem in iure emollitum ęger comedere poſſit.

Vbi ceſſat Ptyaliſmus, dentes detergendi & gingiuæ, vt dictum.

Interim dum hæc fiunt, pro potu ſemper ſit decoctio Guaiaci ſecunda.

Abſtineat etiam toto curationis tempore à ſalſis omnibus, & ſi fieri poteſt à ſale communi.

Cum fluxus ceſſauit, à liquidis abſtineat, & elixis vtatur, & ſingulis diebus aſſumat bis decoctum Guaiaci aut ſimile.

*℞. Raſuræ ligni ſancti* ℔j.
*Cort. eiuſdem* ℥iiij.

F. infuſio in ℔xij aq. cõmunis per 12. aut 24. horas. Coque ad medietatẽ vel vt tertia pars reſtet, quod commodius Colaturæ ſumat ſingulis vicibus ℥iiij aut etiam ℥v. ex magmate ſiue reſidentia fiat decoctio ſeu Bochetum in aliis ℔xij aquæ communis, ita vt parum tantum ebulliat. Huic potes

addere aliquid Cinamomi, liquiritiæ, & paſſularum. Hoc decocto ſecundario vtatur loco potus. Hæc ſudoris prouocatio fiat mane, & 3. horis poſt prandium ſemper in lecto aut ſtupha poſt aſſumptionem decoctionis.

Optimum autem eſt, vt quinto vel ſexto die purgetur per totum curationis tempus cũ confectione Hamech vel de citro, Diacarthamo, aut de ſucco roſarum, ſi pauper ſit, ſi vero diues, poteſt fieri ſyrupus Magiſtralis aut Apozema.

Poterit quoque ab initio paſtus interdum aſſumere fructus laxantes, pruna, ficus, poma cocta.

Si dolor adſit alicuius partis, applicetur parti dolenti Emplaſtrum Vigonis cum Mercur. qui pro vehementia ſymptomatis duplicari aut triplicari aut quadruplicari poteſt.

Vlcera ſi adſint, ea leniter inungantur aqua forti aut quod commodius, oleo ſulph. aut vitrioli. Quod ſi vero hac vti nõ placeat cura, nec æger ob negotia domi reſidere poſſit, fiat modo ſequente:

℞. *Radicis acori vulgaris,*
*Cichorij,*
*oxylapathi,*
*ſcabioſæ,*
*betonicæ,*
*ſarſaparillæ an.* ℥j.
*paſſularum maiorum* ℥x,
*herbæ Cichorij,*
*ſcabioſæ,*
*betonicæ,*
*Chamæpityos,*
*pimpinellæ an. M* j,
*adianti M* ß.

*ſemi-*

*ſem.aniſi,*
*melonum an.*ʒjß,
*flor.Cordialium p.iij,*
F.in ſ.q.aq.decoctio,de Colatura, ℞. ℔ij,*in quibus coque*
*fol. ſennæ orientalis,*
*ſem. Carthami contuſi ana* ℥ij,
*hermodactylorum* ℥jß,
*agarici trochiſcati,*
*Epithymi an.*℥ß,
*in Colatura ſolue ſyr.*
*roſarum ſolutiui* ℥iiij,
*violarum ex multipl.infuſione* ℥ij,
*mellis roſati colati* ℥j.
F. Apozema pro 8. doſibus matutinis aut alternis pro operationis ratione. Aut ſiat tantum decoctũ ex foliis ſennę & hermodactylis ana cum parte dimidia radicis ſarſaparillæ & pauco roriſmarini. Tertio quoque die poſt & ante aſſumtionem apozematis deglutiat pilulam paruam cum Terebinthina factam ex g̅ vj. vel pluribus pro conſtitutione ægri Merc.Pręcip.(facti cum aq forti & aq.ſalſa) aut Merc.Præcip.cum Sole à g̅ iij ad v.ſeu tantum Merc. Præcip. rubei communis ab acredine omni per iteratas ablutiones edulcorati.

Æger ſumat Apozema 4. hora matutina & ſe contineat vſque ad 9.vel 10.horam, vel ſi fieri poteſt, vſque ad meridiem,cum ſumſerit Mercurium poſt dies octo, fiat ſequens decoctio:
℞. *Radicis ſarſaparillæ recentis* ℔ß,
*ſcobis ligni ſancti* ℥iiij,
*Chinæ non rancidæ* ℥j.
infunde in aq. ℔ x. per horas 24. poſtea coque ad

conſumtionem duarum partium. De hac Colatura aſſumat æger ℥iiij cum ol. ſulph. gutt. vj. & ſudet in laconico vel etiam in lecto tempore vel matutino, vel 3. aut 4. horas poſt prandium, per dies 10. Si non admodum inueteratus morbus ſit, ſin vero ſit inueteratus per dies 15.

Interdum detur Bezoardicum Minerale ad ſudorem liberius prouocandum, ſi Laconicum præſto ſit, cum ingreſſus eſt, relicto, vt reſpirare poſſit, foramine, per quod emineant oculi & nares, fiat ſuffumigium ex Cinabari Antimonij, & in defectu eius ex communi ad ʒj & ſtyrace rubr. Calamita ʒvj. (ſulphur. ℥ß. ol. ligni ſanct. ʒj.) aut cum pauca Terebinthina F. Trochiſci : poſtquam per horam optime ſudauerit, ingrediatur in lectum optime calefactum & adhuc per horam dimidiam inibi aut quantum vires permittunt, ſudet. Hinc ſudor optime linteis calidis detergatur, & ipſe ad conſueta redeat opera.

Vtile autem erit, vt portet Emplaſtrum magnum, imprimis, ſi morbus ſit inueteratus, ex Emplaſtro Vigonis cum Mercur. ad formam ſcuti lati, quod homoplatas & ſternum vſque ad lumbos integat.

Potus ſit decoctum ex magmate decocti ſudoriferi cum liquiritia, Cinamomo & paſſulis quocunque modo ad ipſius ægri palatum paratum.

Optimum eſt vt ſudet, 3. horas poſt meridiem, & ſumat tempore matutino hauſtum dicti decocti cum ʒj. Alcoholis ſerpentum, de quo ſupra in Aſthmate: & Elephantiaſi, quinto quouis die purgetur cum Panchymagogo noſtro, cui gr. iiij Merc. ſubl. addi poſſunt, aut etiā ſolo Merc. ſubl. dulci.

Si

Si vlcera habeat, aut tophos aut eroſiones, coque Guaiacum, donec decoctio tota fiat inſtar lactis craſſa & exprimatur. Cum expreſſo lauetur mane & veſperi & ſupponatur Emplaſtrum Vigonis cum Mercur. duplicato aut triplicato. It. ea de quibus ſupra.

Quod ſi hiſce non tollantur, perfumentur omnia dictis Trochiſcis bis in die, & curabuntur aut Mercur. præcip. ruber communis miſceatur cum Vnguento Ægyptiaco ad purganda vlcera; aut aqua Mercuriali ſequenti lauentur, de qua etiam ſupra.

Aqua Mercurialis.

℞. Merc. ſubl. ℥ß minutiſſime in mortario trito, affunde aquæ plantaginis ℔jß, ſoluatur in B. leniter, in fine ebulliendo, ſepara à fæcibus per filtrum traiiciendo: poſtea funde in patinam ſtanneam mundiſſimam ac relinque per tempus exiguum, & denigrabitur patina; quo facto eadem aqua in aliam patinam mundam infundatur, quoad prior patina à ſua nigredine fuerit viciſſim purgata: Dein vbi denigrabitur altera quoque patina, eandem quoque aquam alteri patinæ rurſus iniice, idque per vices repete, donec nulla amplius nigreſcat patina, ſed maneant albæ, quod decima aut duodecima vice fiet. Serua poſtea ad vſum aquam, quæ albi coloris erit, hac vtere ad ſananda vlcera, præſertim à lue Venerea orta, tam in ore quam in pene. It. ad mundificandum cancrum, Quod ſi fortiorem deſideras, ſex infuſionis vices in patinas ſuffecerint, vſus eius eſt ſaltem cum penicillo, vlceribus leniter hinc inde contactis. *Aqua Mercurialis.*

Dictam hactenus curam inſtituere oportet aëre

exiſtente calido, aut prouidendum, ne æger egre-diatur in aërem frigidum.

Si incipiens morbus ſit, vtatur apozemate dicto cum Merc.ſubl. vt diximus; dein dicto ſudorifero ſingulis matutinis, ſine tamen ſudoris prouocatio-ne, tandem poſt illud aſſumtum ſeſe exerceat & vtatur decocto ſecundo in paſtu loco potus.

Purgetur quoque quinto quouis die, vt dictum.

Si adeſt Gonorrhœa, vtile erit exhibere præcipitatum viridem aut Gummi Guaiaci, quibus exhibitis propinetur Terebinthina, quæ abluta aqua violarum cum vitello oui teratur, ac cum decocto ſarſaparillæ potabilis fiat.

Si adeſt virium imbecillitas, perlæ ſoluantur in liquore acido Guaiaci, ea denique ſolutio ſæpius à ℈ß ad ℈j offeratur. Quæ deſtillatio Guaiaci fit in retorta lutatæ in ig. patente ad modum ſp. ſalis, primo ſcil. appoſito recipiente amplo, fiat ignis lentus & deſtillat liquor clarus, ig. hoc modo continuetur per 6. aut 8. horas, hinc ſpiritus apparere incipiunt in forma nubis, quod vbi fit, ig. augeatur per gradus & continuetur, donec omnes ſpiritus egreſſi ſunt, hoc eſt, cum non amplius nebuloſum exiſtit recipiens, ſed clareſcere incipit. Liquor hic deſtillatus affundatur raſuræ ligni recenti & impaſtetur deſtilleturque per cucurbitam in Balneo ad ſiccitatem. Liquorem hoc modo deſtillatum rectifica & exibit primo phlegma inſipidum: cum guttæ acidæ ſtillare incipiunt, muta recipiens & liquorem acidum ſeorſim excipe. Hoc ſolue perlas pulueriſatas, quemadmodum alias ſoluuntur aceto.

Præcipitatus viridis (Lacerta viridis quibuſdam dictus)

lictus) fit hoc modo, ſolue Mercurij ℥iij, in aquæ fortis ℥vj, & ſeorſim ſolue ℥j, Veneris in aquæ fortis ℥ij, ſolutiones coniunge, deinde ex arena per retortam deſtilla aq. fortem vrgendo ſub finem ign. vehementius, vt maxima pars ſp. corroſiuorũ tollatur, quod in fundo reſtat, tere, & cum acet. in cineribus per dies vj, digere, vltimo ebulliẽdo, vt potiſſima pars Merc. in acet. ſoluatur, acet. impregnatum decanta, & leni igne deſtilla ad ſiccitatem & Merc. præcipitatus in fundo reſtabit viridis. Specificum eſt in Gonorrhœa virulenta, Lue Gallica à g̃ iiij ad viij, in conſerua roſarum exhibitus. *Mercuri⁹ præcipitatus viridis.*

## SCORBVTVS.

Quemadmodum Lues Venerea propriam ſedem ſibi hepar eligit, totámq; Oeconomiam ſanguinis exinde inficit; Sic Scorbutus (vide Reuſnerum, Horſtium, Sennertum) pro habitaculo proprio occupat ſplenem.

Vterque morbus videtur veteribus incognitus haud fuiſſe, quantumvis gradibus ſeu accidentibus ſubinde vel acutiores vel magis eminentes extiterunt.

Familiaris eſt admodum maritimis & vltra pelagus vectis.

Cauſæ antecedentes ſunt ſpiritus ſalini, vaporoſi, & à ſulphure ſuo deſtituti, iuxta mare ab aſtris eleuati, ſed non percocti, quos maritimi & nauigantium turba ad ſe trahunt inſpirando & exſpirando.

Eiuſmodi ſpiritus primum inficiunt pulmones, inde ipſum hepar & venam portæ, tãdem tartareæ fæces ad ſplenem & vicinas partes reſidentes, tales impuritates eo deriuatas homogenea quaſi

ſalini principij conformitate gaudentes ad ſeſe rapiunt, & non tantum ſubſtantiam ſplenis, ſed omnes venulas & ductus in eadem obſtruunt.

Hinc ſubſequitur Melancholia, triſtitia, Virium imbecillitas, membrorum laſſitudo, coloris viuidi in liuidum & luridum permutatio, cutis Elephanticam contrahit duritiem, erumpentibus ſquammulis tenuibus ſiccis & perduris. Vertigo infeſtat caput, ſomnus imminuitur, nec naturaliter procedit, quin & dormituriunt interdum, ſed ſemper cum anxietate & terrore; Cor palpitat, & macies totum corpus conſumit, ſæpe in principio gingiuæ contabeſcunt, cum maculis & lituris cæruleis in ambitu inſtar aphtarum albeſcentibus, dentes vacillant & fauces male olent: Viris fit ſperma aqueum & tenue, fœminis menſes ſubſiſtunt, aut in fluorem album degenerant: muſculi & carnes in ſe quaſi abſumtæ contrahunt cariem, intus ſubtili & mordaci humiditate pertentantur. Oeconomia ventriculi vel maxime imminuta vel prorſus læſa. Corpus exterius, præſertim vbi muſculi ſunt firmiſſimi, inficitur maculis cæruleis ſubinde euaneſcentibus paulo poſt alibi in cute apparentibus: pedes fiunt Oedematoſi cum fœtidis vlceribus: fœminæ hunc morbum poſſunt ferre ad annos 15 vel 20. Maſculi vltra ſeptennium aut octennium diutius haud affliguntur.

Quandoquidem in hoc morbo obſtructiones interiorum Viſcerum hepatis & ſplenis maxime vigent, à quibus venæ meſaraicæ haud immunes ſunt, ante omnia illæ ſunt remouendæ.

Tartarus vitriolatus primo digeſtiui loco ſumtus vel in iuſculis aut in decocto, vias primas ex-

pedi

pedit,ſecundarias non negligit,quas deinceps ſpe-
cificum purgans elegantiſſime liberat, ſi per aliquot dies continue in Extracto Ellebori propinetur.

NB. Mercur. hic plane exulat. Nam Mercur. 1. ad ſuperiora aſcendit, adeoque fluxiones auget, vnde ſymptomata inualeſcunt. 2. non expedit hîc obſtructiones, quanquam in Lue Venerea.

Antimoniata hîc plurimum poſſunt.

Specifica ſunt 1. Eſſentia Cochleariæ & beccabungæ. Arcana horum magnopere laudantur.

2. Eſt Elixir proprietatis Paracelſi.

3. Tinctura Corallorum vera.

His omnibus mira efficacia Tinctura Lunæ ſuccenturiatur, præſertim vbi caput ſcotomia labefactatum fuerit:

Feliciſſime igitur curam ſcorbuti etiam inueteratī abſolueris, ſi præmiſſis mundificantibus tandem ad ſpecifica progreſſus fueris.

Decoctum radicis Chinæ hic multum poteſt pro potu ordinario, & demum pro vehiculo, quo nempe ſpecifica exhibeantur: Pauperibus ligni ſancti decoctum cum cochlearia proſunt, quibus tamen non deneganda ſunt ſpecifica.

*Nota:*

Feliciſſime totum negotium expedieris, ſi deinceps poſt vniuerſalia ſingulis diebus, vbi matutinis horis ſpecifica fuerint exhibita, veſperi iturus cubitum per aliquot dies aqua Philoſophica ſeu ſulph. vel Tinctura tart. vtatur (ʒj vel ij ad ſummum) quæ eſt cum ſpirit. Vini extrahens tincturam tartari (h.e. ſpiritus Vini tartariſatus) Vide ſupra de

alui ſegnitie, & annotata ad Crollium.

Dentiũ prolapſus & Gingiuarũ exulceratio vel ab hac cura generaliter aut particulariter, quemadmodũ ſupra dictum eſt, tollitur. Vnice commendatur aqua illa viridis comperta, de qua ſupra de Ozænis deſcripta.

In vlceribus oris aqua radicis Enulæ. It. aqua poſt extremam ſpecifici purgantis extractionem incoagulata ℥ x. pro vna doſi, de qua infra de Gangræna.

Maculę ſponte euaneſcunt poſt bene correctum corpus, ideoque peculiari auxilio non egent.

Vlcera hinc inde præſertim in tibiis manantia curantur eo modo, quem diximus iam antea.

Εὐπόριστον eſt ſummitates rubi idæi in Vino, quo vlcera eluuntur & poſtea cum decocto fouentur.

Hic morbus ſæpius recurrere ſolet, præſertim in diſpoſitis ſæpe latenter ſerpit & clanculum familiam ducit. Quod ſi vero corpus ſtatis temporibus mundificetur optimaque diæta cum legitima ſex rerum non naturalium obſeruatione inſtituatur, rariſſime truculentiam ſuam promit. Plerumque quos ſemel inuaſit, raro deſerit.

Eſt tamen ab euidenti hac cura ſperandum illud, & certe obtinendum, nullum ſcorbutum tam deformem extitiſſe vnquam (ſi cætera ſint paria) qui felici manu & dextre adhibitis ſpecificis curari non potuerit, modo ad ſolertiam Medici accedat quoque prudentia & recte faciendorum cupiditas.

Huius curationis experiẽtia nititur aliquot nobilium VVeſtphalorum teſtimonio, qui adhuc

quo

quotidie gratitudinis ſpecimina mihi edunt. Tantū de Scorbuto, ſequuntur Febres cum curis ſuis.

# FEBRES.

In omnibus febribus proprie ita dictis recte curandis maximopere reſpiciendum eſt eo, vt nec ἀμεθόδως, nec temere curam auſpicemur.

Quantumvis nimirum ſpecifica vtramque paginam abſoluere dicuntur, in omnium morborum curatione, illa tamen vel ſine ratione, hoc eſt, ſine methodo & iudicio exhibita parum faciunt, ſtagnantibus nempe impuritatibus corporis contra ſpecificorum innatas poteſtates mirabiliter diminuentibus. *Cautela de ſpecificis.*

Quæ ratio itaque in cæteris morbis omnibus, ea etiam hic nullo modo negligenda fuerit.

Euacuantia hoc loco eſſe poſſunt omnia illa, de quibus ſupra diximus: ita tamen vt temperamenta, ætas, ſexus & vires probe conſiderentur.

Specificum purgans omnium febrium eſt, excepta Hectica, Antimonium, cuius flores dextre parati & præparati febriles impuritates è corpore eliminant: flores autem illi redigendi ſunt in oleum: per præcipitationem redigitur in puluerem emeticum, ſi baſis pręcipitationis fuerit aqua ſimplex: vel redigitur in puluerem purgantem tantum per inferiora, ſi baſis præcipitationis fuerit oleum tartari.

NB. An ol. tartari poſt præcipitationem diu relinquendum cum Crollio, an vero mox auferendum. Affirmatur poſterius, alias nimirum nimis figitur Antimonium.

Vterque puluis iuſta ſua doſi intermittentibus

& continuis febribus legitime exhibitus medetur, prȩſertim ſi ab initio certiſſime adminiſtratus mali mineram ex corpore exturbandam ratio iſta ſuaſerit.

Interdum Obſtructiones pertinaciſſimæ in hepate, venis Meſaraicis, ſplene, Meſenterio. It. in renibus fomitem mali propagando fouent, vbi ſane vna vel altera euacuatio ſæpe irrita eſt.

Itaque Digeſtiua quæ ſunt è tartaro vitriolato, cremore tartari, ſpiritu tartari, ſpiritu vitrioli, aperiente Penoti, ſpiritu ſalis maxime ſeligenda ſunt; eaque adminiſtranda in vehiculis conuenientibus & obſtructionibus expediendis nonnihil vtilibus.

Hoc modo obſtructionibus reſolutis & mobilibus mundificantia rectius operantur, febriúmque curam magis proſperam reddunt.

Sunt etiam neceſſarij Vomitus, prȩſertim in febribus Vētriculi & quotidianis à phlegmate prouenientibus, vbi aqua Benedicta ſæpius profuit.

Quinimo in Tertianis pilulæ Antimoniales Emeticæ dextre procurato vomitu, tandem ſubſequente ſeceſſu, rectius profuerunt.

## EPHEMERA.

In Ephemera, vnde ſæpe Hectica, poſt ſolutum paroxyſmum eſt excellens miſtura ſimplex, vt morbi reliquiæ ex habitu pellantur.

## INTERMITTENS.

Specificum purgans in febribus intermittentibus initio morbi non in augmento, malo adhuc ſtabulante in ventriculo, ex vitro Antimonij eſt tale: ♃. Vitri Antimonij diligentiſſime & iuſto ſi fieri poſſit, tempore facti, prætereaque cum

ſpi

ſpirit. vitrioli albificati & pulueriſati ℥ß.
*ſacchari Canari* ℥iiij,
*farinæ triticeæ* ℥jv,
*Croci* ℈j.

Coque cum aqua communi, lento igne ad ſpiſſitudinem pultis, cauendo tamen, ne in fine aduratur, ſed pene panis formam habeat, fac inde globulos ſeu glomulos & diligentiſſime reconde. Seruatur in integritate ſua quadriennium, poſtea contrahit ſcabritiem, datur ſub initium paroxyſmi (in intermittentibus) cum prima veſtigia horroris in artubus incipiunt. Datur in adultis ʒj, in fœminis ℈ij, in pueris ℈j vel ℈ß. Vide etiam infra de methodo curandi febres.

## TERTIANA INTERMITTENS.

Specifica ad Febres tertianas intermittentes extant quam plurima tum ſimplicia, tum compoſita.

Simplicia ſunt. 1. Aqua Tabaci ſeu nicotianæ, quæ vno atque altero Cochleari exhibita 3. vel 4. horis ante paroxyſmum, præmiſſis præmittendis, tandem paroxyſmum tollit.

*Nota*: Hæc aqua in febribus plerumque mouet vomitus, quos nullos facit alias in aliis morbis data.

2. Radix Aſari ℈j vel ℈ij, in vino Maluatico (in quartana) 6. vel 7. horis ante paroxyſmum vehementer ſudores mouet, & ſæpius vomitum.

3. Alumen crudum, cuius ℈j vel ℈ß in aqua vel decocto Centaurij minoris 5. horis ante paroxyſmum, datur, ſudoribus, ſi fieri poteſt prouocatis: quod ſatis laudare in Quartana nequeo.

4. Sal abſinthij ſeu oſtrutij debito modo para-

tum, cuius ℈ß ad ſummum in aqua centaurij minoris datur ante paroxyſmum.

*Oleum piperis.* 5. Oleum piperis nigri per Veſicam deſtillatum (cordiale eximium & refrigerans & dulce cum grata humiditate) cuius gutt. iij vel v. in aqua tabaci vel Centaurij minoris horis aliquot ante paroxyſmum datæ febrem tollunt.

6. Teſtæ cochlearum, docente Crollio, in ſpecifico febrili.

7. Spir. Salis Ammon. cuius gut. iij vſque ad vij, in aq. Centaurij minoris vel Cichorij horis 5. vel 6. ante paroxyſmum ſudoribus inde profluentibus dantur.

*Compoſita* ſunt: 1. Aqua radicis Imperatorię, quę fit hoc modo:

♃. Radicis oſtrutij & vini generoſi ana, digerantur inuicem in B.M. ſub alembico cæco, poſtea deſtilla ex alembico per arenam in fine cauendo, ne Empyreuma redoleat. Huius exhibe patienti in die quietis & poſtero 3. horis ante paroxyſmum atque ita etiam tertia die ieiuno ventriculo cochl. j. vt ſudores, ſi poſſit, moueat. Raro poſt ſpecificum Paroxyſmus redit.

2. Eſt compoſitum Crollij ex oleo vitrioli & ſale abſinthij ſeu ſpir. eius cum aqua Cichorij.

3. Eſt aqua formicarum compoſita, quæ fit hoc modo:

♃. *Aq. fragorum,*
*Centaurij minoris an.* ℔ij,
*mellis* ℔ij *vel* iij.

M. in cucurbita detruncata, eamque ſine integumento in aceruo formicarum ſepeli vſque ad ſummitatem, & formicæ confertim admodum irruent

in vaſc

n vaſculum dulcedine mellis ſcil.allectæ.Poſt col-
ectam harum ſufficientem quantitatem, exime
vas, omnia inuicem probe mixta agitando, per a-
lembicum ex cineribus eliciatur aq.quę diligenter
ſeruanda, doſis eius eſt in paroxyſmi principio
Cochlear ß ad ſummum.

*Nota.*

Hæc aqua (ſcilicet in Febribus tantum, vt aqua Tabaci) interdum vehementius mouet vomitus, operæpretium itaque eſt, vt diligentius natura patientis conſideretur, an nempe ad Vomitiones ſufferendas habilis ſit, necne: Et an cauſa morbifica febris per vomitum apte expurgari poſſit, præterea quoque an vires patientis conſtent.

Licet nimirum hoc ſpecificum febres intermittentes tollat, quod ſi tamen ad vomendum minus ſit diſpoſitus ęger, hoc ſpecificum potius intermittendum, quam temere periclitandum.

4. Sal Centaurij minoris in formam compoſiti hoc modo redactus:

*℞. Sal. Centaurij minoris probe facti ʒj,*
*Conſ. roſarum vitriolatæ,*
*violarum an. ℥j,*

M. de hac mixtura exhibe bis ʒij quotidie, imprimis vero ante paroxyſmum 2. vel 3. horis datur etiam veſperi atque ita perge, donec declinet Febris.

5. Mixtura ſimplex 4. vel 5. horis ante paroxyſmum aliquando etiam intermediis.

## QVARTANA.

Quartana eadem purgantia requirit, caute tamen fuerit progrediendum.

Quartana nimirum quaſi ludibrium Medicorum, niſi conuenienter & molliter tractetur, ſiue

iam recens nata fuerit, ſiue iam adoleuerit, aut ad ætatem aliquam peruenerit, raro ſui domitorem exactum relinquit.

Præterea multum ſitum eſt in naturis Quartanariorum, quę ſæpe medicamenta etiam cum ſumma mollitie exhibita eludunt.

Extractum Ellebori pro purgante, vel etiam pilulæ Antimoniales (de quo ſupra de purgantibus) per ſeceſſum tantum mouentes, blandiſſime huius febris mineram extrudunt, præſertim ſi recens, aut ſi poſt aliquot menſes ſua ſponte ad declinandum inclinata fuerit.

Sæpiſſime enormes obſtructiones ſplenis & hypochondrij ſiniſtri deriuato ſubinde malo ad venā cauam, vnde dolores dorſi, lumborum, Coccygis, plerumque dominantur: ſæpe præcedit Ictetus niger, aut ſequitur, aliaque grauiora ſymptomata morbum vehementiorem faciunt. Vbi ſane aperientia imprimis ſunt neceſſaria, quæ hoc loco nulla ſunt alia, quam quæ antea tradidimus.

*Nota.*

Vomitus in febre Quartana haud prodeſt. Etſi nimirum primam ventris regionem aliquantulum expurget, & circa loca vicina aliquid heterogenei depopuletur, nihil tamen attingit, quod proxime febrem continet.

A vomitu itaque ſæpe repetito abſtinendum (ſufficit vna Vomitio.)

Specificum etiam Paracelſi purgans, etſi Quartanam non tollat, eſt tamen inſigne aperitiuum, ſi eius aliquid miſceatur cum cæteris digeſtiuis. Sæpius idem ſpecificum purgans cum Extracto Ellebori (ana vel vltra) iuſta doſi mixtum exhibitum-

que,

que, paulatim mineram febrilem conſumit, aliquoties, ſed admodum leniter aluum expediendo: quo ſane nullum aliud purgans in Quartana dari poteſt felicius. Hoc nimirum obſtructiones feliciter aperit, aluum ſubducit, febremque ſimul tollit. Extractum Lap dis Lazuli de quo ſupra de Purgantibus.

Etſi autem poſt repetitas haſce euacuationes quandocunque propter profundius impactas mineras febris haud deſinat: nihilominus tamẽ pergendum & tandem ad ſpecifica proueniendum; veſperi ante exhibitionem ſpecifici abſtineat æger à cibo,) quæ ſunt:

1. Oleum Myrrhæ, cuius guttæ 4. ad 8. in vehiculo conuenienti exhibeantur paulo ante paroxyſmum.

2. Succus naſturtij aquatici cum ana aceti mixtus, & ſi ferre poſſint, cum oleo communi diſtemperatus, cuius cochlearia ij. vel iij. cum guttis vj. vel viij ſpiritus ſalis abſinthij (in eius defectu ſalis abſinthij aut ſpir. abſinthij) paulo ante paroxiſmũ exhibeatur ter vel quater continuando ſtato paroxyſmi tempore, etſi emaneat ille.

3. Puluis ſerpentum ſeu Viperarum de quo ſupra de aſthmate & elephantiaſi (ex carne & ſpina dorſi, non ſolo corde) curatiuus, cuius ℈j ad ℈jß in conuenienti vehiculo ante paroxyſmum datur ter vel quater continuando ſtato paroxyſmi tempore, etiamſi emaneat ille.

*Nota.*

Quandoque in Febribus quartanis, tum in ſtatu iſto, tum etiam in declinatione vehementiſſi-

mi ſunt dolores dorſi, cauſam diximus ſupra.

Huic ſymptomati medetur ſacculus oblongus ex hordeo integro in aqua ſimplici vſque ad crepaturam cocto, calide ſpinæ dorſi toti ante paroxyſmum vel etiam poſt eundem doloribus nempe aliquandiu ſubſiſtentibus applicatus.

## HECTICA.

In febre Hectica eadem ferme neceſſaria: quæ ſupra in exulcerationibus pulmonũ propoſita fuerunt. Hanc nimirum tanquam comes indiuiduus Hectica ſequitur, quæ ſæpius maiorem Medici operam requirere videtur, quam morbus ipſe.

Humectantia & refrigerantia non quidem accidentaliter, ſed eſſentialiter neceſſaria ſunt. Sales Corallorum & perlarum hic multum valent.

Quandoque balnea dulcia habitum corporis exſiccum & aridum plurimum iuuant.

Lac aſininum (calide) in hectica, præſertim à ſumto menſtruo corpus infeſtante, mirifice reſtaurat.

Sunt etiam alia quam plurima ab autoribus deſcripta, qui conſulendi ſunt.

## FEBRIS COMPOSITA.

Febres compoſitæ curantur ad modum ſimplicium, ita tamen, vt purgantia ſint leuiora.

## QVOTIDIANA.

Febres quotidianæ puræ maxime hoſpitantur in ventriculo, earum ergo cura ſola vomitione abſoluitur, quæ aqua benedicta vel aliis vomitoriis intenditur.

Deinde corroborantia ventriculum ſunt varia: imprimis autem confortat conſerua acetoſellæ, roſarum, menthæ, cum acidulis mineralibus

(ſpi-

( ſpiritu vitrioli ) diſtemperatæ.

Reliquum abſoluit diæta: quandoque etiam interna ab impuritatibus viſcoſis & lentis liberanda ſunt, cui ſane negotio ſuppetias ferunt Panchymagogum vegetabile, ſpecificum purgans, & imprimis Antimonium per ſeceſſum purgans.

## MALIGNA.

Per malignas Febres intelligimus quaſcunque affectiones Epidemicas, ab initio rigorem, deinde vero calorem intenſiſſimum incutientes non ſine malignitate vel aëris vel etiam ab eſculētis & potulentis aliquando cauſatas: tales ſunt Petechiales, Hungaricæ, catarrhales Febres. It. ardentes, quæ magnam partem Europæ hactenus inuaſerunt & ſubinde excutiunt.

In iſtis curandis feliciorem modum inuenire fas non eſt, quam qui à vomitione incipit, & per media neceſſaria tandem in confortantibus deſinit.

Vomitorium eſt aqua benedicta, cuius vſus merito laudatur.

De venæ ſectione aliquibus formidabili, à nobis diſputatum eſt ſæpius, neceſſaria an ſit, nec ne.

Plethora intermiſſionem non admittit, ſæpe in corporibus bilioſis venæ ſectio temeraria fuit.

Nos cum Rulando Phlebotomiam ita diſtemperamus, vt vrgente neceſſitate & indicationibus ſatis manifeſtis nuſpiam ab eadem tuto deflecti poſſe ſtatuamus. vide tractatum de Vngaris Martini Rulandi filij. Videatur item Balthaſar Conradinus de Febre Vngarica.

Aq. CC. recentium ſanguine adhuc rigidorum ad omnes Febres ardentes, malignas &

Epidemicas ſupra de Confortantibus.

## METHODVS CVRANDI FEBRES.

In curandis febribus ſequens poteſt eſſe methodus: principio ſtatim, ſi ſit febris continua, præmiſſo clyſtere emolliente & refrigerante, vena aperiatur vel circa quartam veſpertinam vel tempore matutino, cum veſpere precedente clyſter iniectus.

Hinc ſingulis diebus offeratur Iulepus refrigeratiuus conſtans ex decocti refrigerantis ℥iiij.

*ſyrupi violarum aut de Cichorio ℥ij.*

M. & fiat Iulepus, de quo ſumat ad libitum pro potu. Aut

℞. *Aquæ Endiuiæ,*
*Cichorij an.* ℔ß,
*roſarum ℥iiij,*
*ſalis prunellæ ℈ij,*
*ſyr. nymphææ,*
*vel violarum aut de 5. radic. an.* ℥jß.

M. vel

℞. *Raſuræ CC. ℥ij.*

Coq. in aquæ hordei vel papaueris ſ.q.

℞. *Huius decocti* ℔ij,
*ſyr. de tuſſilagine,*
*de praſſio,*
*Capillorum Veneris an.* ℥j.
*ſpiritus ſcordij ſine additione g viij,*
*vitrioli g* vj.

M. F. potio, qua aſſumta aliud præſcribatur, cui nonnũquam poſt purgationes vniuerſales ſacchari Saturni ℈ß vel g̃ vj, admiſceri poſſunt.

Die ſequente poſt venæ ſectionem detur Apozema aliquod aperiens & laxans, aut quod non incommo-

commodum, purgetur infuſione Rhabarbari aut Extracto panchymagogo. Aut fiat ſyrupus Magiſtralis ad naturam patientis & humoris peccantis accommodatus.

Hinc per duos dies vtatur mane & tribus horis a prandio aperiente & laxante Apozemate: quinto die iterum purgetur habito reſpectu ad dies Criticos: ſi febris non remittat, iterum aperiatur Vena die octauo, & ex indicantium ratione detrahatur ſanguis, ſemper interim continuando Iulepum dictum, cui etiam nonnunquam guttæ aliquot ſpiritus vitrioli aut tartari admiſceri poterunt, aut ℥j. ſucci limonum depurati.

Si vires labaſcant, interdum detur Confect. Alkermes aut de Hyacintho cum ſyrupo de limonibus & aqua Cordiali deſtillata.

Poteſt etiam fieri opiata, quæ

*℞. Conſeruæ nymphææ,*
*roſarum,*
*Cichorij an. ℥j.*
*Salis perlarum,*
*ſpir. vitrioli ℈ß.*

de qua capiat ad lubitum. Item interdum veſperi cum dictis confectionibus & diebus Criticis præſertim offerri poſſunt g vj. lapidis bezoardici aut ʒß, aquæ è tiphis ceruorum: imo ſi dicto Iulapio abhorreat, ptiſanæ incoquere licet raſuram CC. quam ſi rubeam inſtar vini deſideres, adde radicis Oxalidis ſeu acetoſæ ad libitum, ſed tunc non oportet addere liquiritiam ſed paſſulas iuiubas & radices intybi, relinquantur donec refrigeſcat.

Interdum magno cum commodo in talibus febribus excitatur ſudor, aut cum lapide bezoar, aut

cum Antimonio fixo diaphoretico , aut cum bezoardico minerali. Datur poſt ſudorem in copia, imo & in ipſo ſudore Iulepus cum ſale prunellæ, aut ſpir. vitr. vel ſulphur. cum aqua hordei ad aciditatem gratam.

Si linguæ ardor adſit, prodeſt extrahere mucilaginem è ſemine Cydoniorũ aut mali granati, aut ſal prunellæ in aqua diſſoluere, vt talia æger in ore teneat. It. ſæpius comedat malum granatum.

Si adſit magna linguæ nigredo, conuenit aperire venas ſublinguales.

*Si Febris ſit intermittens*, eadem medicamenta quoque prodeſſe poſſunt, variata tamen pro conſtitutione materiæ, & morbi , modo obſeruetur quotidiana ſi adſit, in qua plerumque de ventriculo conqueruntur, vt offeratur Vomitorium ſemel atque iterum ex infuſo florum aut Vitri Antimonij aut vitriolo albo. Hinc ſine omni coctione medicamentis paulo fortioribus purgetur, quæ vt in aliis ſemper eo modo offerenda, vt ante paroxyſmi acceſſum operationem ſuam perficere poſſint. verbi gratia ſi acceſſus ſit hora 9. matutina, dandũ purgans hora tertia, & ſic conſequenter.

In fine Paroxyſmi ſudor, qui plerumque prorumpere ſolet ſponte, largiter vt fluat, permittatur, ægro bene cooperto, & tum largiter concedatur potus Iulepi ſuperius præſcripti. Si non purgetur, ſemper ante paroxyſmum hor. j. aſſumat Iulepum dictum, cui dupla quantitas ſalis prunellæ addita ſit, quantum voluerit, ad minus ℥vj, aut ſi abhorreat, fiat emulſio.

Poſt primam purgationem die ſequenti, ſi vires conſtant, aut ſi non, ſubſequente, vena ſecetur.

Si his

Si his medicamentis per tempus aliquod continuatis non cedat febris, vtile eſt ſub initio paroxyſmi, cum prima veſtigia horroris in artubus gliſcunt, exhibere in adultis ℈ij, in fœminis ℈j vel ℈ß in pueris ℈ß vel ℈j ſequentium pilularum, quę mirifice morbos febriles expellunt, de quibus ſupra de intermittente febre.

*℞. Vitri Antimon. per ſe facti & tenuiſſime pulueriſati ℥ß,*
*ſacchari canarij ℥iij,*
*farinæ tritici ℥iiij,*
*Croci ℈j.*

Coque in aq. communi igne lento ad formam pulcis, ad plenam ſpiſſitudinem, cauendo ne in fine aduratur, ſed fere panis formam habeat, fac inde globulos, &c. aut detur Cochlear ß aquæ febrifugæ ſequentis:

*℞. Aq. Centaurij minoris,*
*fragorum an. ℔ij,*
*mellis ℔iiij.*

M. in Cucurbita &c. Huius deſcriptionem vide in annotationibus in Crollium & alibi.

Aqua in omnibus febribus. ℞ ſalis nitri ℔j. ſulphuris, ſal. Ammon. ana ℥ß, ex ſale & ſulphure fiat lapis prunellæ, in fine addendo ſal. Ammon. huius lapidis ℞. ℥ij, aquæ Cardui benedicti ℔iiij, olei ſulph. ℈ij. M. & F. aqua Cardui benedicti ſecundũ artem. Huius aquæ ℥iiij, veſperi exhibeantur aliquoties in malignis Tertianis, &c.

Vidimus quoque alios curatos eſſe ſale abſinthij à ℈j ad ʒß cum ſpir. vitrioli guttis vj. aquæ Cichorij ℥j. ij. aut iij. ante paroxyſmũ tribus horis expectato ſudore in lecto. Aut detur doſis ex ſpiritu

tartari aut ſalis ammoniaci præparati velut diximus in imbecillitate ventriculi à ℥ vj ad viij, in aqua centaurij minoris vel decocto Cichorij ʒ. horis ante paroxyſmũ expectato in lecto ſudore largius profluente, febrim tollit. Eadem doſis eſt iteranda, ſi prima vel ſecunda vice non ſatisfecerit.

Multum quoque valet ſpecificum Febrile Crollij ex Conchis, cuius doſis ℈j ad ℈ij, in hauſtu vini.

In omnibus dictis febribus non intermittenda Epithemata, cordi, hepati, & teſtibus applicanda, de quibus vide apud Practicos.

Tandem notetur, quod in omnibus intermittẽtibus diuturnis ad Antimoniata & Mercurialia confugere liceat, eo quod fomes abſconditus ſit in parte aliqua interna, imprimis in Meſenterio, vnde niſi vno è dictis medicamentis omnia percurrentibus excitetur, vix fomitem vnquam recte expelles, niſi longo tempore.

In Quartana fiat principio ſyrupus Magiſtralis liquidior ex aperientibus & ſpleneticis & Melancholiam expurgantibus, de quo ſingulis diebus matutinis aſſumat doſin, excepto die, quo laborat Febri. Aut fiat Apozema aperiens & laxans, de quo capiat ſingulis diebus doſes duas mane & horis tribus ante cœnam: Emplaſtrum lieni applicetur ſemper ex ammoniaco gummate poſt vniuerſales euacuationes.

Sublatis obſtructionibus ad Antimonialia accedere licet, quibus ſi malum non cedat, conuenit offerre duobus diebus continuis bezoardicum minerale, cuius poſt aſſumptionem excitetur ſudor in lecto.

Ante Paroxyſmum cum ſigna præſentis inſtãt,

dantur

dantur olei Caryophyllorum g vj vel viij, in conſerua aliqua aut ſyrupo, aut detur ſucci expreſſi de ſemperuiuo minori Cochlear cum vino, aut offeratur infuſum Aſari, vel imo Vomitorium.

## PESTIS.

Præſeruatiua Peſtis reperiuntur quam plurima hinc inde apud Medicos deſcripta: ſed quam certa extraque omne periculum poſita illa ſint, ſatis liquet, cum æque præſeruatos & ſecuros adoriri ſoleat.

Nonnunquam vbi præſertim nulla diſpoſitio eſt ipſius corporis, talia præſeruant, ſed vbicunq; ſcintilla aliqua deprauati in nobis ſulphur. microcoſmici Mercurio ſuccumbit, rariſſime ab anhelitu venenoſo tuti eſſe poſſumus.

Vſus Rhabarbari continuus, quemadmodum etiam Zedoariæ multos ab infectione peſtilentiali tutatus eſt, ſed non omnes.

Nec pretioſiſſima potuerunt defendere cũctos, quantumvis nonnullis ſubſidio fuerunt.

Sic de cæteris quoque idem iudicandum fuerit.

Sunt tamen nonnulla, in quibus multũ ſitum eſt operæ, defenſionis & præſeruationis, vide ideam Leimodeam Iohannis Hennemanni Reyſingkij.

1. Specificum Elixir peſtilentiale Crollij multarum eſt virium, de quo vide Crollium.

Huc pertinet Antimonium diaphoreticum ſolare. It. Sol tranſparens & Panacæa ex ſulphure Antim. ac Bezoardicum minerale in notis ad Crollium propoſita. Item puluis Ducis Saxoniæ, cuius præparatio in pharmacopœia Auguſtana, Bezoardicum animale.

ſiue menſura vna, deſtilletur per cucurbitam in Balneo. Doſis cochlear ſemis; ita tamen, vt cum aliis medicamentis fiat permutatio loco præſeruationis, ita vt ieiunent 2. horas, poſt aſſumptum medicamentum, ratione curationis datur cochlear & ſudor in lecto expectatur, qui continuandus pro virium robore & repetenda exhibitio dicta, de 8. in 8. horas donec nullam amplius anxietatem cordis ſentiat. Vnguentum cordiale.

℞. *Vini maluatici ℥j,*
*ſucci citri ℥jß,*
*ſucci ſaluiæ expreſſi ℥ß,*
*aceti theriacalis,*
*olei amygdalarum dulcium ana ℥ij,*
*olei ſtillatitij Iuniperi ℥ß,*
*Mithridatij optimi,*
*Theriacæ Andromachi ana ℥j.*

Contuſa imponantur in arenam calidam ſine ebullitione, in vaſe vitreo, donec ſucci in vino & aceto diſſoluantur, colaturæ adde

*olei ſcorpionum ℥j,*
*Ceræ parum,*

facta ſuper ignem lentum diligenter agitatione coniunge

*olei amygdalarum dulcium ℥j, citri ℈j.*
*Extracti noſtri peſtilentialis ʒjß,*
*Zibethi ℈ß.*

Deducantur omnia in formam linimenti.

Extractum peſtilentiale.

℞. *Radicis Angelicæ,*
*Imperatoriæ,*
*Zedoariæ,*
*Enulæ,*

Huc refer Diuretica illa, de quibus ab initio di-ctum eſt. Ea nimirum ſimiliter ad curationem & præſeruationem Peſtis faciunt.

*Sunt* qui Amuletis & Periaptis multum tribuũt, neque forſan extra rem, de quibus vide notas in Crollium & Tractatum meum de Peſte, vbi pluri-mas Receptularum formulas inuenies.

In Peſte correptis commendant nonnulli ſal ex ſarmentis vitium paratum, vſitato more (combu-rantur illa, & poſtea per ſulphur. &c.) niſi quod ſę-pius rectificandum (nouies vel decies) h. e. ſoluen-dum & coagulandum fuerit. Huius exhibent ſta-tim ab initio (non eſt ratum, eſt tamen commen-datum ab aliis) ſi fieri poteſt, aut paulo poſt infe-ctionem ℈j in vino vel alia aqua peſtilentiali.

Alij poſt horas 3. aut 4. exhibent Antidoti Co-lubrini (Antidotum colubrinum ſine ſale nullam habet efficaciam) communis ʒß vel ℈j, ad ſudores proliciendos.

Denique cætera neceſſaria curant & nullam Pe-ſtem formidabilem eſſe affirmant, quin hoc Anti-doto expurgari, aut ſaltem ad Emunctoria extru-di poſſit, præſertim ſi poſt operationem debitam confortatiua acceſſerint.

Ad Apoſtemata porro ſeu vlcera peſtilentialia ſua ſponte, vel etiam medicamentis intrinſecus ſumtis ad peripheriam ex centro ſcil. proripientia adhibentur, partim diſſipantia, ſeu extrahentia, partim reſoluentia, quibus tandem ſubueniunt conſolidantia.

*Diſcutientia* ſunt multa & varia, quæ tamen nõ ſine prudentia caute adhibenda ſunt, ne propter venenum ſemel ad cutim foras protruſum, denuo

intro quaſi propellatur, atque poſteriora fiant deteriora prioribus. De iis vide Practicos.

Bufones exſiccati, ſed per caput ſaltem (ſi nimirum per corpus non attrahunt venenum) transfoſſi & tumoribus peſtilentialibus ſuperimpoſiti (vẽtri applicẽtur) manente cute integra venenum ad ſe attrahunt, ita, vt licet aridiſſimi ſint, malleo cõplanentur (ante complanationem ducantur per acetum vel relinquantur in loco nudo) tamen paulatim ita turgeſcunt, vt quaſi rumpi videantur (repete aliquoties) Vide Paracelſum de peſte ad Sterzingenſes.

Sic Elixir peſtilentiale Crollij tumoribus illitum inſenſibiliter venenum extrahit & diſſipat.

Idem facit Magma Theriacæ poſt factam extractionem relictum, ſi nempe tumoribus imponatur. It. extractum ſulphur. cum ſpiritu (oleo) iunipeino factum, externe illitum, ſed fœtet.

*Reſoluentia* ſeu maturantia quoque varia ſunt ſed notandum peſti maturandæ Cataplaſmata humidiora nihil prodeſſe, calida nimirum applicantur quidem, ſed quia ſubito refrigerantur, hoc ipſo venenum potius deſcendit & præcipitatur profundius: itaque ab iis abſtinendum.

Via conuenientior eſt hęc: Locum affectum illine cum oleo ſeu butyro Antimonij ad latitudine nummi ſeu ternarij (*dreyer*) relinque, donec exſiccetur locus: poſtea (Vnguentum ruptorium.)

*Vnguentum ruptorium.*

℞. *Olei lini,*
*Chamomillæ an.* ℈ij,
*Croci* ʒj,
*vitellorum ouorum N° ij.*

M. Fiat Vnguentum. Huius vnguenti aliquid applic

plica calide & ſæpe reitera, donec breui temporis ſpatio rumpatur vlcus, quod mundificandum & cum vnguento mundificatiuo compoſito, de quo ſupra in Lue Venerea, & tandem cum Emplaſtro ſtrictico ſeu Opodeldoch conſolidandum.

*Nota.*

Vlcera Peſtilentialia aperta cito conſolidanda nunquam ſunt, quandoquidem niſi venenum radicitus fuerit euulſum, maxima damna ſubſequi ſolent.

Itaque poſt mundificationem vtere ſequente Emplaſtro:

℞. *Ceræ* ℔j, *Emplaſtrum mundificatiuum.*
*reſinæ albæ* ℥iiij,
*Terebinthinæ laricea* ℥j,
*ol. bufonum,*
*ſcorpionum ana* ℥ij,
*ſtyracis liquidæ* ʒvj,
*ſucci Chelidoniæ expreſſi* ℥iiij,
*ariſtolochiæ rotundæ* ℥ß,
*Gummi ammoniaci in aceto diſſoluti & inſpiſſati* ℥jß,
*myrrhæ,*
*Sarcocollæ ana* ℥j.

F. l. a. Emplaſtrum.

Oleum bufonum ſic fit:

℞. Olei oliuarum ℔ß, ebulliat in ſartagine, poſtea ℞. bufones transfoſſos ligno & aliquantulum ſuſpenſos, donec nempe exſiccati fuerint N°8. vel 9. projice in oleum bulliens atque ita aliquandiu relinque, poſtea refrigeratum cola & ſerua. *Oleũ Bufonũ.*

Eſt etiam aliud Emplaſtrum rumpens Apoſtemata peſtilentialia, quod fit hoc modo:

*Emplaſtrum rũpens.*

℞. *Magnetis* ℥ß,
*Terebinthinæ,*
*ol. ſcorpionum an.* ℥j,
*maſtichis,*
*ſuccini,*
*myrrhæ rubræ,*
*ſarcocollæ,*
*gummi ammoniaci,*
*Cantharidum præparatarum an.* ʒij,
*reſinæ* ℥iiij,
*Ceræ* ℔j.

M. F. l. a. Emplaſtrum quod ſuper alutam exterſum & vlceri applicatum primo emollit, tandem rumpit illud, deinceps mundificandum cum ali vnguentis, & ad conſolidationem deducendum.

*Opodeldoch.*

*Opodeldoch* facilimæ præparationis, nec tamē minoris virtutis Crolliano aut VVurtziano; ſic fit:

℞. *Galbani,*
*opopanacis an.* ℥ij,
*ammoniaci,*
*bdellij an.* ℥j.

macerētur in aceto per 8. aut 14. dies, quo diutius eo melius, poſtea cola & inſpiſſa, ad mellis craſſitiem. Deinde

℞. *Lithargyri pulueriſati* ℔j.
*ebulliat in olei oliu.* ℔ij.

lento igne non vehementi ſemper cum ſpatula mouendo, donec acquirat colorem brunneum vel ſpadiceum. Remoue ab igne & paulo poſt add ceræ ℔j liquefactam, agita donec liqueſcat, quibus adjice ſuperiora gummata inſpiſſata & diligente miſce: quando omnia probe fuerint miſta, add olei laurini ℥iij, & viciſſim diligenter miſce, tand

excu

exempto ab igne adde pulueres ſequentes:

℞. *Croci Martis,*
*mumiæ;*
*magnetis;*
*magiſterij Corallorum rubrorũ & albor: an.℥ß;*
*lap. Calaminaris;*
*myrrhæ rubræ,*
*thuris maſculi;*
*maſtichis;*
*ariſtolochiæ rotundæ an.℥ij.*

F. omnium puluis ſubtiliſſimus, quem pedetentim admiſce. Quibus diligenter factis, poſtremo adde balſami ſuccini, hoc eſt, olei ſuccini in deſtillatione poſtremo loco prodeuntis ʒj, & viciſſim ſuper ignem lentum miſce, tandem vbi paulatim refrixerint omnia, forma Magdaleones cum oleo Hyperici.

*Carbunculi* ſeu Anthraces peſtilentiales diligẽter tractandi ſunt. Methodus exquiſita eſt talis: 1. Circumrotetur halo ipſius Carbunculi ſapphiro eleganti (ſapphirus 24. horas à circumrotatione in terra ſepultus vires recipit) donec circumferentia aliquoties à ſapphiro ducta liuere videatur. 2. apicem illine cũ butyro Antimonij & applica Vnguentum ruptoriũ (inungendo, & paulo poſt Carbunculus totus cadet. Vtere deinceps Emplaſtro Attractiuo Magnetico vel etiam interdũ vnguento mundificatiuo compoſito & tandem opodeldoch, vt locus conſolidetur.

Eſt & aliud Emplaſtrum magneticum in Peſte, cuius potiſſimum ingrediens ſeu baſis eſt magnes Arſenicalis artificioſe paratus hoc modo: *Emplaſtrũ Magneticũ.*

℞. *Antim. Crudi,*

*ſulphuris flaui,*
*arſenici albi an.℥ij.*

puluerifentur omnia ſubtiliſſime & in matracio ſeu phiola ſepeliantur in arena vſq; ad aliqualem eminentiam, ſubminiſtretur ig.donec omnia colliqueſcant,id quod ſtylo ferreo experiri licet;ſi nimirum eidem adhæſerit , & inſtar terebinthinæ ductilis fuerit coloris rubei ſubobſcuri. Vaſe refrigerato eximitur materia,quæ eſt dura inſtar picis. Hic magnes Arſenicalis Venenatus amplius non eſt : ſine omni enim noxa animalibus dari poteſt. Præterea cauterium potentiale eſt inſigne quod ſine vlla inflammatione aut corroſione dolorifica operatur. Vſus eius eſt in Peſte , in forma periapti de collo penſilis.

Ex hoc itaque conſtruitur Emplaſtrum prædictum : quod

*℞. Terebinthinæ lariceæ & Ceræ an.℥ß,*
*gummi ſerapini,*
*ammoniaci,*
*Galbani,*
*magnetis arſenicalis an.℥iij,*
*olei ſuccini ℥ij,*
*terræ vitrioli opt.lotæ ℥j.*

diſſolue prius gummata in aceto ſcillitico,ſolutionem per pannum lineum cola,& exprime,eamque tamdiu bulliendo inſpiſſa , donec acet. fuerit conſumptum & gummata ad priorem conſiſtentiam redierint. Deinde ſeorſim Ceram & Terebinthinam illiqua , & extra ign.aliquandiu agita, donec ad ſpiſſitudinem vnguenti redigantur. Porro adde gummata purificata & inſuper puluerem arſenicalem cum vitrioli terra & oleo ſuccini ( Terra

*Terra vitrioli.*

vitrio

unduntur & exprimuntur, ſuccus expreſſus ad formam extracti reducitur) cum liquore è typhis CC. Lapide Bezoardico, lachryma cerui, vnicornu, terra ſigillata, CC. quæ & per ſe ad prouocandum ſudorem offerri poſſunt cum auro potabili, ſale aut ſolutione perlarum, ex quibus addita confectione alkermes fieri poſſunt morſuli.

## EXTERNORVM CVRÆ.

### *SCABIES.*

Scabiei cuilibet perſanandæ, mundificatio ſanguinis neceſſaria eſt: Tale nimirum vitium ſubcutaneum proxime ſtabulatur in male affecto ſanguine, impuritatibus ſalinis, vitriolatis, aluminoſis, ſtypticis ſcatente.

Abſoluitur cura mundificationibus, Mercurio dulci, Mercur. vitæ, arcano Corallino, extracto panchymagogo & ſimilibus.

Quod ſi obſtructiones ſuperueniſſe viſæ fuerint, eædem antequam purgationes fiant, expediātur, ſine quibus tamen Scabies inueterata vix dum cedit. Deinceps mundificato ſanguine & obſtructionibus demptis ſanguinis correctiua feliciter introducuntur.

Magiſterium Corallorum & tinctura maximopere laudantur. Flores Antimonij albi fixi ad ſudandum per 20. dies in decocto vel Spiritu Guaiaci ſcabiem contumacem cum pruritu coniunctam feliciter tollunt. (Sic reſtitui ſtudioſum Medicinæ. Item Bohemum quendam.)

Requiruntur interdum Laconica & Vnguenta: Item inſeſſiones, de quibus vide Practicos.

Aqua mortua, quæ nempe poſt ſolutionem Lunæ in aqua forti factam, & viciſſim præcipitatam

reſidua eſt viridiuſcula, ſcabiem manuum & pedum ſimplici illinitione, præcedentibus tamen vniuerſalibus perfecte curat Mercur. dulcis in aqua aurantiorum deſtillata per leuem ebullitionem ſolutus, ita, vt ad ℔j ℥ß Mercurij accedat. Idem facit aurum in aq. regis ſolutum, & viciſſim in calcem redactum, ſi nempe deſtillatione reuocetur, & tandem cum ſpir. Terebinthinæ extrahatur vſque ad olei formam ſeu oleiformem maſſam, externe illitum ſcabiem tollit.

## SCABIES VOLATICA.

Eſt ſpecies ſcabiei, quam Fallopius Volaticam appellat, propter ſubitam eius per vniuerſam cutim diſtributionem. Sic ſæpe per vnicam noctem malum hoc ſerpere viſum eſt per vniuerſum corpus, ita, vt volando quaſi illud occuparet.

Dixerunt Medici ſanguinis eſſe Efflorefcentiam, alioquin in Eryſipelate, ſine tamen ſcabritie, vſitatam.

Cæterum hæc Volatica neutiquam curari potuit, eo modo, quo efflorefcentia ſanguinis alioquin curatur, & ſæpe ad internecionem vſque malum inualuit reſpuendo omnes medicinas.

In hoc caſu omnia quidem fieri debent, quæ neceſſaria ſunt (purgando & ſudando) ſed cum malũ in Peripheriam detruſum externa alia reſpuat, hoc ſecretũ optatiſſimũ finem imponit. ℞. ſanguinem (recentem) in partu ex vtero elapſum cum tota ſecundina, vel aliquota eius parte, & ablue vniuerſum locum affectum. Raro ſemel atque iterum id repetendũ fuerit, & protinus Volatica quaſi mortua cadet (inunctiones hîc non proſunt.) Curaui hoc modo infinitas periculoſa ſcabie infectas.

Cyno-

### Cynones.

Ad Cynones ſulphuris & tartari ana. Coque in aqua qua locus affectus à frictione lauetur. Item Balſamus ſulphuris.

## STRVMA.

Strumæ ſine omni inciſione curantur facile, ſi bibat patiens ex Cranio hominis ſepulti, non quidem ſemel ſed ſæpius.

Idem præſtat Cinis Spongiarum, qui ſic fit: Si ℥vj. verbi gratia Spongiarum cum ʒiiij, lapidum Spongię calcinentur in olla operculata, donec pulueriſari poſſint. Cineris huius quotidie exhibetur ʒj in vino mane 2. horis ante paſtum. Sic Comitis filium 9. annorum curaui. Item aliquot Virgines huius ciuitatis, de quibus etiam Empirici alias in hoc genere excellentes deſperarunt, feliciter à me curatæ ſunt. *Cinis Spõgiarum.*

## SCROPHVLÆ.

Scrophulę latentes perfectiſſime curantur, (nondum exulcerata dicitur latens) ſi cineres Talpæ quotidie exhibeantur in vino vel decocto ſcrophulariæ.

Citius euaneſcunt illitæ oleo lactis (hoc fit per Veſicam ex lacte putrefacto) & ſi deinde caput mortuum poſt deſtillationem lactis reſiduum denuo cum oleo deſtillato miſtum & in formã Emplaſtri redactum (*laſz nicht zu viel Fettes darzu kommen*) ac Scrophulis impoſitum fuerit.

Quod ſi exulceratæ fuerint, feliciſſime curantur inſperſis cineribus Salamandræ in olla ign. circulari exuſtæ. In calcinatione caueas tibi à fumo Salamandræ (dicitur *Olm oder Molch*) Cineres Talpæ nihilominus intro ſumẽdi ſunt ℈ß, ʒ vj. viij & xij.

## CONTRACTVRA MEMbrorum.

Contractura membrorum à variis cauſis fieri poteſt.

Proxima eſt conſtrictio Synouiæ ligamentorum & neruorum in ſeſe quaſi abruptorum, vnde artuum ſeu articulorum contractiones introducuntur.

Cura vulgaribus medicamentis difficulter abſoluitur.

Extremum refugium quæritur in thermis, vi & poteſtate ſua, quam obtinent à mineralibus ſpiritualiter in eiuſmodi aquis vigentibus.

Hoc vero auxilij genus vſitatum quidem eſt in communi praxi, deficiente vero eodem, aut longius quam par eſt remotis thermis, poſſunt commodiſſime ea adhiberi, quæ felicius ſæpenumero domi applicantur.

Mundificetur corpus blandis purgantibus, qualia ſunt: Extractum Ellebori, Rhabarbari, Mechoacannæ, Item, panchymagogon vegetabile; Etiam ex mineralibus egregium eſt ſpecificum purgans pilulę Antimoniales ſurſum deorſumque purgantes, vel tantum per inferiora.

*Nota.*

Mecurialia hic commode adhiberi nequeunt, quemadmodum nec Colocynthis nec Elaterium. Humiditatibus nimirum ſubſtantificis nonnihil inſidiantur.

Quod ſi obſtructiones in corpore viguerint, quæ alioquin contracturas & præcedere & ſequi ſolent, eædem expediendæ ſunt per deobſtruentia tum vulgaria tum etiam Chymica.

Dein-

Deinde corpus vniuerſum reducendum eſt ad temperaturam æquabilem neceſſariæ humiditatis. Sic inſeſſiones ſeu cupæ parantur ex plantis mollificantibus & humectantibus.

*Nota.*

In extenuatis Laconica valde nocent potius quam proſunt.

Cæterum in omni inſeſſione aliquid de tinctura Antimonij dandum eſt iuſta doſi cum vehiculis conuenientibus, quale eſt aq. lilij conuallium, vt inter lauandum etiam aliquid ſudoris ex habitu corporis emanare queat.

Hoc præterea modo Spiritus vitæ liberius ad extremitates membrorum fertur, iſtiuſque cauſa abſoluitur.

Poſthac omnia tandem externa ſunt accerſenda. E multis aliis hoc imprimis omnem abſoluit operam, quod ſequitur: ♃. radicis angelic. ℔ v. Contuſas coque in diplomate cum vino optimo vaſe diligenter clauſo, donec radices in mucilaginem abeant, exprime & leniter ebulliendo ad caſum mediæ partis coque, dein ♃. vini ardentis Rhenani vel Hiſpanici ℔ iiij.

Solue in eodem croci optimi puluerиſati ℥iij.

Hoc vinum paulatim in vaſe conuenienti ſuper cineres calefac, & impone Saponis Veneti optimi tenuiter ſecti ℔j. & continue moue cum ſpatula, donec ſapo plane fuerit ſolutus. Quo facto adde olei Terebinthinæ & Iuniperi ana ℔jß. M. diligenter & cum mucilagine radicis Angelicæ coniunge, ebulliendo amplius, donec ad iuſtam conſiſtentiã redactũ fuerit. Hoc vnguento inunge vniuerſum corpus, & præſertim in iis locis, vbi cõtra-

ctura fortius inhæret, ſemper ab egreſſu balnei, idque fac nouies, ſemper alternis diebus tum inſeſſione tum inunctione repetendo. Hoc modo adſtricti nerui & ligamenta reſtituuntur, & patiens ad priſtinum vigorem redit. Si cum tinctura Ant. ante inſeſſum 3. vel 4. gutt. olei angelicæ ſtillatitij, vt dictum eſt, exhibeantur, facilior & breuior fit tota curatio.

*Nota.*

Galbanetum non adhibendum niſi firmiores fuerint vires, nec corpus emaciatum.

In Contractura ex Mercur. inunctionibus valet Laconicum cum Spir. Vini ſupra traditum, (balneum ex decocto piſorum) exhibito ſimul balſamo vitæ in aqua Theriacali, miſtura ſimplex vel tinctura Ant. pro ſudore eliciendo, adhibito poſtea Emplaſtro Magnetico.

Ex Veneno hauſto balſamus vitæ cum emplaſtro Magnetico, præſertim latente veneno in centro corporis, vide ſupra de philtris. Hoc modo curata Comitis filia.

## ARIDVRA.

In Ariduris particularibus præmiſſis vniuerſalibus, ſi neceſſitas efflagitauerit, quædam ſunt interna, ſunt quædam externa ſpecifica; quantumvis haud negem, fomentationes (ex ſalicibus.) Item, inunctiones & Emplaſtra ab autoribus hinc inde deſcripta & vſu comprobata multum prodeſſe.

Interna ſunt: 1. ℞. mellis virginum hoc eſt ſincerum q.ſ. illine ollam interius, & eandem planta in aceruum formicarum, ita tamen, vt orificiũ ollę tectum ſit particula aliqua cribri non plane anguſti; Hac nimirũ ratione formicæ appetentes mel, per

per foramina cadunt ſine recrementis, quando itaque ſufficiens earum quantitas collecta fuerit, affundatur bonus ſpiritus vini & digerantur omnia vaſe clauſo in B. M. per vnum atque alterum diem, poſtea deſtilla, primum lento igne, vt prodeat ſpiritus vini, tandem fortiori, vt aqua mellis & formicarum ſimul prodeant, quam ſerua. Huius aquæ exhibe cochl. j. ſingulis triduis mane ieiuno ſtomacho. Interdum etiam veſperi coclear ß cum pane toſto. Membrum vero exuccum & aridum cum Spirit. vini primo prolecto aliquoties fortiter frica. Vide ſupra de Atrophia.

2. Mirabili poteſtate valet in reſtituendis Ariduris aqua fluuiatilis, quæ inter aquandum ex ore equorum generoſorum, poſtquam biberint, profluere ſolet, ſi nempe diligenter colligatur & potanda mane & veſperi detur.

Extremum eſt arcanum Aluminis dulcis, cuius mentionem facit VVurtzius c.23.tr.3. quod explicatum ſic habet: Decoquatur (hoc eſt, calcinetur) alumen ad conſiſtentiam craſſam in olla, vt euaporet phlegma. Deinde tritum per retortam deſtilletur, vt habeatur ipſius ſpiritus inſtar aquæ fortis. Hoc caput mortuum exemptum, & tritum eſt terra mollis & lenta, de qua loquitur VVurtzius, ea ſoluetur in aqua tepida, reſidebit terra mortua inter ſoluendum in fundo tepidæ aquæ, filtratur & poſtea concoquitur: alumen vero mite ſimul per filtrum tranſit. Coagulatum hoc alumen coniunge cum ſale communi & procede vlterius, quemadmodum ipſe autor docet. Vſum vide apud ipſum loco dicto. *Arcanũ aluminis.*

Eſt & extremum aliud in Ariduris oleum vi-

trioli,ſuccini vel Terebinthinæ. It.axungia humana cum oleo vitr.ana,oleum rubicundum ſiue forte, quod ex vitriol. cæruleo fit, inuicem paulatim (propter metum aſtantium à diſpoſitione)ſeu guttatim cum oleo ſuccini aut reliquis ſupra dictis mixtum.

Vſus locus primum aſperioribus linteis fricetur: poſtea illinatur & quidem aliquoties.

*Nota.*

Membra aridiora ſemper calidioribus pannis vel etiam exuuiis vulpinis (*ein Fuchs, balg vngearbeitet; das rauhe nein gekehret*) foueantur.

## LVXATIO.

In Luxatione 1. membrum reponatur.

2. Applicetur Decoctum florum Chamomillæ, Hyperici, verbaſci cum panno cæruleo.

3. Vnge locum oleo ceræ.

## TVMOR.

In Tumoribus Oedematoſis ſtercus caprillum cum aqua fabrorum, vel quod præſtat vrina propria coctum applicetur.

In Tumoribus calidis,quos φλεγμονὰς appellant, generaliter proſunt Epithemata, qualia ſunt:

1. Aqua ſpermatis Ranarum in qua aliquid myrrhæ ebullierit.

2. Lixiuium forte (vt quaſi lacteſcat) cum oleo lini mixtum (intra 2.3.vel 4.horas)ſiſtit Herpetas, quibus pueri inficiuntur.

3. Emplaſtrum ex naſturtio aquatico contuſo.

*Nota.*

Si eiuſmodi tumores ſæpius occurrunt ſanguinis mundificantia & minuentia ſtatis temporibus

poribus negligenda non ſunt.

PHYPELLÆ.

In Phypellis (*Ohrenzwang*) ol. tartari fœtidum. It. ol. Guaiaci valet. Panus alias dicitur hic tumor qui phlegmone eſt in adenum & inguinum locis exortus.

BVBONES.

De Bubonibus ſupra in Peſte. Hic commendatur Balſamus tartari, de quo Rulãdus Cent.1. Cur. 91. Emplaſtrum Diaſulphuris curatione ſequente apud eundem.

CARBVNCVLVS.

De Carbunculo vide ſupra de Peſte. Huc refer Emplaſtrum ex Magnete Arſenicali, de quo paulo ante.

EPINYCTIS ET FVRVNCVLVS.

In Epinyctide & Furunculo valent eadem, ſed caue ne ferro aperias (præſertim peſtis tempore) plerumque nimirum mors ſequitur, puſtularum peſſimæ ſubnigræ & ſubliuidæ, ita vocantur quod in nocte erumpant.

TERMINTHVS.

Terminthi (*die braunen Blattern*) interdum non abſimiles ſunt Herpeti vlcerato, inungantur oleo nucis expreſſo & inſpiſſato, de quo ſupra (*reiſz erſtlich das hautlein hinweg, das vmbher wachſet.*) Item Balſamus Diaſulphuris. Tumores in quorum ſummitate puſtula nigra apparet.

OEDEMA.

De Oedemate egregie præcipientem vide Platerum.

HYDROCEPHALVM.

In Hydrocephalo limaces cum ſuis teſtis piſten-

tur & reducantur in formam Emplaſtri, quod capiti applicatum & relictum, donec ſponte cadat, mirabiliter reſoluit. Vide de his centuriam 3. Chirurgicarum obſeruationum Fabricij Hildani.

## TYMPANITIS, RAMEX Flatulentus.

De Tympanitide & Ramice flatulento ſupra.

## CVTIS TVMOR FLATVlentus.

In tumoribus cutis flatulentis applicentur cucurbitulæ ſine ſcarificatione: Item, Carminatiua ſemina: radix Ebuli recens contuſa & Emplaſtri loco applicata valide omnes ventoſitates tollit.

## SCIRRHVS.

De Scirrhis præſertim interiorum partium ſupra dictum.

Vbi extra apparent, Cataplaſmata ex radice bryoniæ. It. ſtercore caprillo & vrina proſunt.

NB. Emplaſtrum ex Cicuta, de quo ſupra, non hîc vſque adeo commodum.

## GANGRÆNA.

De Gangræna vide curationem vltimam Cent. 10. Rulandi. Balſamus ſulphuris ſuperimpoſitus Emplaſtrum diaſulphuris (ſic Ganglion penis in Conſule Bremenſi curaui.) Vide etiam infra de Gangræna & Sphacelo incipiente.

## BRONCHOCELE.

Bronchocele eſt tumor neruorum in partibus ligamentoſis, ex carnibus ſponte facta, curatur Balſamo ſulphuris & Emplaſtro diaſulphuris.

## CANCER.

De Cancro vide ſupra (Cancer latens tangatur) dicitur cancer mammillarum.

## VLCERA PHAGEDÆNICA.

In Vlceribus Phagedænicis præſtat oleum commune impprægnatum ſpiritu Merc. ſublim. de quo ſupra.

Item Balſamus ſulphuris; Emplaſtrum Diaſulphur. ſed vlceribus prius mundificatis (vide mundificantia ſupra de Lue Venerea.)

## SARCOMATA.

Sarcomata curantur, vt Polypus, de quo ſupra.

## VARIX.

In Varicibus (hæ puerperis familiares; vnde Germanis *Kinder Adern,*) ℞. Butyri Maialis vel in defectu olei roſatum part. j. ſucci ex contuſis cancris expreſſi part. ij. M. & coque ad formam Vnguenti (vel ebulliant leniter, poſtea ſoli exponantur, ſed tum fœtet maxime.)

### Aneuriſma.

Ad Aneuriſmata.

℞. *Cineris ficuum* ℥ß;
*Ceræ* ℥j;
*Terebinthinæ* ℥ij.

M. F. Emplaſtrum, extendatur & applicetur ſæpius. Aliquando Balſamus ſulphuris adjiciendus eſt, nonnunquam terra vitrioli purificata addenda.

## ERYSIPELAS.

Eryſipelas recens quamcunque partem inuaſerit externa diſcutientia requirit moderata. Sanguis menſtruus in aceto roſaceo diſſolutus & calide applicatus ſubito ſoluit; præſertim ſi ſudores quoque moueantur ex Bezoardico cum ſimplici tum compoſito, vel ſolari vel lunari in aqua ſenecionis. It. ex miſtura ſimplici in eodem vehiculo.

Sic decoctum Myrrhæ & Olibani in Vino & aceto calideque applicatum cito diſſoluit.

Folia raphani ſylueſtris conquaſſatis fibris calidiuſcule applicata feruorem ſanguinis reprimũt.

Nonnullis aqua ſpermatis Ranarum, ad extinguendum ignem ſacrum familiaris eſt ; ſed ſæpe malo cum ſucceſſu. Eſt nimirum nimis frigidum, hoc eſt, habet in ſeſe Mercurium cum Saturnina quadam proprietate coniunctum. Itaque repercutiens quidem eſt, ſed ſubſequentium grauium ſymptomatum cauſa manifeſta. Mortificantur exinde tum partes neruoſæ tum venoſæ. Eius tamen particula cum decocto Myrrhę & Olibani miſta laudabilior eſt ad inſtitutum.

Tibialia linea imbibita aqua ſpermatis ranarum & viciſſim exſiccata, ſubindeque eodem opere præparata, pedes & crura ab Eryſipelate ſæpius recurrente muniunt & præſeruant.

Eryſipelatis exulcerati curam vide apud Rulandum centuria 1. curatione 43. Hac cura feliciter vſus ſum in mulierculis, ( Naſturtium aquaticum ſingulare. ) It. Eryſipelatis phlegmonoſi curat. 61. cent. 9.

## PHLYCTÆNA.

In Phlyctenis vel Phlyctidibus (*das vvilde Fevver oder Nachtbrand,*) quando ad partes carnoſas locum figunt, cito tum reſtinguendis tum curandis nihil potius eſt Epithemate ex lixiuio forti cinerum fagi & oleo lini ana calide confuſis & mixtis facto, ac deinceps cum laciniis loco dolenti applicato, ſæpius reiterando. Si aliquid olei nucis adieceris, perfectior ſubſequetur cura. Sunt vero puſtulæ

ſtulæ ſimiles illis quæ ex aq. feruente enatæ liquorem flauum in ſe continent.

## HERPES MILIARIS.

Herpetem miliarem *den freſſen den VVolff, Ameyſen*, veluti & veram, aqua calcis viuæ calide in petiis applicata, mitigat: fortius operatur ſi alumen dulce vel ſaccharum Saturni in eadem ante applicationem diſſoluitur.

Optimum vero in his caſibus præſertim reſpicere ad mundificationem corporis. Sepe nimirum cacochymia in viris, menſium obſtructio in fœminis vtriuſque cauſam ſuppeditare poteſt.

Vtrumq; igitur faciendum, quod res iubet.

Sudores præterea ſunt neceſſarij, quibus omnibus præmiſſis rite,reliqua non erit inutilis cura.

Quod ſi cutis ipſius & carnis exulcerationes ſerpentes iam tũ malum pertinacius fecerint, mundificantia ſunt neceſſaria, de quibus ſupra.

Commendatur hic maxime cremor calcis viuæ cum mundificantibus miſtus & applicatus.

Decoctum perſicariæ, ſic folia rubi idæi in aqua & vino decocta Herpetes præſertim tibiarũ non tantum mundificant, ſed inſuper ſanant.

Vnguentum Saturninum ex lithargyro Sol. & oleo oliuarum ſine igne,tãtum in mortario plumbeo diuturnis tritionibus miſtum maxime conducit.

Balſamus ſulph. complementum abſoluit.

## IMPETIGO, LICHEN incipiens.

Impetiginem.Lichenem (*Zittermahl, Flechten im Angeſicht*)incipiẽtes,præſertim in facie & collo ſaliua ieiuni ſuperillita loco aliquantulum agi-

tato tollit *auſz gekratzt*) ſin horridior fuerit, & latius ſerpere perrexerit, præcedentibus corporis mundificationibus alia ſunt adſciſcenda.

Sic aqua quæ deſtillando prolicitur ex oleo tart. per deliquium ſoluto cum Mercur. crudo (proportione quadrupla, vt ſit olei tartari ℔j. Mercur. ℔ß hoc eſt, ℥iiij, ex retorta, Merc. primum prodit, deinde aqua non corroſiua) impetiginem & lichenes omnes etiam contumaciſſimas curat.

Sic oleum tartari per deliquium factum cum ana olei ceræ diligenter miſtum impetigines & mundificat & curat.

## PRVRITVS.

Ad Pruritum

℞. *Vnguenti infrigidantis Galeni* ℥j,
*populeonis* ℥ß,
*opij* ℈*iij vel iiij.*

diſſoluatur opium in oleo amygdalarum dulcium poſtea miſce & illine.

## PSORA.

Pſora quantumvis à ſcabie videatur diuerſa, vnas tamen & eaſdem ſuæ generationis habet cauſas, niſi quod ſemper coincidunt, aut vna alteram ſubſequatur: quicquid igitur diſcriminis ineſt, id ſaltem dependere videtur ex alterius parentis nimia, nec admodum ſana conſtitutione prouenientc.

Diſquirendum itaque fuerit ſedulo, quando generari vel etiam dominari in corpore cœperit.

Pſora fœda pene eſt pſora Græcorum; nec multum differt à lepra Græcorum.

Sed hæc poteſt curari, id quod ſupra vidimus deſumpta cura ex Viridello.

Qui

Qui autem Pſoram curare poteſt, numquid & ille ſcabiem ſanare poterit? Exiſtimo, nec tamen experientia longe abeſt. Vide quę ſupra dicta ſunt de Lepra.

## FAVVS, ACHOR, CAPITIS Vlcera Manantia.

Fauum, Achores ac reliqua capitis Manantia vlcera, vel iam confirmata vel aliis medicamentis perperam adhibitis exaſperata, mundificantia quidem interna nempe ad ſanationes diſponunt, ſed nullum tam felix eſt mundificans, quin auerruncatis cauſis etiam malum ipſum externum tollas protinus. Nec ſemper prodeſt, præſertim in pueris eiuſmodi Manantia Vlcera ad curationes protrahere, præſertim cum ſæpiſſime vſu euenerit, multo plus periculi inde eſſe & noxæ, quam ſalutis & tranquillitatis.

Nonnulli per vittas picatas cum arſenico mixtas eradicare conantur iſta mala, ſed propterea cedendo plane fuerunt noxia.

In omnibus hiſce præſtantiſſima cura: præmiſſis præmittendis, petitur à duobus.

I. Eſt Vrina aprugna cum veſica ſua exempta & inuerſa addito cerebro aprugno, quæ diligenter munita aliquandiu fouenda in camino, vt fumo indurari queat, cuius medulla remanens illita exulcerato capiti, aliquoties repetendo ſolidiſſimum malum tollit.

II. Eſt Balſamus ſulphuris qui hæc & ſimilia vlcuſcula cito tutoque tollit.

## VERRVCA.

Verrucas cuiuſcunque generis tollit aqua ſupernatans truncis quercuũ bipenne detruncatarũ.

## CLAVVS INCISVS.

Claui inciſi eluantur vrina canis, poſtea Emplaſtro ex cera rubea (melius operaberis ſi pauxillum Merc. dulcis adieceris) tandem vt ſanetur, particula lardi ſaliti aliquandiu ſuper locum affectum geſtetur.

In Clauis eruendis valde laudatur tanquam ſecretum à Rulando:

*℞. Ol. ſulphur. per Campanam ℥ß,*
*lapid. corroſiv. vel ſal. alkali ℥ij,*
*ſem. hyoſcyami ℨj,*
*opij ℨj.*

tere & miſce. F.M. Vel ℞. Sanguin. anguillæ & locum affectum laua.

## CALLVM.

In callis præmiſſis lauacris frequentioribus optima eſt raſura cum cultro. (cauteria potentialia locum hîc non habent.)

## MACVLA.

Maculas, de quibus Fernelius, ſi quis felicius curare cupiat corpus primum à prauis humoribus emundet, poſtea externa adhibeat: de quibus multi Practici ſunt.

Pinguedo Thymali piſcis (*Aſchen*) & oleum cannæ maculis illita eas tollunt.

Sanguis humanus cum æquali parte lactis humani deſtillatus maculas tollit.

## LENTIGO.

Lentigines (*Sommerſtecken*) tollit aqua deſtillata ex foliis ſatyrionis maculoſi collectis in nouilunio, qua cutis diligenter in Autumno lauetur ad præſeruationem, ne in Vere redeant.

Sic ſal ex cineribus caulium antiquorum in eadem

dem aqua ſolutus præſens remedium.

## SVGILLATA.

Sugillata optime tollunt carnes crudæ impoſitæ.

## GANGRÆNA, SPHACELVS incipiens.

Gangrænam ſeu Sphacelum incipientem prohibet.

1. Lixiuium forte, in quo ſcordium, radix ſcorzoneræ & vincetoxici ebulliendo coctæ ſunt, locum affectum cum eodem lixiuio calide fouendo.

2. Prodeſt Spir. Vin. Camphoratus, hoc eſt, in cuius ℥iij Camph. ʒj, fuerit ſoluta: hoc pars affecta lauatur, vel cum petiis munitur. Hoc nihil videtur aptius ad ſyderationem partis impediendam. Vide Fabricij Hildani obſeruationes & libellum *vom kalten vnd heiſſen Brand.*

3. Butyr. Ant. quo pars iam affecta & ſyderata, vt felicius à viua parte poſſit ſeparari, nec hæ partes vlterius inquinari, illinenda eſt, vel notanda; diſcernendæ ſunt iſtæ inuicem deſcripto circulo cum illo butyro, quem ſyderatio ſi cætera conuenienter fiant, non transgreditur: pars autem mortua ſeparanda eſt, vel ope Chirurgi, ſi integre fuerit ſyderata: vel vnguentis mundificantibus, vt ſaltem partes mortuæ à viuis ſeparentur.

Huic inſeruit oleum oliuarum, vel quod melius eſt oleum papaueris per expreſſionem factum, ſi in eius ℥iij, Mercur. ſublim. ſeu turpethi mineralis ʒß, vſque ad brunnitatem olei diſſoluta fuerit, (Balſamus Merc. non propoſitus.) Hoc oleum perfecte mundificat & omnes exulcerationes fœtidas & Gangrænas à partibus viuis eleganter ſeparat,

putrida abſumit, ſana non tangit.

## VLCERA.

De Vlceribus vide quæ ſupra dicta ſunt. In his omnibus qualibuſcunque primo mundificantia ſi opus eſt: poſtea detergentia, tandem conſolidantia requiruntur.

De mundificantibus dictum eſt antea, conſolidantia vtiliſſima peti poſſunt ex balſamo & Emplaſtro Diaſulphuris, de quibus ſupra.

## FISTVLA.

Fiſtulæ curantur partim externis, partim internis Medicamentis.

Interna ſunt potiones vulnerariæ, de quibus conſulantur autores, imprimis VVurtzius cap. proprio tractatu 4.

*Nota.*

Fiſtula nunquam curatur, ſi in os aliquod deſinit, illud nigredine aliqua vel carie infectum fuerit. Os itaque aut radendum, aut conuenientibus medicamentis purgandum. Sic Mercur. dulcis in aqua plantaginis ſolutus & illitus nigredinem aufert.

Conſolidantia petenda ſunt ex magno illo conſolidantium cumulo.

Sal ſolis ex capite mortuo extractum & mundificatum inſigne eſt, ſi poſt fiſtularum elutiones tandem ſupponatur, præſertim ſi in ſucco Cancrorum fluuiatilium fuerit ſolutum, & turundis vel aliis inſtrumentis foraminatis fuerit in fiſtulam ingeſtum.

Ad conſolidandas præterea fiſtulas præſertim gingiuarum, poſteaquã dentes eroſi exempti fuerint, citra quam exemptionem nulla fit ſanatio: alioquin

alioquin præſentiſſimum eſt liquor, qui poſt ſpecificum purgans Paracelſi iam terna vel quaterna vice extractum tandem incoagulabilis manet. Huius guttæ aliquot ſæpius in fiſtulas immiſſæ vel cum turundis applicatę breui omnem operam abſoluunt.

## VVLNERA.

Curationes Vulnerum ad Chirurgiam recte pertinent, adminiſtrationem nimirum manualem requirunt, quemadmodum & vlcera.

In horum autem curatione egregiam operam præſtitit Felix VVurtzius Chirurgus, cuius opera extant, quæ commendatione eleganti digniſſima ſunt.

Paracelſus Chirurgus eminens videtur operam abſoluiſſe, quæ in tota Chirurgia neceſſaria & euidens eſt. Ipſius itaque Chirurgica ſcripta magno vſui ſunt, imprimis vero illa Chirurgia parua olim Baſileæ ſuccincte à Vito Amerbachio excerpta & hactenus non excuſa.

Iidem autores quoque eleganter præcipiunt de omnibus ſymptomatibus & accidentibus vnicuique vulneri ſæpius euenientibus, quibus imprimis Felix VVurtzius felici manu quomodo ſuccurrendum, docet tractat. 3. ſuæ Chirurgiæ.

Circumferuntur alias Balſama Vulneraria, itemque potiones conſolidandis vulneribus maxime vtiles, de quibus conſulantur etiam autores.

Elegás eſt Balſamus Vulnerarius Felicis VVurtzij, qui vbivis commendatur, multarumque eſt virium: alioquin vſitatiores deſcriptiones paſſim habentur, ſequentes duæ tantarum ſunt virium, vt ſi omnia cætera legitime fiant, ab iis vulnerum cu-

rationes ſolerter perfici poſſint, & intra perbreue temporis ſpatium.

*Balſam. Vulnerarius.*

Balſamus Vulnerarius.

℞. *Galbani,*
*ammoniaci,*
*bdelly ana* ℥ß.

macerentur in aceto per triduum, tandem colentur & more vſitato inſpiſſentur ad conſiſtentiam mellis. Poſtea

℞. *Myrrhæ rubeæ finæ,*
*maſtichis electi ana* ℥ß.
*olibani* ℥j.

puluerifentur tenuiſſime, adde

*Terebinthinæ laricea,*
*olei oliuarum ana* ℥ij.

Coque inuicem igne lentiſſimo perpetuo agitando, donec gummata illa poſteriora probe fuerint eliquata, adde viciſſim olei oliuarum recentis ℥j, & lento calore denuo coque, atque ita perge, ſemper ℥j olei oliuarum recentis adjiciendo, donec ℔j integra abſumpta fuerit, ſemper tamen probe agitando. Tandem gummata in acetum ſoluta, colata & inſpiſſata admiſce ſimili modo agitando, & deinceps recens oleum oliuarum denuo per vices adjiciendo, donec & altera quoque ℔ eiuſdem olei adiecta fuerit, & Balſamus aliquid flauedinis contraxerit.

Quod ſi eundem balſamum viridem fieri deſideras, adde ℥j æruginis puluerifatæ, & inſolando relinque per 1. menſem vel plures, fæcibus paulatim ad fundum ſe præcipitantibus, à quibus quod ſincerum ſupereminet, decanta & vaſis mundis referua.

VSVS.

## VSVS.

Vulnera recens punctim & cæſim facta citiſſime curat, ſi modo eius particula moderate calida, vt ſcilicet ſufferre poſſit patiēs, in vulnus immittatur, ita tamen vt totam cauitatē vulneris recte adimpleat. Secus nimirum ſuperiores partes conſolidantur, relictis inferioribus adhuc crudis & alia Symptomata tum inferentibus. Quod ſi vena ſimul fuerit læſa, illa liganda eſt & balſamo deinceps infuſo ſpatio quatridui ad minimum, ligatura nempe etiam debite adhibita perfecte vulnus conſolidatur.

*Puluis glutinatorius.* Nonnulli vſurpant in hiſce caſibus etiam interdum non adhibito Balſamo puluerem conglutinatorium, qui fit ex cancro fluuiatili. ℞. Cancros integros adhuc viuos & recentes ex aquis aſſumptos menſe Iunio, quando Luna commoratur in cancro (Cancri ſint molliuſculi, qui iam pridem exuuias poſuerunt) exſicca in clibano in vaſe terreo, ne tamen comburantur, aut igne tāgantur, donec pulueriſari poſſint tenuiter. Hunc puluerem immittunt in vulnera etiam profunda, ſed hac cautione, vt omnes cauitates expleantur; alioquin vbi puluis iſte fundum nō attigerit, conſolidatio quidem vulneris ſuperius fit, ſed ad fundum generatio puris impediri nequit. Itaque hoc ſemper prouidendum fuerit, alioquin vulnera recenter conſolidata ſunt ſecanda.

*Balſam' Vulnerarius alius* Alter Balſamus talis eſt: ℞. mucum ex auribus, quantum eius haberi poteſt adde olei nucum iuglandium expreſſi & coq; inuicem, donec lento calore oleum aliquantulum inſpiſſetur in formam Balſami.

Huius vſus eſt ſtupendus in omnibus vulneribus citiſſime curandis, maximopere nimirum conſolidat, & omnes partes abſoluit.

Huc refer Balſamum ſulphuris & Emplaſtrum Diaſulphuris Rulandi, quorum euidentia laudabilis eſt.

## FRACTVRA, LVXATIO ET diſlocatio Oſſium.

Fracturis Oſſium; Item luxationibus & diſlocationibus rite recteque curandis & reſtituendis poſſunt conſulere Chirurgi Practici.

Oſteocolla mirabiles effectus in adultis intro ſumpta præſtat, ſed in iuuenibus non item. Vide Obſeruationes Fabricij Hildani.

Hoc ab arcano vel magiſterio (philoſophice calcinato) ipſius lapidis dextre parato euitari poſſe, vt æque ſcilicet ſenibus ac iuuenibus poſſit, experientia docet.

De vniuerſo autem circa oſſa magiſterio hactenus obſeruationes perpaucæ, aut fere nullæ fuerunt, quo minus de iiſdem aliquid veri adhuc dum referre licet.

TRA-

TRACTATVS

# IOANNIS ERNESTI DOCTORIS MEDICI

## DE OLEIS VARIIS ARTE Chymica deſtillatis.

OLea deſtillata eandem habent vim & efficaciam cum aromatibus, ſeminibus & herbis,ex quibus deſtillantur. Quia vero in ipſa deſtillatione omnis immundities & excrementa, quæ ipſorum operationem impediunt, ſeparantur. Et ſolum ſubſtantia illa ſuſtentans,& ad vſum quaſi viuificans, remanet facile coniectandum, illorum guttulam etiam vnicam deſtillatam plus poſſe, & maiori etiam facilitate & fructu operationem ſuam perficere, quam integer manipulus ſeminum, aromatum & herbarum. Operatio vero eorum præcipua eſt, naturam confortare ac immutare,caloremque natiuum fouere,vt ęgritudinibus eo magis reſiſtere, ac ſpiritus corporis & quicquid in eo purum vtileque reperitur, reficere poſſit. Quocirca diligenter aduertendum, vt debito tempore & in conuenienti pondere vſurpentur.

*Cur olea deſtillata maiorem habeant efficaciã, quã ſimplicia, ex quibus deſtillantur.*

## DE MODO DESTILLATIONIS Oleorum ex ſeminibus, radicibus, herbis, aromatibus, &c.

Semina, ex quibus Oleum deſtillare cupis, prius in minutiſſimum puluerem ſunt redigenda, & per cribrum tranſmittenda, quo facto, cuilibet libræ ſeminis adde manipulum tartari, mixta ſibi inuicem vaſi ex cupro, injice tantum aquæ fontanæ, vt palmum integrum ſupernatet, affunde, linteisq; ac charta madefacta & compacta ita, ne quid exhalet, occlude, & quinq; horis continuis, primo quidem igne vehementiori, poſtea cum aſcendere videris, leniori deſtilla. Diligenter vero receptaculum poſterius erit obſeruandum, vt deſtillatio ſine intermiſſione procedat, ſeu guttula guttulam eo vſque ſequatur, donec nihil amplius de oleo deſtillet; quo viſo ignis remouendus & oleum refrigeratum more ſolito ſeparandum.

In deſtillatione Oleorũ macis, nuciſtæ, & quidquid huiusmodi deſtillare deſideras, tartarus & ſal contritus admiſcentur, itaque ſicca igni admouentur, quæ vaſi iniecta, manu tam diu, quovſque ſudare incipiant, nec manum præ calore admittant, agitantur, tunc aquæ calidæ quantum ſatis eſt, affunditur, vas diligenter occluditur & Oleum, vt dictum eſt, extrahitur.

Caryophylli, Zinziber, Piper, Cardamomi, Cubebæ, mala aurea ſiue aurantia, maiorana, roſmarinus, cæteraque ſimplicia & aromata prius minutiſſime ſunt contundenda, vaſi deſtillatorio ſatis magno cum additione tartari & ſalis injicienda tantum aquæ, vt quinque tranſuerſos digitos ſupereminear, affundenda, alembicus communis vt

ſæcus

cæcus, ſicut tibi notum, imponendus, optime coo-
perta fornaci aut arenæ calidæ accommodanda &
per decem vel plures dies materia indita digeren-
da, poſtea vaſi ex cupro immittenda, quantum a-
quæ opus fuerit, vlterius affundenda, & vt de o-
leo aniſi & fœniculi dictum eſt, deſtillatio perfi-
cienda.

## DE OLEO ANISI, FOENICVLI, & Cumini.

Horum ſeminum ℔ 1. parum contunditur, cum
menſuris duabus aquę vaſi deſtillatorio ita, vt im-
pleatur, injicitur, ſub alembico cæco per octo dies
putreſcere permittitur. Semen aniſi facile aſcen-
dit, itaq; eius oleum lento igne erit extrahendum,
quia præcipitationem non admittit.

Eo modo etiam Caryopylli. Ad eorum vero
℔ j. ſaltem lib. 1. ß, aquæ requiritur. Obſeruan-
dum autem hic eſt, quæ olea facile aſcendant,
qualia ſunt oleum caryophyllorum & aniſi; ideo
lento igne erunt deſtillanda, cætera vero vehe-
mentiore.

In his deſtillationibus ſumma diligentia requi-
ritur; ſiquidem ignis vehementior non conuenit,
nimis vero lentus oleum coctione paulatim con-
ſumit.

Oleum Aniſi ſeparari non poteſt, itaque alio
modo, cochleari nempe vel aliter erit abſtrahen-
dum, fit enim axungiæ ſimile, abſtractum vero cũ
ſuo vitro arenæ impoſitum iterum clareſcit.

Oleum cinnamomi eodem modo, quo & oleum
caryophyllorum deſtillatur, & quanto magis poſt
deſtillationem refrigerantur, tanto clariora fiunt:
aqua autem feruida eſt ſuperfundenda. Oleum

nuciſtæ cum vino debet deſtillari : vini ad quam libet lib. nuciſtæ menſura vna cum dimidia ſumi & feruidum affundi.

Oleum nuciſtæ & aliorum aromatum ſip oſt ſeparationem non coeunt ; ſecundo debent deſtillari ; hoc enim facto oleum nuciſtæ inſpiſſatur, inſtar olei radicum & præſertim angelicæ.

## DE OLEO CINNAMOMI.

Cinnamomo ſubtiliter puluerifato adde tartarum & ſal, injice ampullæ vitreæ, optime perlutetur, alembico cæco adaptetur, per dies decem & octo in fornacem vel arenam calidam collocetur; deinde in alio vaſe luto circumcirca obducto in capella tam alte in arenam dimittatur quouſque vas luto obductum eſt ; alembicus ſuperponatur, recipiens applicetur ; rimæ charta madida beneque compacta occludantur, ignis ita regatur, vt gutta guttam immediate ſequatur ; & ita per tres dies integros vrgeatur: interim tamen ignis noctu poteſt intermitti. Et ( quod diligenter eſt obſeruandum) ſi cinnamomi ſumis ℔ j. erit addenda aqua & vinum, eorum ſcilicet partes æquales. Si enim vinum plane omiſeris , bonam aquam nunquam expectabis : Oleum autem ſequitur, ſiue aqua ſola, vel etiam vinum fuerit affuſum. Et ſi in deſtillatione ita per triduum perſtiteris ; ab igni remoue , & cinnamomum cum aqua in vaſe relictum aſſerua: Eius enim libra in vaſe ex cupro poteſt denuo deſtillari.

Ex cinnamomi autem libra j. non vltra quartam menſuræ partem bonæ aquæ expectabis. Si vero menſurá integram vini affundis, menſura dimidia aquæ non contemnendæ extillabit. Aqu tame

tamen vltimo extillans in peculiari recipiente eſt colligenda. Licet quinetiam aquam & oleum ſimul commixta in vitrum excipere & poſtea ſeparare.

Quidam etiam ſpiritum terebinthinæ aromatibus ſubtiliter puluetiſatis addunt, inuicemque contundunt; cinnamomi nempe libræ ſpiritus terebinthinæ ℥j, caryophyllorum vero ℥ij vel iij: ita & herbis, iis tamen recentibus, minutiſſime contuſis & quantitati earum mediocri ℥ij addunt, hoc enim facto, quælibet planta ſuum colorem acquirit & coſeruat.

Pari modo olea etiam tinguntur, ſi radix rubiæ Tinctorum imponitur.

## DE OLEO ROSATO RITE deſtillato.

℞. *Flor. roſ. albar. odoriſ. lib. x.* conſpergantur puluere ſacch. cand. alb. ita mixta in mortario cõtundantur, aqua roſacea ſuperfundatur, per tres ſeptimanas integras inſoletur, & poſtea in modum olei cinnamomi deſtilletur: acquiris oleum excellens & fragrantiſſimum, eius tamen exiguam quantitatem.

## DE OLEO SPICÆ DOmeſticæ.

Flores huius ſpicæ in cucurbitam iniecti comprimantur, eaq; luto optime occluſa in fimum equinum per 14. dies noctesq; ſepeliatur, poſtea lente primum, non tamen ad fundum vſque, abhinc fortius deſtillẽtur: Hoc facto flores vna cum foliis & ſtipitibus concidantur, ollæ vitreatæ indantur, aqua huc vſque extillata iterum affundatur, & digeſtio, vt ſupra, repetatur: Poſtea in B. M.

ita deſtillētur, vt aqua in lebete ebulliat, hoc enim modo maior olei quantitas extillabit: hoc, vt noſti, ſepara, aquam in B. ſecundo deſtilla, habebis aquam & oleum præſtantiſſimum.

## DE OLEO RESINÆ CVM Chamomillis.

Ahenum ſcobe ligni de pino prope radicem abſciſſi gummoſi & tenuiſſimi ad medium vſq; impleatur, aquæ quantum ſatis eſt, affundatur, florum chamomillæ Manipul. 6. vel 8. adjiciantur & per veſicam deſtillentur. Exibit nudum oleum cum phlegmate.

## OLEVM EX PANE triticeo.

Micas panum triticeorum duorum vel trium: minutim conſcinde, panno incluſas per 6. vel 10. dies in fimum equinum calidum dimitte, quouſq; formam hepatis vel pulmonis acquirant: fœtor enim, qui ex putrefactione exoritur, nihil refert: tunc in retortá injice & in arena deſtilla: hoc facto, adde ſal & aquam, & in B. deſtilla, tandemq; vt artis eſt, ſepara. Habebis oleum pellucidum ab omni fœtore alienum & ſapore gratum, quod maxime commendatur ad combuſta, omnis generis inflammationes & gangrænam ipſam.

## Quomodo Empyreuma in ſapore oleorum corrigatur.

Huiuſmodi olea cum 8. vel 10. partibus vini, & pauca aqua commiſceantur & per alembicum deſtillentur, exibit cum oleo etiam vitium ipſum.

## De deſtillatione oleorum ex radicibus acutis & pinguioribus ſeminibus, herbis, lignis & reſinis.

Si

Si quis aquam præſtantem, quæ ſui ſimplicis ſaporem & odorem vna cum facultatibus ipſis conſeruet, deſtillare cupit, is herbæ illius cum iam ſemē ferre inceperit, quantitatem ſufficientem minutiſſime conſcindat, ſuccum per prelū exprimat, illum veſicæ ex cupro, ita vt ad medium vſq; compleatur, injiciat, herbæ conſciſæ huic ſucco tantum vlterius addat, vt vaſis capacitas ſuperior ad quatuor digitos trāſuerſos relinquatur vacua; & tam diu, quouſque guttæ deſtillantes ſaporem ſui ſimplicis amittant, igne mediocri deſtillet. Alembicus vero continuò erit refrigerandus. Si ergo herba fuerit acuta & pinguis, quales ſunt *ſaluia, lauendula, ruta, fœniculus, hyſſopus, abſinthium, pulegium, abrotanum*, &c. vna cum aq. extillat etiam oleum; quod ſeparari debet. Eſt enim optima & vtiliſſima ſubſtantia in toto ſimplici, in qua omnes illius virtutes conſiſtunt, & eodem modo, quo etiam aqua vſurpatur.

## DE SPIRITV EX ROSIS ET omnibus aliis ſimplicibus extrahendo.

Roſarum flores quantum eorum habere poteſ, cum ſale, vt notum tibi eſt, contunde, contuſosque reſerua, aquam ex iis deſtillatam in lagenam collige, manipulum integrum fermenti in aq. calida diſſolue, ſuper roſas infunde; cum baculo diligenter ad formam pulmenti commiſce, vaſis vero ſiue dolij quarta pars relinquenda eſt vacua, foramen dolij non adeo ſtrictè occlude; ſed ſaltem eiuſdem operculo contege; in loco calido dolium colloca, & roſas inditas cum baculo per foramen quotidie ſubagita, hoc enim facto incipit fer-

mentare & vſq; ad foramen dolij aſcendere, poſt quam vero deferbuit & materia in ſuũ locum cõ ſedit, tũm doliũ diligenter occlude & ita per quatuor hebdomadas dimitte: hoc tempore elapſo deſtilla, ſpiritum in quantum vis rectifica: hic cum exſtillauerit, phlegma, quouſq; Empyreuma conceperit, extrahe. Sic enim vna cum ſpiritu præcellentem etiam habebis aquam.

## DE SVMMA ET OPTIMA præparatione herbarum.

Quamcunq; herbam volueris minutiſſime conciſam ponderatã ollæ iniectam & aqua perfuſam igni admoue, cum aqua abſumpta & herba contuſa priorem formã adepta fuerit, per linteũ exprime, ſuccum expreſſum per arenam deſtilla: Hoc enim facto, primo omnium phlegma, deinde ſpiritus & vltimo oleum rubrum extillabit: hæc per infundibulum ſepara, & per retortam aliquoties rectifica: ita enim perfectiſſime purgabitur: ſpiritum cum phlegmate in B. M. colloca, phlegma per illud abſtrahe, tãdemque ſpiritum per alembicum rectifica.

Fæces, quæ in deſtillatione de oleo in fundo vaſis remanſerunt, herbæ, ex qua ſuccus fuit expreſſus, commiſce, ad ignem in cineremredige, & ex eo cũ ſuo phlegmate ſalem extrahe: hic ſal ita extractus, poſtmodum ſoluatur, filtretur: coaguletur, & ita ad albedinem vſq; à fæcibus ſuis omnino purgetur, quo facto pulueriſetur & primo cum ſpiritu, deinde cum oleo aliquoties paulatim imbuatur ſemperque in cinere coaguletur. Et cum ſpir. in ſalẽ coagulatus fuerit, in phialã injiciatur & ad ignem lampadis per quatuor hebdomadas

figa-

igatur: hoc enim modo ad ſummã perfectionem exaltatur.

## DE AQVA ROSARVM FRAgrantiſſima & optimi ſaporis.

℞. Flor. roſarum quantũ vis, parum exicca, minutim conſcinde, ollę vitreatę injice, diligẽter miſce, cum linteo cera obducto & operculo ſuo contege, per ſeptimanas quinq; vel ſex in cellã vinariam colloca, tandemque per B.M. deſtilla. Quod ſi liquor non prorſus extillauerit, roſas contuſas ex olla exime, ſub lapide contere, cucurbitæ rurſus injice, aquam prius deſtillatam affunde & iterum deſtilla.

Ego autem flores roſarum ſale & ſp. vini prius humecto, deinde deſtillo: ita enim ſuum ſaporem & odorem optime retinet.

## DE AQVA ROSARVM regia.

℞. *Flor. roſ. rec. lib. ij. ſantal. alb. odoriferi, ſtyr. calamit. benzoin. cinnam. an.* ℥ij; *caryophyllor. ladani an.* ℥j. *moſc.* ℈ x. *M. F.* puluis quo roſæ vndiquaq; cõſpergantur, vitro indantur, vitrũ diligẽtiſſime obturetur per mẽſem integrum in fimum equinum ſepeliatur, tandem aqua deſtilletur & aliquandiu inſoletur, habebis aquam maxime præſtantem valde odoriferam, & ad defectiones animi vtiliſſimam.

## De extractione ſpirituum ex omnis generis aromatibus, radicibus, gummatibus & huiuſmodi ſimplicibus.

℞. *Zedoar. ſelect. maſtic. vel alterius huiuſmodi* ℔j. infunde in ſp. vin. optimè rectificato, putrefiãt per octiduũ: hoc elapſo ſuperfunde tantundem aquæ,

in B. M. lente deſtilla, ſpiritum primo, deinde aquam excipe, aquam, quæ inutilis, abjice, ſpiritum vero per B. rectifica; hoc enim modo optimum ſaporem & ſummam perfectionem acquirit: Maſtichem in vaſe relictum, igne fortiore per arenam deſtilla; Ei, quod nō tranſcendit, aquam fontanam recentem affunde, & in B. deſtilla: Habebis oleum flaui coloris pulcherrimum, & pellucidum, quod eſt verum & genuinum oleū maſtichis, intra corpus vſurpandum. Quod vero in B. remanſerit, cum vitriolo calcinato rectifica, fiet hoc modo oleum rufum, non minus quidem pulchrum; maximi tamen caloris, nec intra corpus ſumendum.

## DE VIRTVTIBVS SPIRITVS Maſtiches.

Spiritus Maſtiches datur in doloribus colicis & omnibus affectibus ſtomachi & inteſtinorum; conſtantis ætatis hominibus cochleare integrum, iunioribus dimidium, infantibus vero cochlearis quarta pars: & vmbilicus oleo pellucido inungitur; dolores illico ſedat, & multoties eſt probatum: reſtaurat præterea appetitum, ſtomachumque & inteſtina ab omni pituita & immunditie liberat.

Oleum ipſum robuſtioribus datur ad guttulas 10, vel 12. debilioribus vero ad 6. vel 7. in aqua appropriata.

## DE OLEO ABSINTHII.

Oleum ex ſemine Abſinthij paratum amiſſum auditum reſtituit, cum bombace exceptū & auribus immiſſum. Contra febres quartanas ſumitur illius quarta pars vnius drachmæ vel ℥ ß provt Medico

Medico commodum videbitur, & ſecundum patientis ætatem, cum iam paroxyſmus inſtat, æger vero optime contegitur, idque ſæpius repetitur. Eſt medicina promptiſſima & ſine omni dubio proficua.

Quod ſi vero oleum haberi nequit, ſumatur ſuccus ex abſinthio recenti, eiuſq; cochlear integrum cum hauſtu vini porrigatur: Expellit febrem.

## DE OLEO RORISMARINI.

Flores Roriſmarini per 10. dies digere, per cineres deſtilla, terram calcina & reſolue, & aquam cohoba: fiet oleum ad memoriam valde vtile.

## DE OLEO CROCI.

*℞. Croci ℥v, Eſſentiæ vini q.ſ. olei Terebinth. ℥ß.* Duodecim vicibus de fæcibus deſtilla. Not. ſpiritus vitrioli vel terebinthinæ tribus vicibus ſuper ſalem calcinatum rectificatur: & in hoc oleo omnia aromata & odorifera digeruntur.

## DE OLEO CINNAMOMI.

Phlegma à vitriolo ſeparatum cinnamomo confuſo affunditur, per octiduum digeritur & per cineres deſtillatur.

Hoc Oleum menſtrua promouet partumque expellit, parum eius in vino potum & pudendis illitum: modico tamen myrrhæ debet miſceri: oculorum angulis immiſſum viſum acuit. Lentigines & maculas quaſcunque in facie & manibus hoc oleum abſtergit, pectus calefacit, catarrhos frigidos à capite ad pectus delabentes inhibet, cardiacam & alios omnes affectus pectoris corrigit; capitique, fronti, naribus & temporibus illitum ſomnum conciliat.

## DE OLEO CARYOPHYL- lorum.

Super lib. j. caryophyllorum vinum & aquam affunde, Manip.j.ſalis admiſce, per diem noctemque vnicam digere, tandemque deſtilla. Exibit aqua & oleum.

Oleum caryophyllorum ad inſtar balſami naturalis vſurpatur, cor, cerebrum & omnes ſpiritus vitales roborat, omnibus in genere affectibus conuenit, imbecillem frigidumque ventriculum calefacit & confortat, concoctionem iuuat, omnes immundities abſumit: emplaſtris ſtomachalibus vtiliſſime admiſcetur: eius guttula vnica ori immiſſa eius fœtorem corrigit, obſtructiones hepatis aperit, viſum acuit, & ad dyſenteriam & alios morbos inteſtinorum mirifice confert.

## DE OLEO NVCIS Moſchatæ.

Oleum Nuciſtæ eſt acre & calidum concoctionem hepatis promouet, exterius in latere dextro ſub finem coſtarum illitum: ad guttulas duas vel tres aſſumtum colicos dolores compeſcit vt & intumeſcentiam lienis lateri ſiniſtro illitum, & vt antea interius vſurpatum. Eius guttulę 2. vel 3. cum oleo fœniculi mixtę & temporibus illitæ ſomnum conciliant: Totidem guttulæ cum aqua maioranę potæ, grauitatem capitis corrigunt; vmbilico illitum Venerem ſtimulat: Et omnes virtutes olei caryophyllorum repræſentat.

## DE ALIO OLEO NVCIS Moſchatæ præcellenti.

Nucum Moſchatæ ponderoſarum ℥iij in 4. partes conſcindantur, vino maluatico infundantur, in vaſe

vaſe duplici optime occluſo octiduum ita relinquantur, poſtea per horam coquantur, & hoc facto refrigeſcere ſinantur: inuenies oleum ſupernatare, quod, vt decet, ſepara & diligenter reſerua. Quicquid hoc oleo illinitur, fit valde odoriferum. Fragmenta nucum iterum exiccentur & ad vſum culinarum reſeruentur. Vinum vero maluaticum, in quo fuerunt infuſæ diligenter reſeruetur, eiusque mane quolibet cochlear vnum ieiuno ſtomacho ebibatur.

## DE BALSAMO MAIORANÆ.

Maioran. viridis quantum vis in cera alba & adipe porcino albiſſimo coquatur, deinde exprimatur & quinquies vel ſexies repetatur. Acquiret odorem maioranæ & colorem etiam viridem, inde adde olei maioranæ ex herba per veſicam deſtillati quantum opus fuerit; vt ſaporem ſufficientem acquirat.

## De facultatibus & virtutibus nobilium oleorum, & quomodo ea ipſa vſurpentur.

## DE CINNAMOMO.

Facultas cinnamomi eſt valde ſubtilis & vſque ad tertium gradum calida, tempore hyemali vtilior, quam æſtate: ſtomachum enim confortat, omnes noxios humores exiccat, putredines ventriculi præcauet, viſum acuit, obſtructiones venarum reſerat, cor vero preſertim roborat. Poteſt autem oleum & aqua ſimul deſtillari. Oleum vero naturali Balſamo non eſt abſimile ad omnes putredines internas præcauendas, exterius vero ad ſanationes vulnerum abſque putredine maturandas.

Aqua Cinnamomi ad omnes affectus frigidos vtriuſque ſexus admodum eſt proficua, præſertim ſi appetitus & ſpiritus naturales ſunt imbecilles: eius nempe cochlear integrum cum hauſtulo vini maluatici vel ſucco citri epotum.

## DE OLEO MACIS.

Macis facultas eſt calida & aſtrictoria, eaque propter in colica ex frigiditate & deſtillationibus capitis vtiliter vſurpatur; & cor, ventriculum ac vterum confortat. In mace ſingulares virtutes ipſemet reperi, quando videlicet palpitatio cordis, obſtructio veſicę aut vteri, ſtranguria vel alij affectus frigidi occurrunt: eius etiam guttulæ 3. vel 4. in primo cochleari ientaculi vel primo hauſtu vini vſurpari debent.

## DE VIRTVTIBVS OLEI Caryophyllorum.

De Caryophyllis Arabes præ cæteris omnibus plurimum ſcripſerunt: Sunt autem natura calidi & ſicci in tertio gradu, conueniunt ſtomacho, hepati & cordi, medentur profluuio ventris ex frigore exorto, indigeſtionem corrigunt, vomitum compeſcunt, concoctionem promouent, & omnes ſuperfluas humiditates oris exiccant. Ad hæc autem omnia oleum multo eſt efficacius. Nam vt in veritate ſum expertus, omnes illud habet effectus, quos balſamus naturalis habere debet. Exterius omnia recentia vulnera, punctim vel cæſim inflicta, ſanat, humiditates neruorum in iis & hæmorrhagias compeſcit. Interius autem omnes partes naturales, ventriculum & hepar confortat, ſanguinem à melancholia mundificat, cor & cerebrum roborat; præſertim vero vertigini & affectibus oculo-

oculorum conuenit, eius mane ieiuno ſtomacho guttulæ 2. vel 3. in primo cochleari iuſculi, vel primo hauſtu vini epotæ.

## DE VIRTVTIBVS VEL FACVLtatibus Olei Aniſi.

Aniſi Oleum virtutes ſuas multo exerit præſtantius, quam ſemen ipſum: ſiquidem calor hominis virtutes aniſi non ita extrahere poteſt, quantum externus artificialis calor ignis in deſtillatione ſolet. Et quemadmodum omnia eſculenta, ſi quidem in noſtram naturam debent conuerti, neceſſario prius ſunt concoquenda, & igne externo ac opera humana pręparanda, ita etiam ſe res habet in medicamentis.

Oleo Aniſi ego vti ſoleo in vertigine, catarrhis ad pectus delabentibus, indigeſtionibus & flatibus ventriculi, hydrope, & aliis ægritudinibus ex frigiditate & flatibus prouenientibus, prodeſt etiam omnibus membris exanguibus & neruoſis, qualia ſunt ventriculus, inteſtina, veſica, vterus, &c. Exiccat etiam fluxum vteri album, & in ſumma omnia ea præſtat, quæ de aniſo ipſo ſcripta inueniuntur. Vſurpantur autem eius guttulę aliquot in iuſculis aut vino, mane aut quando & quotieſcunque vſus & neceſſitas efflagitat.

## DE VSV ET VTILITATE Olei Piperis.

Oleum Piperis admirandam habet efficaciam, qualis etiam in Pipere ipſo inuenitur. Piper autē, ex quo hoc oleum deſtillatur acrem ſuum calorem, qui in guſtantis lingua perſentitur, retinet. Eſt vero oleum nihil aliud, quam aër ab igne ſeparatus multoq; efficacius ſuam vim & effectus exerit,

*Oleum deſtillatum quid ſit.*

quam piper ipſum: habet vim valde penetrantem: Quorum venter flatibus vel abundanti phlegmate eſt repletus, huius olei ſumant guttulas duas vel tres, quemadmodum ſuperius de aliis eſt prolatum.

Experiẽtia ipſemet ſum edoctus huius olei guttulas tres cum ℈j, myrrhæ rubræ electæ mixtas, nebula obuolutas duasque horas ante paroxyſmum febris tertianæ intermittentis ſumptas, eam feliciſſime curare: præcauet enim horrorem ita, vt nec calor vllus ſequatur. Si vero prima vice hoc non fiat, febrisq; nihilominus ſequatur, fiet tamen poſt ſumptionem ſecundam. Oportet tamen corpus prius eſſe ſufficienter purgatum. Quicunq; ergo hoc oleo cũ vtilitate vti cupit, leni purgatione corpus prius mundificet: vbi enim hoc non fit, olea iſtiusmodi nó ſolùm non ſunt proficua, ſed magis nociua, quia nẽpe materiam commouent, nec tamen alterant, multo minus ex corpore educunt.

## DE VSV OLEI CINNAMOMI.

Sumitur hoc oleum ad guttulas duas vel tres cũ ouo ſorbili vel iuſculo gallinæ contra lipothymiã febrilem, parturientibus hoc modo propinatum partum vna cum ſecundinis ſine omni detrimento expellit & vterum confortat. In hydropis principio quotidie cum iuſc. gall. vſurpatum valde commendatur: prouocat præterea etiam obſtructos menſes: itaque à mulieribus grauidis omnino æque ac oleum è baccis iuniperi eſt vitandum, quia non minus nocet. Olei cinnamomi guttulæ duæ vel tres mithridatio immixtæ aduerſantur veneno, & promouent ſudorem, ſi nempe cor eo nondum obſeſſum eſt.

DE

## DE VSV OLEI CARYO-pyllorum.

Vſus & vtilitas huius olei pro ſuo merito non poteſt deſcribi. Balſamum præſtantiſſimum mea opinione æquat. Exterius ad conſeruationem cordis & ventriculi vſurpatur, eius guttulæ 5. vel ſex oleo amygdalarum dulcium permiſcentur, & regioni cordis & oris ventriculi illinuntur, quibus partes illæ ſunt refrigeratæ vel alias grauatæ. Capiti illitum, ſiue homo fuerit ſenex ſiue iuuenis, hoc oleum præcauet canitiem, caloremque naturalem reſtituit, ventri inũctum dolores colicos ſedat; artuumque durities & vlcera eorundem diuturna ex frigore prouenientia hoc ipſo oleo feliciter curantur. Huius item olei guttulæ aliquot cum iuſculo caponis ſumptæ confortant omnia interiora, imprimis autem ipſum cor, hepar & ventriculum; lienis inflationes & intumeſcentiam corrigit, fœtorem anhelitus emendat, & cruciatus colicos ſedat: vterum mirifice corroborat, icterũmq; album cum iuſculo, vt antea exhibitum eradicat, in ſuffocatione vteri mulier ipſa interiora pudendorum aqua & oleo caryophyllorum inuicẽ mixtis digitoque exceptis ſedulo fricet, videbit auxilium obſeruatione dignum? vt ego ipſe ſæpiſſime ſum expertus. Vt autem cura illa eo ſit certior & conſtantior, ſumatur caſtorij ℥j. cum vino fiant pilulæ ſeptem, earumque vna poſt primum ſomnum degluriatur & per hebdomadam integram ita continuetur.

## DE VSV ET FACVLTATE Olei nuciſtæ.

Contra Catarrhos, & ſi quis frigidum humi-

dumque habet cerebrum, duæ guttulæ huius olei vertici capitis fortiter illinantur, cerebrum enim confortat, & omnes deſtillationes frigidas ſiſtit: obſeruandum tamen eſt, ne nimium vſurpetur, hoc enim modo cerebrum inflammat. Non ſine vtilitate etiam antiquis vlceribus inungitur cum oleo chamomillæ commixtum: vmbilico inunctum colicos dolores mitigat, & cor etiam confortat cum oleo roſaceo mixtum & pericardio illinitum: In aphonia vero & lipothymia guttula vnica lingua exceptum maxime opitulatur.

## DE VIRIBVS ET EFFICACIA Olei Aniſi.

Olei Aniſi guttula vnica cum oleo Amygdalarum amararum mixtum & auribus immiſſum, auditum amiſſum reſtituit, ſi vitium non vltra triennium durauit: Si vero eſt antiquius, pro incurabili habendum. Si quis ex morbo capitis vel ſtomachi inquietus fuerit, nec concoquere & dormire poteſt, ex penna dependentem guttulam vnam atque alteram huius olei cubitum iturus paulatim deglutiat, manè vero cum iuſculo gallinæ epotet, eſt enim ſuaue & cuilibet pergratum. Hoc modo vſurpatum omnibus catarrhis opitulatur, præſertim vero iis, qui ad pectus delabuntur & anhelitum impediunt, tuſſimque exuſcitant, aperit præterea obſtructiones hepatis, reſoluit inflationes, confortat omnia interiora, corrigit vertiginem & quaſcunque ægritud. capitis, ſæpe vſurpatum, præſeruat ab apoplexia, paralyſi & aliis huiuſcemodi morbis. Infantulis huius olei gutt. ij. cum aq. caponis vel ol. amygdal. dulc. exhibitæ, præſeruant & ſimul etiam liberant ab epilepſia, quod ipſe ſæpius

ſum

ſum expertus. Maxime vero conducit mulieribus, quibus menſtrua inordinate non ſtatuto tempore procedunt & quibus vterus inflatur. Confortat enim matricem, partumque promouet, ea propter mulieres grauidæ eius vltra vnam guttulam non debent vſurpare. Compeſcit quinetiam ſingultum & ructus. Tempore Peſtis eius guttulæ duæ vel tres mane cum maximo fructu ſumuntur, timorem enim & anxietatem expellit & venenum aneuertit, vtile præterea eſt iis, qui inquietum habent ſomnum, corrigit difficultatem vrinæ, diſſoluit inflationes ventris, & qui propter imbecillitatem hepatis hydropem verentur, quotidie cum iuſculo gallinæ vel carnis interius aſſumant.

## DE VSV ET VTILITATE Olei Fœniculi.

Hoc, vt ſupra dictum, cum & ſine iuſculis vſurpatur, cerebrum, ſtomachumque confortat & inde imbecillitatem oculorum emendat: memoriam corroborat, nutricibus lac adauget, ſuperfluitates phlegmaticas abſumit, renum calculum expellit & omnibus venenis reſiſtit, ea propter tempore peſtis vno die ol. cinnam. ſecundo ol. aniſi, tertio ol. fœniculi, quarto ol. citri aut cortices citri conditi mane debent vſurpari, & ſi in locis periculoſis erit obuerſandum, in ore retineri. Qui morbo epileptico ſunt correpti huius olei quantum cortex auellanæ capere poteſt, vſurpare debent purgato prius corpore, & illud per decem dies ita continuare.

## DE VSV ET VTILITATE Olei Cumini.

Contra colicam injiciatur prius enema com-

mune,vt aliàs etiam docui, cui enemati incoquantur radices, irid. florentinæ, & ſi enema effectum ſuum ſatis pręſtitit,vmbilicus hoc oleo calide inũgatur,dolores quamprimum ſiſtit. Hoc autem imprimis hoc loco eſt obſeruandum olea huiuſmodi ſine noxa non poſſe vſurpari, ſi corpus antea non fuerit purgatum: nec grauidis etiam mulieribus vltra granum eſt exhibendum.

## DE VSV ET EFFICACIA OLEI ſeminis Pæoniæ.

Oleum pæoniæ ex ſemine eius, vt & oleum aniſi conficitur, conducitque non minus adultis, quã iunioribus contra epilepſiam, purgato prius corpore, eius guttulæ aliquot mane ſtomacho ieiuno aſſumptæ & per dies quadraginta continuatæ.

## DE EFFICACIA ET VSV Olei Roſarum.

Huius Olei guttula vnica temporibus illita eſt prępalens medicamentum contra dolores capitis, vt & contra peſtilentiales febres, temporibus, arteriis & pericardio illitum, eiusque guttæ tres in iuſculo gallinæ aſſumptæ, quia cum vtilitate purgat: & ſi vis,vt commodius purget, immiſce oleo aliquot folia auri,& vt melius miſceatur, aliquandiu ita dimitte,poſtea guttulam vnam vel duas exhibe, ſanguinem perbelle purificat: Et ſi etiam principium Elephantiaſis præſto eſſet, hoc oleo ita parato & aliquoties vſurpato, extirpatur.

## DE VTILITATE OLEI Roriſmarini.

Hoc oleum inſeruit præcipue contra vertiginem,& tremorem artuum, ſi ex frigiditate cerebri prouenerint, febres peſtilẽtiales expellit, in iis,qui

venenum

venenum forte hauſerunt, ſudorem prouocat, ſi poſt eius vſum optime contegantur. Icterum etiam oppugnat, menſesq; albos mulieribus in iuſculo caponis vel gallinæ epotum, ſiſtit.

## DE VSV ET COMMODITATE Olei Maioranæ.

Apoplecticis, Epilepticis & qui loquelá amiſerunt hoc oleum maxime opitulatur, guttula nempe vna atq; altera linguæ impoſita: coprimit interius vſurpatum intumeſcentiam lienis: febri quartanæ reſiſtit, ante paroxyſmum propinatum & ſpinæ dorſi inunctum. Omnia illa olea ego ipſe ſum expertus & lectori eo libentius communicaui: Faxit Deus Ter Opt. Max. vt & Lectorum quilibet cum ſumma ſua vtilitate iiſdem vti poſſit.

Licet etiam prędicta olea, vtpote Cinnamomi, caryophyllorum, nuciſtę, aniſi, fœniculi, ſeminis pæoniæ, &c. cum ſaccharo commiſcere & infantibus exhibere, ſunt enim calida & idcirco teneræ huic ætatulæ non admodum tuta, niſi ſolum in Epilepſia.

## DE VSV ET VTILITATE Olei Zedoariæ.

Oleum Zedoariæ peculiarem habet vim contra aërem contagioſum & vapores malos ex terra exhalãtes, & ſpiritus vireſq; naturales cum hominum, tum brutorum animalium inficientes: Sanat quin etiam morſus & ictus venenatos quorũcunque animalium, vlcera & vulnera, ſiue ictu, ſiue bombardis inflicta: tumores externos & internos reſoluit, præſertim vero in matrice natos, penetrat & purificat pulmones, ſedat propterea tuſſim, veneris fluxum, colicam & aſthma, corrigit

fœtorem oris, præſtat corpori nutrimentum, promouet concoctionem, curat vulnera antiquata corroborat cor & viſum, interficit lúbricos & reliqua animalcula, quæ in humano corpore ex putredine naſci poſſunt, & continet partum in matrice conceptum.

## DE VIRIBVS OLEI CALAMI aromatici.

Oleum calami aromatici confortat memoriam, amouet dolores capitis & catarrhos ex frigore enatos, emendat debilitatem viſus & vētriculi, opitulatur lipothymiis, compeſcit vomitum, accelerat menſes, tollit ſuffocationem matricis, calefacit ſtomachum, mundificat & aperit obſtructiones renum, calculumq; frangit. Et quia inter cætera etiam aſtringit, inde fluorem involuntarium ſeminis & vrinæ compeſcit: reſtituit capillos, & præcauet melancholiam, delirium & maniam.

## DE FACVLTATIBVS OLEI radicis Gentianæ.

Radix Gentianæ omnes fere habet virtutes, quæ de calamo aromatico ſunt recenſitæ. Præ cæteris vero omnibus præſeruat à doloribus colicis, emendat febres ephemeras & alias malignitate non carentes, abigit fœtorem oris, & vermes dentium interimit.

## DE VSV ET VTILITATE Olei Croci.

Hoc Oleum eſt admodum vtile ad febres magnas peſtilentiales & æſtum capitis, ſtuporem & dormitationem, vertiginem & maniam melancholicā, & alios eiuſcemodi morbos phreneticos; item ſpaſmum, torturam oris, lethargū, catarrhos,

rau-

raucedinē, anginam, & dolores dentium, promo- uet expuitionem, calefacit & aſtringit, interim ta- men aliquantulum deobſtruit, cor corroborat, e- iuſq; palpitationem emendat, ſine manifeſta cauſa triſtes & ſuſpirantes exhilarat; laſciuiam adau- get, ſterilitatem emendat, hæmorrhoides fluentes recludit, condylomata vel ficus ani malignas & ar- dentes ſanat, partum vteri conſeruat, præmatu- rum exitum eiusdem pręcauet, ſciſſuras ventriculi ſanat & lienis; duritiē & dolores colicos auertit, flatus expellit; ičteritiá, dolores Iſchiadicos, eryſi- pelas, neruos, ligamenta, muſculoſq; leſos percom- mode curat; hepar inflammatum refrigerat, icho- res artuum ſiſtit, ab elephantiaſi præſeruat, ſom- numque amiſſum reſtituit.

## DE OLEO CASSIÆ.

Ol. Caſſię eſt valde confortatiuū, pręſertim ve- to cordis, & idcirco ad lipothymias vtiliſſimum.

## DE VIRIBVS OLEI ALOES.

Purgat hoc oleum cum vini ſpiritu deſtillatum vmbilico inunčtum. Vel,

*℞. Aloës lib. 1. myrrhæ elect. ℥iiij*, affunde vini ſu- blimati menſur. ß, per retortam igne forti deſtilla; recipies oleum, quo vmbilicum inunge & purga- bis corpus.

## DE CONFORTATIONE CA- pitis & cerebri.

*℞. Ol. aniſi & fœnicul. an. ℈ij, ol. coriandr. carda- mom. cubebar. & cinnam. an. ℈j, ol. nuciſt. macis an. ℈ß ol. caryophyll. ℈iij ß. Miſ.* Ex huius mixturę gutt. viij & lib. ß ſacch. candi formentur rotulæ vel tro- chiſci, quorum vnus poſt & ante paſtum ſumatur.

## DE FACVLTATIBVS OLEI florum Chamomillæ.

Habet hoc oleum facultates tumores emolliendi, intumeſcentias reſoluendi & dolores mitigandi; Enematibus etiam vna cum aqua immiſcetur, tollit dolores internos inteſtinorum, matricis, renum & veſicæ, commendatur ad conuulſiones; quicquid eſt extenſum, & induratum, emollit & reſerat obſtructa.

Infantulorum eiulatus ex doloribus colicis cauſatos omnium optime reconciliat: Omentum nẽpe ouillum in fruſta conſciſum ſuper igne liquatum, vel aliquod emplaſtrum ſtomachale cum hoc oleo commixtum & ventri calide applicitum.

Oleum Chamomillæ cum ſpiritu vini mixtum, & partibus corporis paralyſi ex frigore obſeſſis, illitum & linteo calido contectum, ſine mora auxiliatur. Ex floribus Chamomillæ à Chymicis etiam oleum cœruleum elicitur, cuius in multis affectibus internis & præcipue contra colicam guttulæ aliquot in iuſculo calido vſurpantur.

## DE OLEO CHAMOMILlæ cæruleo.

Manipulus integer florum Chamomillæ cum ℥j terebinthinæ Venetę pellucidæ in aqua calida diſſoluatur, inuicem miſceatur, per veſicam deſtilletur, & oleum ab aqua per infundibulum ſeparetur; habebis oleum pulcherrimum.

Relictas fæces exprime, ad ſpiſſitudinem mellis concoque & fiat cum cera vnguentum: hoc ad maturationem & apertionem vlcerum valde commendatur.

Aqua ab oleo ſeparata ad infuſionem florum poteſt

poteſt reſeruari. Notandũ, an ex roſis & aliis huiusmodi floribus, talia etiam olea confici poſſint.

## DE OLEO EX BACCIS IVNIperi deſtillato.

Baccarum Iuniperi quantum vis contundantur, in ollam immittantur, aqua in debita menſura affundatur, in locum calidum collocetur, fermenti aliquid injiciatur, quotidie vſque dum baccæ ad fundum deſcendant & aqua ſupernatet, quod in diebus quatuordecim vel tribus hebdomadibus fieri ſolet, agitentur, poſtea in vaſis in ſpiritu vini vſitatis deſtillentur, oleum ab aqua ſeparetur, & aqua ſecunda vice per alembicum in vapore ſicco deſtilletur: habebis ſpiritum vini vel aquam vitæ præſtantem. Vel

Grana contuſa in lebetem, ita vt tertia pars permaneat vacua, immitte, & cum aqua eſt affuſa, vt neque nimium liquida, nec admodum ſpiſſa ſint, velut ex fæcibus vini fieri ſolet, deſtilla, oleum ab aqua ſepara, lebetem in vas apertum ligneum euacua, cum tepefactum, fermentum adde, vſque dum ferbuerit, dimitte, iterum in ahenum mitte & deſtilla; dabit tibi ſpiritum vini, qui poteſt circulari & rectificari. Si vero nimis igne nimio deſtillaueris, concipiet empyreuma. Quod ſi fiat, teſſellam panis toſtam vel nuces iuglandes injice, vt empyreuma euaneſat. Hic autem panis toſtus nulli bruto debet projici, ſi enim fiat, ſine mora moriuntur. Hic ſpiritus inſeruit paralyſi membrorum, vlceribus pulmonum, doloribus colicis, peſti & ſi quis equus ex nimio motu & curſu ad extremum vſque eſt defatigatus.

## De vtilitate olei ex granis vel baccis Iuniperi deſtillati.

Oleum ex baccis Iuniperi deſtillatum, & ab omni ſua ſeroſitate & ſordibus ſeparatum ac rectificatum omnibus aliis oleis facile antecellit, & ea propter ob imméſas ſuas facultates & varias virtutes pro balſamo naturali merito haberi debet, omnes enim carnoſitates, venas, neruos, & oſſa penetrat, quæcunque vulnera & vlcera ad ſanationem diſponit, cum vino calido aut iuſculo calido mane & veſperi ſumptum, à natura ipſa ad omnibus corporis partibus opitulandum ordinatur, hominemque in omnibus aduerſitatibus ſanum & incolumem conſeruat.

*Primo* vero omnium ex paralyſi vel obſtructione affluxionum incuruata, contracta, emortuaque membra reſtituit, immunditiem & fœditatem cutis emendat, vlcera & maculas nigras tibiarum eradicat, cancros, fiſtulas, ſpaſmum, intumeſcentias, vlcera inueterata, tremores artuum, doloresque laterum & lumborum ſanat, in loco calido locis affectis optime illitum, & cum vino, iuſculo vel aq. aliqua appropriata aſſumptum.

*Secundo* omnibus etiam venenis & peſtilentiæ ipſi reſiſtit, apoſtemata maligna & vlcera hepatis, lienis & pulmonum ſanat, eaque ſine vllo detrimento hominis emollit & conſumit, modo antea dicto vſurpatum.

*Tertio*, huius olei ℈j in vino & aceto calido per triduum continuum mane ſumptus ſudorem anglicum ſiſtit, vel ſemper poſt doſin quamlibet tribus vel quatuor horis in lecto calido eſt ſudandú,

hoc

hoc ego in perſonis innumeris probaui, qui omnes tertio die ſunt ſanitati reſtituti.

*Quarto*, quibus ventriculus ex immunditie pituitoſa, quæ non poteſt digeri, ſed ſurſum in caput euaporat, debilitatur, indeque catarrhi, ex catarrhis anguſtia pectoris, laſſitudo crurum, intumeſcentia & dolor pedum manuumque incidunt, eaque ipſa membra tandem contrahuntur vel nimiũ remittuntur, ij maximopere hoc ol. iuuantur, aſſumptis nimirum huius olei gutt. 6. in vino calido mane & veſperi, ad dies quinque continuando & exterius ventriculũm hoc oleo prope ig. inungendo. Intus & extra etiam admotum phlegmata adhærentia emollit, appetitum ciborum & potus amiſſum reſtituit & concoctionem reſtaurat.

*Quinto.* Si quis contracta habet membra, huius ol. gutt. ſumat 6. vel 8. in vin. cal. & partes affectas eodem calido inungat, refrigeratam enim & tabeſcentem medullam, calorem natiuum eiuſdem & motum naturalem membris ipſis reſtituit.

*Sexto.* Hoc oleum cum aq. vel vino iuxta differentiam morbi ſumptum omnes febres radicitus expellit, renes & veſicam mundificat, calculum cõfringit & ad exitum præparat, dyſenteriam quoq; & ventris intumeſcentiam mirifice corrigit.

*Septimo.* Quiſquis in ventre habet lumbricos, mane ſtomacho ieiuno de hoc oleo bibat, moriũtur illico. Cum aqua artemiſiæ vel cichorij ſumptum dolores colicos & matricis ſedat.

*Octauo.* Huius olei ℈j, cum vino calido ſtomacho ieiuno ſumptus commendatur contra podagram, ſi adhuc ſit recens, & non nodoſa. Omnes enim ſuperfluitates cholericas, phlegmaticas & me-

lancholicas, ex quibus hi dolores exoriri ſolent, conſumit, oportet autem ſumpto oleo tres vel quatuor horas ieiunare.

*Nono.* Contra dolores colicos, ſpongiam ad magnitudinem nucis iuglandis in hoc oleo intinge, calide vmbilico applica & deſuper cucurbitulam vel corticem nucis ſatis capacem impone. Expellit enim dolores, qui ex frigida & lenta pituita exorti ſunt.

*Decimo.* Si cui vrina eſt obſtructa, ſumat huius olei guttulas 6. vel 8. cum vino calido, idque per dies quatuor vel quinque manè & veſperi, promouetur vrina abſque vllo dolore.

*Vndecimo.* Hoc ipſo modo vſurpatum immodicum menſtruorum fluxum felicius, quam vllum aliud medicamentum reſtringit.

*Duodecimo.* Aliquoties taliter ebibitum ſedat dolores ſtranguriæ & confert etiam ad alios affectus veſicæ, & calculum præcipue.

## De miris facultatibus & virtutibus olei ex ligno Iuniperi deſtillato.

*Primo*, commendatur ad dolores dentium, denti eroſo & dolenti appoſitum & gingiuis illitum.

II. Maribus colico dolore laborantibus & mulieribus contra ſuffocationem vteri dantur eius guttulæ 6. 8. vel 10. in vino calido vel iuſculo carnis, iuuat ſine vlla mora.

III. Bruta, quæ in artubus male habent, prope ignem hoc oleo vnguntur & fricantur.

IV. Si quis homo vel brutum animal cibos mali-

malignos vel venenum aliquod ingurgitauit, ei hoc oleum infundatur, expellit illud ſine dubio: & omnes humiditates noxias conſumit.

V. Medetur epilepſiæ & paralyſi, toti ſpinæ dorſi in loco calido inunctum: & ſanat etiam ſcabiem cuti adhærentem.

VI. Amiſſum etiam auditum reſtituit, ad guttulas tres vel quatuor cum bombace auribus impoſitum & ſæpius repetitum.

VII. Si quis ex ſexu maſculo ſtranguria eſt affectus, huius olei guttulas aliquot ſumat cum vino calido vel iuſculo, & teſticulos ſimul eo inungat. Quo modo etiam fœminæ illud poſſunt vſurpare & muliebria inungere.

VIII. Quibus manus vel pedes vel alia corporis membra frigore ſunt correpta, hoc oleo in loco calido multoties inungantur, reſtituuntur illico quod eodem modo etiam fiat in brutis.

IX. Qui doloribus colicis ex frigore vel calore nimio aut podagra ſunt affecti, huius olei quantum cortex nucis capere poteſt, quinque diebus continuis mane ſumant cum duplici pondere vini calidi.

X. Si quod brutum vel homo lumbricis eſt obſeſſus, huic tribus vicibus tantundem, vt modo dictũ eſt, cum duplici menſura vini infundatur, vermes enim occidit. Hoc modo etiam vſurpatur contra ſtranguriam.

XI. Si quibus caput ſcabie eſt infectum, eis totum caput per integrum triduum cum lixiuio forti abluatur, vt cruſtę ſcabiei eo melius emolliantur & abſtergantur, deinde radices capillorum euellantur, tandemque loca affecta hoc oleo diligenter

in loco calido inungantur, ita enim ſcabies huiuſ-
modi radicitus curatur.

XII. Manibus pedibusque contracti quinque diebus continuis huius olei quantum cortex nuci iuglandis capere poteſt, ſtomacho cum duplici vini pondere hauriant. Commendatur etiam quam maxime contra febrem quartanam & elephantiaſin ipſam.

XIII. Confert non minus ad dolores capitis ex frigiditate vel frigidis catarrhis obortos; capiti, temporibus & nuchæ inunctum, & per nouem dies quotidie ad guttulas ſex vel octo epotum. Ante omnia vero ad icteritiam & hydropem mirifice commendatur.

XIV. Epilepticis caput, vtraque tempora, nucha, ſpatium inter axillas, cor & brachia hoc ipſo oleo diligenter inungantur, & guttulę octo vel decem per nouem dies continuos infundantur: abſigit omnes ægritudines, quæ ex frigore proueniunt.

## DE ALIA OLEI ET SPIRITVS Iunniperi præparatione.

Baccarum Iuniperi quantum vis, contundatur, vaſi injiciatur, aqua frigida ſuperfundatur, quatuor vel quinque ſeptimanas ita relinquatur, & quouſq; non amplius fermentet, quotidie miſceatur, tandemque vt ſupra deſtilletur.

Aqua, cum baccæ iam contuſæ ſunt, ita frigida affunditur, per biduum & triduum dimittitur, deinde exprimitur, filtratur, in electuarij formam concoquitur, & cum fæcibus, vt dictum fuit, proceditur, habebis oleum vel ſpiritum.

DI

## DE AQVA BACCARVM Iuniperi.

Optima harum Baccarum deſtillatio fit in principio menſis Septembris,& ad eam eliguntur baccæ nigræ & maturæ, quæ contunduntur & deſtillantur. Huius aquæ ℥j mane,ante prandium, & veſperi epota dolores renum & veſicæ mitigat, purificat item renes & veſicam,promouet vrinam & retardantes menſes, expellit partum mortuum & quæcunque venena, ad ℥jß hauſta.

Conducit etiam hæc aqua ad omnes morbos articulares, quando membra & articuli quotiis mane,meridie & veſperi ea confricantur.

## DE OLEO LIGNI Corylorum.

Ex ligno Corylorum, cum probe eſt exiccatum, vt ſæpius dixi,oleum deſtillatur. Extergit & mundificat vlcera antiqua & vulnera ſordida ex fundamento, eaque perbelle ſanat, cum linamentis impoſitum.

Huius olei D.Eucharius dabat guttulas quatuor cum iuſculo lentium vel vino infantulis contra lumbricos. Eſtque experimentum certiſſimum, adultioribus vero in maiori pondere exhibetur.

## DE OLEO HERACLIO ET eiuſdem ſpiritu.

Baculorum ſiue virgultorum ligni Corylorum quantum vis in loco calido exiccentur,cum arefacti fuerint,in teſſellas ſcindantur,in alembico fictili deſtillentur, ſpiritus primo igne lento abſtrahatur, ad quem ſequitur oleum, quod à ſpiritu eſt ſeparandum; commendatur ad dolores dentium & epilepſiam.

## DE VIRTVTIBVS OLEI baccarum Lauri.

Conducit hoc oleum ad dolores hepatis, hemicraniam, nimiam frigiditatem ſtomachi & colicam inteſtini ieiuni. Item contra dolores vteri neruorum & omnium interiorum ex frigiditate prouenientes; contra arthritim frigidam & alios huius generis affectus: contra paſſionem iliacam & colicam, lethargiam, frigiditatem capitis, quotidianas & tertianas intermittentes febres, toti ſpinæ dorſi ante paroxyſmum inunctum: habet enim vim recalefaciendi & emolliendi: & ſi cui ligamenta ſunt exiccata & conſumpta, præſtantiſſimi erit medicamentum, ſi loca affecta eo inungantur.

## DE OLEO HYOSCYAMI.

Gangrænæ hoc oleum mirifice opitulatur, panni nimirum ex lana in eo intincti & loco affecto applicati. Confert etiam omnibus locis inflammatis, ad ichorem articulorum & eryſipelas.

## OLEA EX GVMMIS FERE omnia ſequenti modo præparantur.

Maſtiche, Myrrha & quodquod gummi aliud deſtillare cupis, primo ſubtiliſſime puluerifetur, in ſpiritu vini rectificato per triduum in balneo, ita, vt ſpiritus tranſuerſos duos digitos ſupernatet, infundatur, cum vinum colorem ipſius gummi extraxerit, ſeparetur, aliusque ſpiritus affundatur, iterum in infuſione per triduum, vſque dum coloratum videris, relinquatur, idque quoad ſpir. abſque colore remanſerit, repetatur: Tunc ſpiritum colore tinctum & per interualla effuſum per B. deſtilla: liquori extillato ſilices injice, ex arena deſtilla, ſeque-

ſequetur oleum, quod rectificatum pulchrum colorem & ſaporem acquirit. Aut

Gummi alicuius & ſacchari candi partes æquales cum ſilicibus puluериſatis in arena primum igne lento, poſtea fortiori, gradus ſcilicet tertij, deſtilla, ne empyreuma acquirat, & phlegma immixtum abſtrahe, remanebit oleum, quod emplaſtris ad puncturas vtiliſſime admiſcetur.

Quidam gummi in ſpiritu vini infundunt, cum vaſe bene obturato in cineres collocant, & in veſica deſtillant: olea odorifera, vt *benzoin, ſtyrax &c.* in ſpiritu vini per fęces ſemel deſtillato debent infundi.

## DE ALIO OLEO SVCCINI vel Maſtiches.

*Horum gummi, quodcunque vis* ♃. ℔j. *arenæ albiſſimæ & puræ* ℔ß, *ſalis puluериſati M.* inuicem bene mixta, exiccata & retortæ indita cum capella in arenam collocentur & deſtillentur: recipienti vero menſuram vnam aquæ frigidæ infunde, vt oleum deſtillans ei innatet, & vſque dum ſpiritus, qui eſt quaſi fumus albus, incipiat egredi, conuenienti igne regatur, quem per tres, quatuor vel quinque horas continuo calore conſerua: quo facto aquam & oleum in aliud deſtillatorium infunde, bene obturatum in balneum tam profunde colloca, ne materiæ inditæ exterius conſpiciantur, & ita deſtilla, & cum aqua incipit ebullire, extillabit oleum clarum & pellucidum, quod reſerua.

Reſiduum cum arena miſce, & in retorta deſtilla, ſequetur oleum rubrum, rubini inſtar & pellucidum, quod ſeparatim reſerua: Hoc excepto

ignem vrge, habebis oleum craſſum balſamicum, extra corpus vſurpandum.

Hoc eodem modo etiam oleum maſtiches poteſt deſtillari: in quo opere deſtillatoria fictilia ſubtus & ſupra arena debent eſſe cooperta, & aqua ſemper recipienti infuſa, vt ſpiritus in illam incidant & ei innatent.

## DE OLEO SVCCINI ALBI.

Succinum album oportet prius vino veteri infundere, & in cella vinaria ad altitudinem viri ſepelire, arena circumcirca & ſuperius cooperire, ibique ad ſex menſes vſque relinquere; quo enim diutius, eo melius. Quo tempore elapſo in retorta deſtilletur; vſurpatur hoc oleum intra & extra corpus ad morbum caducum, Apoplexiam & ad dolores colicos, vmbilico illitum.

## DE OLEO CAMPHORÆ.

Camphoræ tantum olei Amygdalarum, vt tres digitos tranſuerſos ſupernatet, affunde, per octo dies in eo ita reſolue, quo facto ad altitudinem trium digitorum tranſuerſorum alium ſpiritum vini rectificatum affunde, per aliud octiduum ita relinque, deinde à Camphora abſtrahe & deſtilla. Vel

Ouorum quotquot vis ad duritiem coquantur, vitella eximantur, ęqualis portio camphoræ addatur, hæc mixta contundantur, deinde in mortario agitentur, deſtillatorio vitreo cum alembico cæco injiciantur, in B. collocentur, coquantur, poſtea inde exempta ſacculo ex panno è lana injiciantur, dum adhuc calent, exprimantur: extillabit oleum, cui affundatur ſpiritus vini, vt oleum ſupernatet. Vel,

℞. Cam-

℞. Camphoræ q.v. pulueriſetur, vitro injiciatur, pani calido è furno modo extracto imponatur, panisque ita calidus obſtruatur, & habebis oleum.

## DE OPTIMO MODO OLEVM Camphoræ ad vſum Medicum deſtillandi.

℞. Camphoræ ſubtiliſſime puluer. ℥jß. huic ſpiritus Terebinthinę vel oleum Amygdalarum dulc. ℥iij lente affunde, ad ſpiſſitudinem pultis commiſce, tandem ſal. abſinth. ℥ijß adjice, iterum diligenter miſce: hoc probe facto, in retorta, primum igne lento, deinde fortiori vſq; dū egrediatur ſpiritus, & Camphora inſtar butyri cum multis albis ſpiritibus compareat, deſtilla. In fine autem recipiens, quem oportet eſſe paruum, amoueatur, ne deſtillata empyreuma concipiant. Hoc peracto ignis ita regatur, vt ſal Abſynthij in retorta à fœtore ſufficienter repurgetur & ſimul calcinetur. Huic ſali oleum primo deſtillatum affunde, diligenter commiſce, & in alia retorta oleum per deſtillationem abſtrahe; ſal vero iterum calcinetur, & ita à fœtore repurgetur, & hæc omnia etiam tertia vice repetantur. Tandem in hoc adhuc butyroſo oleo fragmenta tegulæ ignitæ ollæ apertæ injecta extinguantur, olla vero ſtatim poſt infuſum ſuper tegulas oleum optime cooperiatur: & vltimo omnium ita per retortam igne lento deſtilletur: ſequetur oleum clarum, cui ſi phlegmatis aliquid adhuc fuerit admixtum, debito modo ſeparetur.

## DE OLEIS EX GVMMIS.

Gummi, vt *maſtiche*, *ſuccinum*, vel alia primum

ſubtiliſſime puluериſata in retorta ita,vt tertia pars repleatur, igne lento deſtilla, recipientis appoſiti tertiam capacitatis partem aqua adimple, vſque dum ſpiritus tranſierint, lente deſtilla, hoc facto ignem vrge, omnibus per deſtillationem extractis oleum ab aqua ſepara, & aqua frigida affuſa rectifica.

Si lubet, aqua lauendulæ lauetur, vel in rectificatione aqua pulegij vel maioranę affundatur, pergratum enim hoc modo ſaporem acquirit.

## DE VIRTVTIBVS OLEI
### Succini flaui.

Hoc oleum admodum eſt proficuum contra Apoplexiam, quam maxime præcauet, qualibet ſeptimana ſemel ad tres vel quatuor guttulas vſurpatum. Ioannis Hutteri coniunx Apoplexia corripiebatur, eratque quaſi in agone ſine omni ſenſu & motu, maritus hoc oleo fricabat linguam, infundebatq; eius guttulas aliquot, & eodem inungebat pulſus: vnde illico reſtituebatur.

Lipſiæ huius olei ℥ß venditur integro floreno, & ex ℔j. ſuccini ℥ij vel ℥ijß olei eliciuntur.

Eius olei guttulæ tres cum aqua aniſi vel iuſculo carnis ſumptæ menſtrua alba cohibent, partum confortant, ſputum ſanguinis ſiſtunt, tuſſimq; mitigant & phthiſi ſimul etiam conueniunt aliquoties nempe vſurpatæ.

*Olei ſuccini flaui & caryophyllorum an. guttulæ 4.* mixtæ, cum bombace exceptę & in orbiculo geſtæ ſæpiusque odoratæ catarrhos capitis ſiſtunt, aëremque malignum, præſertim Peſtis tempore emendant.

Olei ſuccini & cumini ana. guttulæ ſex cum

aquæ

coctionem iuuandi: itaque in omnibus huiuſmodi morbis commode datur. Promouet quinetiam ſeceſſum & occluſos ventris flatus, corrigit teneſmum, & anguſtiam pectoris, iuuat expectorationem, & conciliat bonum anhelitum: inde conuenit pulmoni & hepati; reſiſtit omni putredini, prodeſt lethargicis, colicæ puerorum, pellit vermes, ſiſtitque menſes nimium fluentes.

## DE OLEO TEREBINTHINÆ & Reſinarum.

Terebinthinam pellucidam in retorta lente igne deſtilla, habebis primo oleum albũ, ad quod ſequitur flauum vltimo rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum, hæc olea, vnumquodque ſeparatim reſerua: rubrum oleum eſt balſamus, qui in arena vel alio modo poteſt rectificari. Vt autem ſubtiliſſimum reddatur ego ad terebinthinæ libram quamlibet ſumo ſpiritus vini octauam partem. Aut,

Terebinthinæ quantum libuerit affuſa aqua fontana in retortam injicio & in balneo deſtillo: exit ſpiritus ſiue oleum album vna cũ aqua: ſi nihil amplius de oleo albo ſequitur & ſimul etiam omnis aq. exiit, in cin. quod reſiduum eſt, lente deſtilla; & quando oleum flauum ſufficienter exierit, ignem vrge*, ſequetur balſamus ſpiſſus emplaſtris ad puncturas valde proficuus.

## DE HVIVS OLEI VSV & virtute.

Cui vrina eſt obſtructa, ſumat huius olei guttulas 4. vel 5. in aqua petroſelini vel cichorij, iunabitur illico. Conducit etiam ad dolores dorſi & lumborũ ex frigiditate vel obſtructione proue-

nientes

nientes, vt & ad calculum ipſum, ſæpiſſime nempe vſurpatum.

Contra mictionem ſanguinis & omnes catarrhos frigidos multoties eſt probatum; mortificat etiam omnes dolores ex frigore prouenientes, membris affectis inunctum.

## DE ALTERO OLEO.

Hoc oleum eſt valde calidum, & propterea cum ſumma cautela vſurpandum: omnibus contabeſcentibus membris mirabiliter conuenit. Vt & ad dolores vagos articulorum, ſi eo inungantur: omnibus idcirco vnguentis contra contabeſcentiam vtiliſſime immiſcetur.

Biſtorta, flores hypericon. chelidonia & flores centaurij in hoc oleo infuſa & aliquandiu in ſole relicta faciunt oleum rubrum, quod ſaluberrimus eſt balſamus vulnerarius ad vlcera frigida tumefacta; ea enim citiſſime ex fundamento ſanat.

Nota: Balſamus lucidus Terebinthinæ in vino hauſtus mirum in modum confert lithiaſi.

## AD CANCRVM ET Fiſtulas.

*℞. Ol. antimonij guttul.* 10. *olei ſuccini guttul.* 6. *cum cera & oleo oliuar. fiat vnguentum.*

## AD DEBILITATEM NERVOrum & Paralyſin.

*℞. Ol. ſuccin.* ℥j, *ol. maſtich.* ℥j, *ol. ex granis Iuniperi* ℥ß. *M.* & partes affectas in balneo inunge.

## AD SPASMVM.

*℞. Ol. ſuccin.* ℥ij, *ol. lupi piſc.* ℥j, *ol. C C.* ℥ß. *M.* & vtere, vt dictum.

## AD PARTVM MORTVVM EXpellendum, vterum mundificandum, & ſterilitatem corrigendam.

℞. *Ol. ſuccin. & mac. an. guttul. iiij. ol. ſem. verben.* *Miſce* & cum aqua lilior. exhibe.

## AD DOLORES MATRICIS.

℞. *Ol. ſuccin gutt. v. ol. caſtor. & aneth. an. gutt. iij.* *Miſce* & cum aqua Meliſſæ exhibe.

## AD PVRGANDVM CAPVT.

℞. *Ol. ſuccin. & maior. an. gutt. iij. ol. fœnic. gutt. v.* *Miſce* & cum aqua Endiuiæ mane vtere.

## OLEA EX LIGNIS OMNIA ſequenti modo deſtillantur.

℞. *Lign. iuniper. ſubtiliter inciſ. part. 4. ſalis calcin. part. 1. diligenter miſceatur*, in retorta vitrea igne libero primum lento, deinde fortiſſimo deſtilletur, & poſtea in B. rectificetur: exibit cum aqua oleum pulchrum, quod per infundibulum ſepara. Oleum pellucidum eſt, oleum genuinum ex ligno Iuniperino: quod reſiduum eſt, cum arena commiſce & deinde deſtilla, habebis oleum balſamicum extra corpus vſurpandum. Et ita proceditur cum omnibus lignis; vt ligno Guaiaco, ſaſſafras, tamaricis & chinæ.

## BALSAMVS ARTIFICIALIS.

℞. *Terebinth. communis* ℔ iij, *terebinth. Venetæ* ℔ j. *ſtyrac. liquidæ* ℔ ij, *benzoin, ſtyrac. calamit. caryophyllor. cinnamom. nuc. moſch. an.* ℈ ij, *myrrh. elect. pro 4. bacen. lign. aloës* ℈ j, *ſpicæ indic. pro 3. bacen. pyrethri, maſtic. thuris, calami arom. an.* ℈ j, *vini ſublimati Mēſ. j. Zedoa. ſuccin. citrin. galban. ſerapini an.* ℥ ij, *fol. mēth. M. iiij, ol. laurini* ℔ ß. *Miſc.* & deſtilla ſicut ſcis.

DE

## DE VIRTVTIBVS HVIVS Balſami.

Conducit hic balſamus ad calculũ, obſtructiones menſium, contractiones artuum & ad omnia vulnera ſananda. Balſamus fuſcus crura refrigerata reſtituit, iis nempe inunctus. Thomaſius multos impotentia & contractura artuum laborantes hoc ipſo balſamo reſtituit.

## DE ALIO BALSAMO.

℞. *Myrrh. Elect.* ℥vij, *maſtic.* ℥viij, *aloës hepat.* ℥xviij, *ſal. commun.* ℔j. Mixta & contuſa per retortam lento igne diligentiſſime deſtilla. Huius guttula vna gemmis eſt pretioſior, præſertim infantibus, contra lumbricos ventri inunctus; ſanat etiam recentia vulnera, in quibus oſſa non ſunt læſa, idque ſpatio 24. horarum.

## DE OLEO AD CONVVLſiones.

℞. *Terebinth. pelluc.* ℔.1. *ol. comm.* ℥x. *thur. myrrh. ſarcocoll. maſtic. croci, cyclam. equiſet. rub. tinctor. an.* ℥j. *lumbr. terreſtr.* ℥ij. hæc omnia ſuper igne lento in ſartagine ex orichalco optime miſceantur, deinde per retortam deſtillentur, & cum nihil amplius extillat, oleum ab aqua ſeparetur.

Eſt hoc oleum mirabile ad ſpaſmum & paralyſin, tam in vulneribus, quam contuſionibus & huiuſcemodi affectus alios.

## DE BALSAMO HYPERICONIS & eius vtilitate.

Hic Balſamus eſt præſentaneum remedium & optimum auxilium ad omnia vulnera, puncturas ſiue ictus, tubercula, intumeſcentias, apoſtemata, doloreſque dentium & oculorum, & ſine nauſea

contra omnes dolores internos, interius etiam vſurpari poteſt. ideo pro ſingulari Dei dono merito habendus.

In menſe Iunio, Iulio & Auguſto, quando nempe hæc planta floret, eius florum, antequam exierint, totum triduum ante nouilunium, & præſertim luna exiſtente in capricorno, ariete & virgine, ante ſolis ortum duas vel tres libras collige, ab omnibus filamentis mundifica, tantum vini boni Rhenani, vt manum tranſuerſam ſupernatet, in olla affunde, olla vero ſit intus & extra vitreata, nec floribus & vino vſque ad ſummum plena, operculo ſimiliter vitreato tege, cum albumine oui, calce viua & farina triticea æquis partibus mixtis diligenter occlude: hoc facto olla ita cum operculo occluſa per octiduum vſque dum exiccata fuerit, ſeponatur, poſtea in lebetem aqua plenum collocetur, vt poſſit per horas ſeptem vel octo ebullire: quo facto inde exime, poſtquam refrigerata fuerit, operculum amoue, flores iniectos cum vino in ſacculum infunde, quantum potes exprime, expreſſum vitro infunde, & tamdiu, vſque dũ balſamus nobilis ſupernatet, dimitte; hunc diligenter ſepara & collige, quouſque nihil amplius innatare videris. Quidquid autem non oleum, ſed fæculentum & immundum fuerit, ad antiqua & putrida vlcera poteſt vſurpari. Antequam vero ollam, vt dictum eſt, occludas, addere oportet *Terebinthinæ* ℔ ß, *olei oliuarum* ℔ j, *& croci ad pondus vnius oboli, & tantum vniuscuiusque ad Menſ.* j. *vini*: ſi vero plus vini & florum ſumpſeris, etiam reliquorum pondus erit augendum. In obſtructione vero ollę lintea vetuſta conſcindantur, eiuſque fragmentis

cum

cum maſſa prius dicta oblinitis ſuperior pars ollæ cum operculo vniatur & etiam exterius iiſdem obducatur.

HVIVS VSVS.

Cum vti hoc Balſamo volueris cochleare paruum in promptu habeas, cui parum huius balſami cum bombace infunde, & ſuper candela cerea calefactum vulneribus, punctim vel cæſim factis, applica, & per octiduum, vt bombax vulneri adhæreat, ibidem relinque: hoc facto in poſterum quotidie mane & veſperi huius balſami calide vulneribus aliquid admoue: ſi vero Goſſypium maturius à vulnere abſtergatur, de nouo in cochleari calefacito & vt antea procedito, quouſq; goſſypiũ adhæreat: vulnus autem nullo modo madefacias, ſi ſanationem abſq; vlceratione promouere cupis.

Applicandus etiam eſt calide hic balſamus eroſis dentibus & intumeſcentibus gingiuis.

## Quomodo ex omnibus rebus adipoſis & pinguibus oleum deſtillari poſſit.

### DE OLEO CERÆ.

Ceræ quantum vis ad ignem liqueſcat, cum farina laterum quantum neceſſe fuerit, admiſceatur: cum aliquantulum inſpiſſatum fuerit, cum ſpatula ferrea diligenter commoueatur, hoc facto tabulam ligneam farina laterum conſperge, ceram ſecundum longitudinem ſuper eam ducito, cum frigefactum fuerit, in fruſtula vt in retortam ingredi poſſint, conſcindito; capellæ arenæ injicito, capellæ etiam partem ſuperiorem arena cooperito, operculum adaptato, illud vero prope roſtrum

retortę abſcindito,vt aqua effluere poſſit, recipiẽtem cum ſpiraculo applicato & igne lẽto deſtilla. Cum omne oleum iam tranſiuit, & refrigeratum fuerit, tum aliam retortam elige; farinam lateris conuenienter injice, oleum prius calefactũ affunde,diligenter miſce,& vt antea modo tertio deſtilla. Oleũ, quod ita deſtillat, ad omnis generis vulnera & vlcera ſananda vix habet ſimile. Quod ſi clarius & omnis fœtoris expers habere cupis, primo aqua rectifica & in cinere deſtilla, habebis oleum pulcherrimum & lucidiſſimum vna cum aqua,quod cum vino purificetur & rectificetur: erit hoc modo multo præſtantius, & ad magnatum vſum aſſeruandum. Memini cuiuſdam, cui globo bombardico manus erat perforata & ſeptem diebus curabatur, ardorem enim pulueris huiusmodi mirifice corrigit.

## Alia præparatio.

℞. *Ceræ flauæ part.* j. *oſſis vſti vel arenæ part.* 3. hæc groſſo modo inciſa & pulueriſata in veſica per arenam deſtilla,& poſtea cum aq.rectifica,ſequetur oleum pulchrum aurei coloris. Vel

℞. *Alumin.plumoſi,& ceræ partes æquales*,oleum, quod per deſtillationem ex illis ſequitur, cum duplici pondere aquæ affuſæ rectifica, extillabunt ſimul, tandemque ſepara.

## DE VIRIBVS OLEI Ceræ.

Præſtantiſſimum eſt hoc oleum ad emolliendą vlcera, ſiquidem celerrime penetrat,emollit & reſoluit, & in correctione cicatricum & macularum omnia alia antecedit,ſi modo poſtquam vulnera & vlcera iam ſanata fuerint,vſurpetur. Miti-

gat

gat quin etiam dolores podagricos & arthriticos cum ſumma omnium admiratione, & omnis generis vulnera & vlcera ſanat.

Hoc oleum ex cera recenti per alembicum deſtillatum ſanat fiſſuras labiorum & papillarum muliebrium, illis illinitum, nec infantulos à ſuctione impedit, illico enim illas ſanat, doloremque mitigat.

Intumeſcentiæ hoc oleo inunctæ ſine mora euaneſcent. Contra dolores colicos vmbilicus hoc oleo inungitur & calide contegitur.

Huius olei guttę 6. cum aqua card. ben. ſumptæ doloribus laterum medentur. Membra ex podagra incuruata & contracta hoc oleo reſtituuntur. Si cui ventriculus intumuerit, huius olei guttas tres vel quatuor in iuſculo ſumat, & ventriculum eodem inungat: hoc modo inunctum membra frigefacta calefacit. Mulieres, quibus mammillæ intumeſcunt aut exulcerantur, hoc oleum cum oleo amygdalarum dulc. mixtũ mammillis applicent, ad vlcera vero ad modum balſami vſurpent, vltimo etiam ipſas hernias pudendorum perbelle ſanat, mane & veſperi inunctum & ligatura applicata.

## DE OLEO CASTOREI.

Caſtorei ſubtiliſſime inciſi quantum vis in ſpiritum vini rectificatum infunde, per duos vel tres dies (quanto enim diutius, tanto melius) digere: & vinum in B. euaporetur, hoc enim facto oleum remanet, ſi vero caſtoreum in copia haberi poteſt, poſt dictam deſtillationem relictum oleum lateribus ignitis poteſt affundi, & per retortam vndique coopertam lente deſtillari.

## DE OLEO AXVNGIÆ VEL ſeui Ceruini.

Eſt mitigatiuum Theophraſti cōtra Podagram. Axungia ſiue ſeuum ceruinum quantum calidum haberi poteſt ( quanto enim calidius; tanto melius) per retortam in cinere igne lento,vſque dum phlegma exierit, deſtilletur, cum extillare ceſſat, ignis augeatur, alius recipiens adaptetur, alteraque aqua excipiatur,cum colorem mutare incipit, ab opera deſiſte, vt poſſit refrigerari,recipientem cum arena obducito, & igni fortiori deſtilla, cum nihil amplius extillat,recipientē amoue, & fortiſſimo igne vrge,ita enim proprium eius ſal in quātitate non mediocri ſurſum reuerberat, hoc refrigeratumcollige, & in vitro mundo optime obturato ad neceſſitatem reſerua: membra enim prodagrica ſemel vel bis poſt balneum hoc oleo inuncta, emolliuntur, dolores reſoluuntur & materia per ſeceſſum euacuatur.

## DE OLEO EX SANguine Ceruino.

Hoc oleum Podagram ipſam per aluum expellit.

Sanguinē vero cerui ita per ſe per retortam deſtilla,cum phlegma extillauit,& guttulæ incipiunt fieri fuſcæ, & oleum effluere, alium recipientem adapta: & quouſque nihil amplius de oleo ſequitur, deſtilla: durante deſtillatione grumi ſalis retortæ adhærent, hoc igitur cum oleo abſterge, rectifica & vtrumque ad vſum reſerua.

## DE OLEO CONTRA Podagram.

*℞ mell.lib.ij.vitriol.calcin.libr.j.ſpirit.vini rectiſ.* ℔ß.

℔ß. *fragmentor. later.* ℔ j. in alembico deſtilletur, primo lente, quouſque phlegma veniat, deinde, vt ſpiritus ſequatur, igni fortiore: alembicus autem debet habere roſtrum breue; ſiquidem ſpiritus ad 20. vſque horas cum hoc oleo extillant, quo membra podagrica cum penna columbina alba debent inungi.

Maximum etiam præſtat auxilium aqua fungorum eſculentorum ad podagram & atrophiam membrorum, ſi eadem confricentur.

## DE OLEO CAVSTICO, QVOD omnia tubercula, ſcrophulas, verrucas & alia huiusmodi ſine dolore aperit.

*℞. Ol. philoſophor. opt.* ℔ß, *thur. alb. opt. maſtic. gumm. arabic. terebinth. an.* ℥ij, omnia ſimul contundantur & miſceantur, per alembicum deſtillentur, cum ℔ v. cineris quercini miſceantur, iterum per alembicum deſtillentur, ad vſum reſeruetur, & locis affectis ſæpiſſime inungatur.

## DE OLEO FISTVLAS MORTIFIcante & verrucas eradicante.

*℞. Calc. viu.* ℥ij, *Euphorb.* ℥j, *optime contuſa cum* ℔ß *ol. philoſophor. vel ol. benedicti commiſce & per alembicum deſtilla: habebis oleum præſtantiſſimum, quo admiranda efficere potes.*

## DE OLEO, SPIRITV ET SALE vngulæ alcis.

Vngulas alcis optime mundatas & pulchras in taleolas ſubtiles cõſcinde, & in retorta VValdburgica optima igne aperto deſtilla: prima hora exibit parum aquæ flauę vel phlegma: cum vero ignẽ fortificaueris, oleum ſubſequetur flauum; quo

viſo ignem adhuc magis vrge, quo vſque retorta plane ignita fuerit, tunc enim effluet balſamus fuſcus, qui in recipiente aquæ innatat, vt & ſal volatilis, qui vitri parietibus interioribus adhæret. Deſtillatione finita, omnia ex recipiente exime, in minori alembico vitreo injice & per arenam deſtilla, exibit primo ſpiritus, poſtea oleum, tandem vero ſal in ſuperiori parte alembici ſublimatur: ſpiritum per tritorium ab oleo ſepara: habebis oleum ad epilepſiam accommodatiſſimum: cuius ſal & ſpiritus ad multa vtiliſſime poſſunt vſurpari.

## DE EXPERIMENTO EX CRAnio humano contra morbum caducum.

Caluariam hominis è patibulo ſuſpenſi, aut rotæ impoſiti contritam deſtilla, & aquam emanantem bis rectifica, hoc peracto ℞. *Eſſent. perlar.* ʒß *rad. pæon. caſtor. an.* ʒj, *muſci, meliſſ. anacard. an.* ℈j. *aq prædict.* ℥j, *hæc inuicem miſce.* & ægro in principio paroxyſmi cochlear j huius mixturæ exhibe, effectum admirandum videbis. Vel,

Caluariam hominis non ſepulti, ſed violenta morte deleti contere, in arena per retortam deſtilla, aquam rurſus ſuper fæces affunde, & ſecunda vice deſtilla, & aquam per B. rectifica.

℞. *huius aquæ* ℥ij; *caſtor.* ʒj; *ſpec. diamoſch. dulc* ʒij; *mell. anacardin.* ʒß. *hæc inuicem mixta iterum deſtilla, aq. huic ſucci perlar.* ℈ij, *ol. vitriol. gutt. v. & ol. aniſi. gutt. x. adde* & de hac mixtura epilepſia laboranti cochlear j. per nouem dies continuos ieiuno exhibe.

## DE OLEO SANGVINIS humani contra morbum caducum.

Sanguinis humani per venæ ſectionem emiſſi ſufficienti quantitati ſpiritum vini affunde, ita ſimul per mẽſem integrum fimo equino ad putrificandum committe, poſtea per cineres deſtilla: trãſcendet oleum cũ aqua: ſpiritum vini cum phlegmate per balneum abſtrahe, quod reliquum eſt, in retorta per cineres nouem vicibus rectifica, habebis balſamum vel oleum perpulchrum coloris aurei: de quo epileptico quotidie ℈j cum aq. pæoniæ dies triginta continuos exhibe, idque præcipue in nouilunio faciendum & per totum annum continuandum.

## DE BALSAMO SANGVINIS humani.

℞. *Sang. humani ſani* ℥vj. *alcool. vini* ℥j: poſt digeſtionem bis deſtilla, iterum pone in digeſtionẽ vent. eq. per medium menſem, donec aqua genuina appareat, ſuperior alba, inferior aurea, quæ ſeparata ab altera ad morbum caducum optima eſt. Auxiliatur etiam omnibus affectibus ex calore vel frigore exortis, quamcunque complexionem debilem reſtituit, morbos cerebri, memoriæ & ſpirituum emendat, venenum à corde propellit, pectus amplificat, morbos pulmonum abigit, omnes groſſos humores abſque vllo nocumento extrahit, ſanguinem purificat, omnia alia medicamenta in hoc ipſo ſuperat; fluxus ventris quoſcunque & dolores renum ſiſtit, bilem venenatam corrigit, ſperma & ſanguinem auget, venas neruoſque aperit, eorumque affectus ſanat. Conducit etiã ad Apo-

plexiam, Epilepſiam, Vertiginem, & continuum dolorem capitis in electuario appropriato ſumptus; amiſſam loquelam reſtituit, & ſi quis eſſet ſemimortuus & abſque omni ſermone, eum ocyſſime reuocat, in ſpiritu vini nempe ſumptus: redit quamprimum ad ſeipſum & loquitur ſine vlla hæſitatione & delirio, vt ipſemet in illuſtri quodam Comite ſum expertus, qui cum eſſet quaſi in agone, hoc balſamo fuit reſtitutus, loquelam amiſſam recepit & teſtamentum conſtituit.

Senes ſi de hoc quotidie paululum ſumpſerint, cum admiratione quaſi reiuueneſcunt: cor enim eorundem ita exhilarat, vt ſibiipſis iuuenes eſſe videantur, omnes vires reſtaurat, hominemque vſque ad mortem in ſanitate conſeruat. Qui morbum hunc vel illum timet, per integrum triduum de hac aqua bibat, morbum ſine dubio auertet.

Si cui ligamenta cum duritie intenduntur & retro trahuntur, ſanguinem humanum ſepties deſtillet & neruos vel ligamenta hac aq. confricet.

Vel ſanguis humanus in vitro optime obturato in terram vel fimum equinum per dies nouem vel diutius ſepeliatur, ac poſtea per alembicum deſtiletur, extillabit primum aqua, deinde oleum, quo neruos in loco calido inunge.

## DE SPIRITV SANGVINIS humani.

Sanguinem hominis ſani in veſica vitrea per arenam primum ig. lento, quouſq; ſeroſitas exierit, deinde vſq; quo nihil amplius de fumo conſpiciatur fortiori deſtilla, quicquid effluxerit per chartá griſeam filtretur, vt ol. nigrum ac fœtidum ſeparari poſſit; aq. flaua duplicem materiam, aquoſam

nem

nempe vel phlegmaticam & ſpirituoſam cum ſale volatiliſſimo in ſe continet, quę per B. à ſe inuicem ſunt ſeparandæ: nam ſicut ſpir. vini, ita pars ſpirituoſa in alembico aſcendit & portio phlegmatica relinquitur, ſpir. vero à phlegmate miro modo cognoſcitur: ſi namque guttul. aliquot ſpir. vitr. ſalis vel aq. fortis huic ſp. addideris, ſtatim cum fragore bullulæ aliquot aſcendunt, quæ in phlegmate non inueniuntur. Qui hoc ſpir. recte vti didicit, gloriari poteſt, ſe arcanum magnum contra Epilepſiam, Apoplexiam, Aſthma & alios huiuſmodi affectus habere.

## DE AQVA SANITATIS.

℞. *Sanguinis pueri ſani à ſeroſitate repurgati* ℔ j. *ſuccor. ſl. chelid. anthos, bugloſſ. borrag. mellis albi opt. an.* ℔ ß, *iis cõmixtis* adde *Zinzib. nuc. moſcat. caryoph. cub. maſt. galang. card. gran. parad. baccar. iuniper. cinnam. an.* ℥ j. *xyloal.* ℥ ß. *moſc.* ℥ j, *ambr.* ℥ ß, *hæc ſubtiliſſime pulueriſentur & reliquis commiſceantur, per octiduum in olla cooperta ſub terram fodiantur, deinde deſtillentur, & elementum quodlibet, nempe aq. aër, ig. ſeparatim excipiantur.* Aq. hæc confortat hominem, & ab omnibus morbis liberat, cuius virtutes non ſatis poſſunt commendari.

## DE CVRA EPILEPSIÆ REGI Ferdinando à Theophraſto præſtita.

Cæſarea Sua Maieſtas ſumat ſphæram microcoſmi, eam ad carbones ardentes in retorta vſque ad ſeparationem ſeroſitatis deſtillet; hanc iterum affundat & per deſtillationem abſtrahat, idq; tertia vice repetat, aquam vero, quę auro ipſo pretioſior, aſſeruet. Præterea ex radice & foliis Pæoniæ

aquam deſtillet, terram eius reſiduam in cinerē comburat, & ſalem ipſius per aquam eius propriā extrahat, habet hic ſal virtutes maxime admirandas. Hoc facto, & ſi Sua Maieſtas homini, qui viginti, vel plures annos epilepſia laborauit, ſubuenire cupit, *prædictæ aquæ vnciis ſex, caſtor. rec. ſpec. diamoſc. dulc. an.* ℥j. *mell.* ℥ij, *& anacard.* ʒ. ß. *immiſceat*, iterum per B. deſtillet, huic deſtillato adhuc *margarit. præp.* g̃ *xx. ol. vitr. gutt. v. ol. aniſi gutt. x. adiiciat*, & huius mixturæ homini iam epilepſia correpto cochlear vnum infundat, idque ad nouem dies continuet, ſemper ieiuno ſtomacho & tres horas hoc ſumpto à cibo abſtineat: curabitur ex fundamento. Suam vero Maieſtatem ſubmiſſe rogo, ne cuiquam reuelet.

## DE GENVINA ET OPTIMA præparatione olei ex ſpiritu vini.

Spir. vini veteris fortiſſimi in cinere, vti ſcis, quouſque pannum vel linteum incendat, deſtilla, deinde deſtillationem in B. quinquies repete, ab omnibus deſtillationibus quartam partem in vitro relinque, illa enim ad hoc opus eſt inutilis: & hoc modo ſpiritus vini ad ſummam perfectionem eſt paratus. Hunc igitur in pellicano in Balneum tādiu, vſque dum oleum cæruleum in vitro comparcat, & ſe ab alio ſeparet, quod 8. vel 9. hebdomadis circiter fieri cōſueuit, dimitte, hoc facto phlegma ab oleo lente effunde, oleum in cineribus per alembicum deſtilla; & ita erit rite paratum, habebitque iucundiſſimum ſaporem, qui in mundo reperiri poteſt.

DE

## DE AQVA VITÆ SEV Auro potabili.

Si quis cupit præparare aquam vitæ, quâ ſanitatem hominis ad multos annos conſeruare morbosque expellere poſſit, quod ſane eſt arcanum diuinum arcanorum philoſophorum omnium præſtantiſſimum, cui nulla medicina, quantacunque fuerit, comparari poteſt: Ille hanc aquam vitæ rectificet; & à lapide rubro, qui perfectiſſimus eſt, ſeparet: in hac etiam aqua lapidem igne lento ſoluat. Et ſane dico tibi, quod eũ in aquam ſoluere potens ſit, quæ aqua colore erit auro ſimilis, pellucida & clara; & ita habebis pulchram & nũquam ſatis laudatam aquam vitę, quam maſtice obturatam diligenter reſerua; & hęc aqua nominatur Aurum potabile, quod chymici quærunt. Hoc aurum potabile Hermes, omnium Chymicorum primus inuenit: conſeruat ſanitatem, expellit omnes morbos, & etiã ipſam lepram; retardat ſenectutẽ & ſperma augmentat. Cæteræ eius virtutes, quæ ſunt innumeræ, non poſſunt deſcribi; eas ipſemet pro tua prudentia inquirere poteris.

Nota. Ex ſpiritu vini optimi deſtillati quintam eſſentiam, vt noſti, extrahe, mediam videlicet primo partem, quod relictum fuerit, adde, quod vero tranſiit, ſecundo per alembicum abſtrahe, vt tertia pars relinquatur. Eſſentia vero extillata in cinere calido per 24. horas continuo aſcendet, hoc enim modo figitur, vt cœlum. Si vero plures dies ita aſcenderit, & cognoſcere cupis, an rite ſit paratum, foramen, quod albumine oui & charta fuit obſtructum, aperi, per quod ſi odor nobilis & valde gratus iuxta eius nẽpe herbas & ſimplicia,

exierit, tunc præparatio erit perfecta. Si vero talem odorem non habuerit, ſcias, eſſentiam illam adhuc continere empyreuma, itaque diutius erit circulanda quouſque nullam acredinem in ore exuſcitet, omnem amaritudinem ad ignem amiſerit eiuſque terra in fundo remanſerit & ſe à ſubtilitate ſeparauerit, hoc enim modo erit perfecte præparata. Multa tibi arcana hic reuelaui ad Gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti.

## DE MODO OPTIMVM VINI Spiritum præparandi.

*Flores Spicæ nardi* in fæcibus digerantur, deinde fæces deſtillentur: habebis ſpiritum præſtantiſſimum, iucundiſſimi ſaporis: His etiam lauendulam ſiccam immiſcere potes.

## DE AQVA, QVÆ OMNIVM herbarum & radicum vires extrahit.

Rorem maialem deſtilla, hic ſubtilius & iucundius aquam extrahit, quam aqua vitæ ipſa, & ſanguinem etiam purgat.

## DE OPTIMA AQVA Roſarum.

℞. *Galang.* ℥j, *caryophyllor.* ℥ij, *cinnam.* ℥ß, *mediocriter incidantur aquæ roſar. optimæ, quartæ vini infundantur & in Sole circulentur.* Aqua hæc confortat cor, abigit lipothymiam, acuit intellectum, & ideo quouis pretio maior eſt habenda.

## De modo ex omnibus herbis efficaciſſimas aquas deſtillandi: & quomodo ex qualibet ſine omni additamento fortiſſimum acetum comparari poſſit.

Herba

Herba vel flores, vtpote roſæ primum conſcindantur; deinde in mortario contundantur; ſuccus exprimatur, filtretur: & ad medium vſque deſtilletur, quod extillauerit, bona erit & valde efficax aqua: quod in vaſe remanſit, in vitrum peculiare filtretur, & bene obturatum per hebdomadas aliquot inſoletur: conuertitur enim hoc modo in optimum acetum.

## DE SPIRITV EPILEPTICO.

*℞. Summitat. hypericon. anagallid. rutæ, rad. pæon: viſc. querc. theriac. an. ℥ij, vel ij ß: quart. vel ℔ij ß vini affunde, per dies aliquot in locum calidum colloca; per pannum colato, eſſentiæ vitriol.* ℔ j. *calvar. human: optime pulueriſatæ ℥ij, opij optime præpar. ʒß. camphor: ʒß, adde* & cum per menſem integrum ſub fimo equino ſteterit; ſpiritum per deſtillationem abſtrahe. Habebis ad Epilepſiam ſpiritum accommodatiſſimum ad guttulas 20. 30. 40. 50. vel 60. cum *aqua ceraſorum nigrorum, florum tiliæ* vel aliæ huiuſmodi vſurpandum.

## AQVA EPILEPTICA LANGII.

*℞. Flor. lil. conuall. M. viij. ſuperinfundatur Menſ. vini Cretici vel muſcatell. aut aliâs generoſi, in eo ſtent per dies 8. deinde organis vitreis in B. repente deſtillentur. Mox ℞. Cinnam. ʒvj. nuc. moſt. ℥ß. piper. long. ʒij, flor. lauend. ℥j. fl. roriſmar. flor. Stœchad. an. ℥ß, cubebar. ʒij, viſc. querc. rad. pæoniæ, rad. dictam. noſtrat. an. ℥ß. omnia craſſiuſcule contrita rurſus in vino ſuperiori per octo dies loco aprico macerentur & poſtea vt ſupra deſtillentur.*

## DE AQVA CONTRA VENENA Lethalia & Peſtem.

*℞. Antid. Matthiol. contra venena lethalia ſyrup.*

*de corticib. citri an.* ℔ j. *aq. vitæ optimæ in vitreis organis deſtillatæ* ℔ß, Miſce in vitro optime clauſo per menſem, donec totum diſſoluatur; bis tamen in hebdomade agitãdo. Exacto deniq; menſe clarã aquam aureo colore nitentẽ electuario ſupernatare inuenies, & quæ iam omnem illius vim in ſe contraxerit. Tanta hæc aqua virtute pollet, quod millies expertus ſum, vt à quatuor drachmarum pondere pota vel per ſe vel cum pari odorati vini quantitate, vel cuiuſque aquæ cordialis, vbi quis ictus vel demorſus à quocunque venenato animali in tanto mortis diſcrimine verſaretur, vt loquelã visum & reliquos fere ſenſus omnes amiſiſſet, ægrum ingenti aſtantium admiratione à profundo veluti ſomno excitet, quin & vomitione plurimã infectorum humorum copiam exhaurit. Valet etiam contra venena per os aſſumpta & peſtem ipſam. Matthiolus.

## DE AQVA VITÆ CONTRA Colicam, ſi cui ventriculus premitur vel aſcendit.

℞. *Paſſular.* ℥j. *cinnam.* ℥ß. *caryophyllor.* ʒij. *Galang.* ʒj. *rhabarb.* ℈j. miſce quartam partem menſuræ ſpiritus vini ſemel à fæcibus deſtillati, affunde & in loco aprico vel hypocauſto calido per tres vel quatuor ſeptimanas relinque, huius aquæ cochleare vnum vel alterum vſurpetur & ſtomachus puluinari calido contegatur.

## DE SPIRITV CONTRA Colicam.

℞. *Sem. aniſ. fœnic. cumin. carui. an.* ℥iiij. *flor. chamom. Man. ij. per aliquot dies in ſpiritu vini infundan-*

*tur,*

*ur, poſtea per B.M. deſtillentur, deſtillato Man.j.petroſelini conciſi injiciatur, mixtura cum iulepo roſato dulcoretur & per chartam griſeam filtretur:* habebis aquam admodum iucundam contra flatus, colicam & aſcenſum ſtomachi.

## DE AQVA VITÆ MVLIERVM admodum præſtanti & efficaci.

*℞. Cinnam. nuc. moſc. mac. zinzib. granor. parad. rhebar. card. ℥ij, pip. long. ℥j, galang. ℥ß, omnia tenuiſſime inciſa injiciantur in vitrum trib. menſuris optimi vini, per tres ſeptimanas infundantur, quotidie agitentur, quo tempore elapſo, vinum effundatur, aromata ſubtiliſſime contundantur, vinum rurſus affundatur; ſaluiæ, menthæ criſpæ & fœniculi tenuiſſime inciſorum an. M j. & totidem ſalis toſti adjiciatur, ita vlterius per diem infundantur, tandémque deſtilletur.* Et ſi vinum hoc modo fuerit extillatum, tunc vtere, vt ſequitur. Si mulier habet vterum refrigeratum, vel in eo colluuiem ſanguinis vel maſſæ corruptæ, vel molem in dies creſcentem, per aliquot menſes quotidie mane & veſperi de eo bibat, vterum enim egregie recalefacit & corroborat: qui vterus hoc modo corroboratus omnem immunditiem ex ſeipſo expellit, ſterilitatem corrigit & robur conciliat.

## DE SPIRITV SEV AQVA vitæ ſtomachali.

*℞. Zinzib. alb. ℥iij, nuc. moſc. mac. zedoar. gal. caryoph. an. ℥j, omnia mediocriter inciſa tribus quartis ſpiritus vini aliquot diebus infundantur, deinde in B.M. deſtillētur, ſpiritus deſtillatus cum ℥x. ſyr. cydon. & ℥ij ſantal. ſubtiliſſime inciſi miſceatur, & per chartam*

*griſ filtretur.* Habebis ſp. ſtomachalem egregium.

## DE AQVA STOMACHALI.

℞. *Fol. card. ben. meliſſ. roriſmar. menth. ſaluiæ, bugloſſ. & borag. putreſiant in vino albo, deinde deſtillentur, & cinnam. galang. caryophyll. nuc. moſc. ac mac. an. ℥j. adjiciatur.*

## DE ALIA AQVA STOMACHALI.

Vini menſuris ſex ad remanentiam menſuræ vnius & dimidiæ deſtillati adde *ſaluiæ ℥ß, caryophyl. cinnam. mac. & granor. paradiſ. an. ℥j*, per dies 14. infundantur, & poſtea hujus vini mane & veſperi cochleare j ſumatur: ſtomacho enim valde eſt proficua hæc aqua & per omnia membra penetrat.

## DE AQVIS DESTILLATIS, ET primo de aqua Fragorum.

Fraga matura in vitrum injice, cum ibidem putruerint, deſtilla. Hæc aq. habet vim peculiarem & abditam etiam lepram ipſam ſanandi cum eſſentia vini temperata, ventriculum corroborat, omnia venena à corpore expellit, obſtructionem menſtruorum reſerat, humores vrentes corrigit, & maculas oculorum abſtergit. Melancholici hac aqua ſe ſæpius debent abluere.

## DE AQVA PANIS.

Micas panis ſiliginei è fornace modo extracti & adhuc calidi in patinam injice, nuces moſcatas 8. vel 9. minut. inciſas ſtatim antequam mica fiat tepida, adde, 4. menſuras vini rubri affunde, cum alia patina optimè contege, & poſtquam per 24. hor. ita ſteterit, per alemb. deſtilla, & vt aliam aq. in vitro reſerua. Huius aquæ cochlearia duo contra dyſenteriã cruentã & albam cũ ſumma vtilitate ante paſtũ exhibentur vt & contra euomitionẽ fre-

frequentem ætate conſtantium & puerorum; his vero nō vltra cochlear vnum;in ea etiam linteum licet imbuere & naribus admouere. Si cui mulieri menſes nimium & longius fluunt, huius aquæ mane & veſperi cochleare vnum vſurpet.

Aliqui huic aq. iam deſtillatæ ℥ß *ſal. recentis;* colij vltra hanc etiam *rutæ, bacc.lauri an.* ℥j *caſtor.* ʒj, *pomique citrini ad magnitudinem nucis adijciunt.*

## DE FLORE COELI.

Hic flos menſe Maio circa Pentecoſten temporeque nocturno inſtar muçoris narium in prata incidit: idque trepidantèr & quaſi in circulo, hæc aqua lente deſtillata, (aliàs enim nimis cito aſcendit) eſt corroſiuum dulce: omnes dolores cum admiratione ſedat, vlcera quotcunque rebellia curat & ſanationi obedientia reddit, cum emplaſtris ad puncturas mixta in cancro & fiſtulis eſt valde admirabilis cum pannis laneis applicata, vermemque interficit.

Heluetius quidam ex eo fecit puluerem album & cum eius granis 2. vel. 3. ſiſtebat omnes dolores internos intenſiſſimos, eoque vt exterius in vlceribus, ita etiam intra corpus ſumma felicitate vtebatur.

## AD PVTREFACTIONEM HEPAtis & Pulmonum.

Aniſum & pulmo vitulinus deſtilletur, huiuſque aquæ per nouem dies continuos quotidie bis, qualibet vice ℥j bibatur.

## DE AQVA PVRGANTE.

℞. *Flor. perſicor. ſcammon. turbeth. an. ℔. deſtillentur* & aqua in vaſe vitreo aſſeruetur: hęc modice admodum ſoluit.

## DE AQVA VALDE CELEBRI AD omnis generis lumbricos expellendos.

*℞. Sem.ſanct.℥viij,ſcob.CC.℥ij perſic.exiccator.℥j, aloës hepatic.℥ß, his omnibus mixtis groſſo modo contuſis:& vaſi vitreo iniectis affundatur aquar.tenacet. rutæ,fol.perſic. & abſinth.an.quart.j.ß vel ℥2 4.per triduum in B.putreſiant, deinde tribus vicibus deſtillentur,ſemperque aqua fæcibus iterum affundatur,*habebis aquam ad vermes enecandos & exturbãdos valde proficuam & ſæpiſſime probatam. Doſis eius in homine adulto eſt ad ℥ij vel ℥ijß,in iunioribus ad ℥jß,in infantibus vero ad ℥j. vel ʒvj vel ℥ß iuxta eorum ætatem.

## DE AQVA CONTRA SVFFOcationem vteri.

*℞. Fol.meliſſ.℔ij,rutæ,ſaluiæ nobilis an.℥iiij,ſt.anthos ℥jß, caryophyll.cinnam.an.ʒij,nuc.moſc.℥ß,mac. ʒj,ol.lauendul.℥ß, hæc omnia groſſo modo inciſa in cãtharo vino albo optimo pleno per 14. dies tempore æſtiuo inſolentur,deinde deſtillentur.*

Si quis de hac aqua vti cupit, prius fragmentum camphoræ ad magnitudinem piſi cum candela cerea incendat, in hauſtulum huius aquæ immergat, & deinde ebibat,lentisque inſtar *Zibethi* vmbilico inungat.

## DE AQVA CONTRA phthiſin.

*Limaces,Nicotiana vinumq; bonum,*vti notum eſt, deſtillentur: huius aquæ cochleare j menſes pellit.

## DE ALIA AQVA CONTRA Phthiſin.

Cordis vitelli nigri quantum vis minutiſſime conſcin-

conſcindantur, & deſtilletur, de aqua hac phthiſicus frequentiſſime bibat, reſtituetur ſine dubio.

## DE AQVA CONTRA CONTRActuras & impotentiam artuum.

Si quis ex colica in cruribus brachiisque paralyticus factus fuerit, hac aqua auxilio diuino poteſt reſtitui.

*℞. Saluiæ hortenſ. & ſylueſtr. diptamn. alb. bryon. fol. & flor. lauend. an. M j. caſtor. recent. ℥iij, hæc omnia in menſur. j ß vini boni in olla vitreata beneque occluſa ebulliant, & deinde deſtillentur.*

Qui doloribus colicis ſunt affecti huius aq. mane cochlearia duo, duabus hor. ante paſtum, & totidem veſperi duabus horis poſt cœnam vſurpent; ſine omni dubio reſtituentur.

Si vero dolores fuerint immenſi, doſin prædictam augeant, prout dolor requiret. Perutilis eſt etiam ad catarrhos & apoplexiam.

## DE OLEO EXCRETIONEM alui promouente.

Mirabile hoc oleum, ſine omni periculo purgat. *℞. Aloës hepat.* ℔ j. *myrrh.* ℥v, *vtraque cribrata in alembico lento igne deſtillentur, & oleum reſeruetur.* Quo ſi vti voles, ventriculum eo inungas eumque linteis calefactis contegas: vel ſi perfectiorem operationem deſideras, loco linteorum ſpongiam in oleo intingas & applices. Eſt ſane medicamentum principe dignum.

## EXPERIMENTVM AD CONfortandum coitum.

Hoc medicamentum illuſtris Iulius Comes Solmēſis Ioanni Schenckio communicauit tanquam certiſſimum. *℞. Fol. ſabin. quantum vis, per alemb.*

*deſtillentur, aq. fæcibus reaffundatur & altera vice deſtilletur*, veſperi cubitum iturus bibe. *Caſt. tritum & teſtes vulpinos ſume, fiantque inde cum ol. cinnam. & ſacchar. tabulæ*, de quibus ſumat veſperi: etiam emortua genitalia reuocare dicitur.

## DE AQVA CONTRA Peſtem.

*Nuces iuglandes circa feſtum Ioannis collectas centum cum corticibus & omnibus contunde, fol. ſcabioſ. verb. ſolani & ſemperuiui an. M j. adde, acetum affunde, ita commixta concoque, non tamen diutius, per noctem ita ſtare permitte & poſtea per alemb. deſtilla*, de hac aqua æger cochleare vnum ebibat & ſudori ſe accommodet.

## DE SPIRITV VRINÆ.

Vrina pueri ſani bibentisque vinum in recipiẽte optime obturato per 2. menſes putrificetur, deinde per chartam triplicem, quæ ol. ſit imbuta, deſtilletur, poſtea rectificetur, fiet ſp. ig. omnis fœtoris expers. Inſeruit hic ſp. ad omnes obſtructiones internorum membrorum, vtpote hepatis, lienis, hypochondriorum, venularum, flauam & nigram icteritiam, & cachexiam.

## DE OLEO EX LVTO Theophraſti.

Calculorum hominis & ſalis nitri æquale pondus igne aperto per 8. dies, quouſque flauitiem acquirat, calcinetur, ſpir. vini vſque dum tincturam nullam amplius receperit, affundatur, ſpir. hoc pacto rurſus abſtrahatur, & puluis in vaſe reſtans in vaſe puro in loco humido collocetur: ibi enim in oleum ſeu liquorem liqueſcit, quod maximum eſt

ſecre-

ſecretum ad calculum & ſabulum renibus & vreteribus impactum.

## DE POTV CONTRA CALculum Renum & Veſicæ.

Oleum cantharidum in cochleari j ſucci petroſelini vel vini prunorum ſylueſtrium ſumptum ad hunc affectum maxime conducit.

## DE SPERNIOLA ET EIVS efficacia.

Sperniola trib. dieb. ante nouilunium vel menſe Martio in ſigno aliquo balſamico colligi & primo exiccari, vel tamdiu ſuſpendi debet, vt aqua eius omnis de ea fluat: hoc facto in cinere deſtilletur. Sanguinem egregie ſiſtit ardoremque febrium & aliorum morborum mitigat, & crura œdematoſa ſanat.

Hæc aqua cum phlegmate vitrioli mixta multum confert ad ambuſta, inflammationes arcet, doloresque compeſcit.

## De modo ex aromatibus herbis, floribus, ſeminibus, radicibus & aliis huiusmodi ſimplicibus eſſentiam extrahendi.

Primo ſal tartari in crucibulo ad ignem tamdiu incandeſcat, vt prope colorem cęruleum acquirat: huius ſalis ℞. part. j. ſpiritus vini part. 4. impone balneo Mar. quouſque ſpiritus vini ruborem acquirat, hoc facto materiam, cujus eſſentiam extrahere cupis, in fragmenta inſtar piſorum contunde, ſpirit. vini tartariſatum prius dictum affunde, & in cinere per octiduum relinque, hoc enim modo quod optimum in ea eſt, extrahitur,

hoc lente ſeparatum filtretur, ſpiritus vini per de-ſtillationem abſtrahatur, quouſque materia in fundo relinquatur. Ita etiam ex omnibus ſeminibus, lignis, croco, & reliquis rebus ſimilibus eſſentia extrahi poteſt: & ad hunc modum etiam gūmi reſina & alia, vt *maſtiche, thus, pinguia* & arida cum ſpiritu vini tartariſato ſoluuntur, pene ad olea reſoluuntur, extrahuntur & acuuntur vel extracta ex iiſdem perficiuntur ad commodiorem nempe vſum, quam omnia alia medicamenta.

Herbæ autem, flores, radices, ſemina & quęcunque alia, ex quibus eſſentiam extrahere cupis, prius in aëre ſunt exiccanda, antequam ſpiritus vini tartariſatus affundatur, vbi ſpiritus vini etiam ſuam vim non amittit, ſed etiam in poſterum poteſt vſurpari.

Licet etiam aquam ex illis herbis vel floribus per balneum abſtrahere, poſtea ſpiritum vini affundere & eſſentiam, vt dictum fuit, extrahere.

Quod ſi ex iiſdem rebus, ex quibus eſſentia iam fuit extracta, etiam ſalem extrahere deſideras, quod reliquum eſt, in cineres comburatur, & aqua affundatur, tunc enim ſal extrahitur, quod prope ignem bene concoquatur, iterum ſoluatur, filtretur, & coaguletur, habebis ſalem pulcherrimum & candidiſſimum.

## DE LIQVORE EX HERBIS.

Abſinthium tenuiſſime inciſum in vino vel aq. per 8. vel 14. dies infunde, hoc vino vel aqua effuſa aliam affunde, iterum per 14. dies ita relinque; extractiones collige, & aquam in cinere deſtilla, ita enim liquor in fundo remanet, quem diligenter reſerua.

DE

## DE EXTRACTIONE Aloes.

Fit hæc extractio cum ſpiritu vini, vti ſcis, vſque ad ſpiſſitudinem mellis, ex qua formantur pilulæ, quarum ℈ j vſq; ad ℈iiij vel ʒiß cum nebula madida obuolutarum ſingulis ſept. ſumptæ ſtomachum & inteſtina ab omni pituita & bile abſtergunt. Earundem ſcrupuli vnius quarta pars vel ℈ß immediate ante cœnam ſumptus, blande operantur, idq; ſine omni detrimento, ab earum vſu frequentiore homines raræ texturæ & macilentiores debent abſtinere.

## DE LIQVORE ELLEBORI nigri extracto.

Radices Ellebori nigri optime exiccatę ita integræ vel inciſæ in veſica cuprea vino albo repleta infundantur; igne lento coquantur & extrahantur; cum frigefactæ fuerint, vſque ad liquorem tenuem vel ſpiſſum euaporentur.

Liquor hic catarrhos capitis mirabiliter euacuat, ad x vel xij guttulas cũ vino vel iuſculo prunorum dulcium ſumptus, vtiliſſimus autem eſt in febribus, hydrope, phthiſi hepatica & conſtipationibus quibuscunque, ſi quis per 8. vel etiam quatuordecim dies conſtipatus fuerit, hoc liquore vtatur, & ſpe ſua non fruſtrabitur. *Vſus.*

## DE ALIA EXTRACTIONE Ellebori nigri.

Rad. Elleb. nigri ab immunditie probe purgentur, vino abluantur, contundantur, in alembico vitreo luto optime obducto & occluſo, & lebeti aq. pleno impoſitæ cum duabus menſuris vini rubri per totum diem coquantur; deinde per linteum

& præſertim poſtrema fortiter exprimantur: hoc peracto iterum man. rad. infuſarum cum manip. roſ. rubr. & ℥j caryoph. in colatura materiarum affunde, diligenter miſce, in alembico per 24. horas digere, quartam menſuræ partem vini rubri & tantundem ſpiritus vini affunde, iterum per octiduum digere, ſuccum fortiter exprime & reſerua: huius tandem fæces calcinentur, & ſal, vt noſti, extrahatur.

Ex hac aqua deſtillata igne lento eſſentiam, vt cum vino fieri ſolet, per. B. extrahe, vt quinta eſſentia odorem & acrimoniam acquirat, phlegma vero, quod primo egreditur, amoue.

Hæc extractio omnes phlegmaticos in temperaturá reſtituit, ſanguinem & vires naturales corroborat. Hæc enim herba & eius radix omnia alia ſimplicia antecellit, hominisque ſanitatem optime conſeruat. Huius extracti vel ſalis ʒj cum ℥ß quintæ eſſentiæ antea extractæ diſſoluta & mane poſt primum ſomnum, aut veſperi ante cubitum vſque ad annum ſexageſimum ætatis, poſtea vero in quatuordecim diebus ſemel iterum vſque ad 120. annum, iisque elapſis vſque ad finem vitæ quauis hebdomade vſurpata, vitam mirum in modum producit. Senibus vigorem adeo reſtituit, vt iuueneſcere videantur: dentes ab eroſione præſeruat; humorum deſtillantium abundantiam conſumit. In ſumma eius vis & efficacia non ſatis poteſt commendari nec deſcribi.

## DE CVRA HYDROPIS IN Iunioribus & Adultioribus.

Cum ſpiritu vini ex radice Ellebori albi fiat extractum, eiusq; ægro mane & veſperi ℈j porrigatur,

tur, colocynthidem & ſophiam Theophraſti (ſunt radices colchici( ſimul extrahe, vt & Sabinam: habebis curam certiſſimam hydropis perſonarum iuniorum: ſi vero fuerint adulti, & vltra 50. annos, Elleborus niger pro albo eligatur.

## DE EXTRACTO RHABARBARI.

℞ *Rhabarb. elect.* ℥ iij. *ſpiritus tartari lib.* j. quatriduum in B. infundantur, poſtea igni vehementi, quouſque fere nihil de Rhabarbaro ſequatur, concoquatur, hoc facto ab igne amoueatur, refrigeretur & exiccetur, huic expreſſo adde *ſyr. è florib. perſicor.* ℥ ij, iterum ad conuenientem ſpiſſitudinem ebulliant, & reſeruentur.

Spiritus autem tartari, antequam Rhabarbarum infunditur ita admiſcetur: ℞. *cinnam. elect. & leuiter contuſi* ℥ viij, *roſar. odoratiſſ.* ℥ß macerentur in cucurbita, per diem & noctem in B. poſtea deſtillentur refrigerato ſubinde alembico.

Syrupus vero ex floribus perſic. fiat ex 7. vel 9. infuſionibus, vt ſyrupus roſarum ſolutiuus.

Inter cętera vero obſtructiones hepatis & lienis hoc extractum imprimis aperit, bilemque flauam euacuat: datur infantibus ad ʒ ijß, ſeniorib. ℥ j, ætatis mediæ ʒ vj.

## DE EXTRACTO CATHOlico purgante.

℞. *Troc. alhand.* ℥ j, *turbeth. alb. & gumm. ſcammon. opt. rad. Elleb. nigr. ſpec. diarrhod. abbat. an.* ℥ ß, *aloes hepat.* ℥ j. *Miſce, F. extractum*, vt artis eſt. Doſis per ſe à ℈ j. ad ℈ ij.

In extrahendo vero hoc in primis eſt obſeruandum, vt ſimplicia inuicem & ſimul extrahantur: vtpote in hac extractione trociſci alhandal, ſcam-

monea & aloë; turbethum vero, Elleborus & ſpeci diarrhod. abbat. quælibet per ſe.

## DE CATHOLICO Paracelſi.

*℞. Troc. alhand.* ʒvj, *agar. diagrid. Elleb. nigr. ſpec. diarrh. abbat. an.* ʒß, *aloës Elect.* ʒj *Miſc. F. extractio ſec. art.* Doſis robuſtiſſimis ℈j, robuſtis gr. xvj. mediocribus g̃ xij: infirmioribus g̃ viij. pueris g̃ vj. infantibus g̃ ij vel ijß.

## DE EXTRACTIONE NEPENTHES ſiue laudani opiati vera & perfecta deſcriptio.

Primo omnium bona quantitas radicis hyoſcyami albi ſole & luna in ſigno libræ concurrentibus, quod fit in Septemb. in ipſa hora plenilunij colligatur, à ſabulo adhærente mundetur, in aëre à ſuperflua humiditate in loco vmbroſo exiccetur, cum radix flaccida fuerit, mediocriter incidatur vel contundatur, cucurbitæ ſpatioſæ immittatur, ad altitudinem manus tranſuerſæ aqua fontana affundatur, alembicus cæcus ſuperponatur, rimæ cum farina & charta madida occludantur, in B. vel lebete per diem integrum ebulliant, cum refrigefacta fuerint, aqua effundatur, & ſi aliquid adhuc in radice perſentis, iterum, vt antea, cum aqua coquatur, idque toties repetatur, vſque dum radix omnibus viribus priuetur, & aqua affuſa non amplius coloretur: Aquas per vices effuſas in vitrum vnum collige, in B. ebulliente vſque ad remanentiam ſucci ſpiſſi inſtar gummi extrahe. Et huius ſucci ʒj cum ſpiritu vini de nouo extrahe. Spiritus autem vini, quod notandum, ſuccum primo non libenter admittit; ea propter in principio

cum

cum cochleari ligneo diligenter ſunt commiſcenda, quouſque ſuccus diſſoluatur.

Hoc facto per aliquot dies optime, quouſque ſuccus fiat rubicundus, cooperta in loco calido relinquantur: vitrum tamen quotidie commoneatur: hoc peracto ſpir. vini in aliud vas lente effundatur, bene occluſus aſſeruetur. Materiæ relictæ ſpiritus vini, vt duos vel tres tranſuerſos digitos ſupereemineat, affundatur, ſimiliter vt antea extrahatur, & quoad ſpiritus colore rubro vel flauo tingitur, repetatur: ſp. huc vſque effuſus in vitrum vnum colligatur, & ad neceſſitatem reſeruetur, relictæ autē fæces abjiciantur, porro ℞ opij optimi thebaici ℥j. hoc tenuiſſime confringe & incide, ſpiritum vini in vitro affunde, & vt cum ſucco hyoſcyami feciſti, extrahe, extractionem priori affunde, ſeparatim coopertam: hoc facto mumiæ veræ ℥ß eodem modo extrahe, & extractum priori affunde. Etiā hoc peracto croci orientalis optimi ʒiij in ſpiritu vini infunde, colorem eius omnem hoc ipſo ſpiritu extrahe, & reliquis tribus extractis affunde. Item cum ℥j ſpecierum diambr. ſimiliter procede, ſpiritū abſtractum diligenter reſerua, ne odorem amittat. ℞ *moſch. gr. x. ambræ gr. iiij.* cum ſpiritu vini extrahe, & extractum bene coopertum reſerua. Ego vero moſchum & ambram non ſemper extraxi, ſed ſaltem in puluerem redegi.

Iam vero margaritar. oriētal. groſſo modo contuſ. ʒj, acetum deſtillatum ad eminentiam duorum vel trium digit. tranſuerſorum affunde, margaritas enim inſtar aquæ fortis in argento diſſoluit, cum ſolutio nulla amplius conſpicitur, acetū

in aliud vas mundum effundatur, & aliud acetum recens ſuper margaritas fundatur, vt perfectius ſoluantur, & hoc eo vſque repetatur, quouſque acetum in fundo nihil magis diſſoluit, & ſolummodo cortices perlarum relinquantur: acetum hoc vero per chartam, vt omnis immundities relinquatur, filtretur, & in puluerem album coaguletur: huic pulueri aqua pluuialis calida affundatur; hac enim puluis ipſe ſtatim diſſoluitur, & cum aliquandiu ita ſteterit, fæces turbidas in fundum dimittit, quæ interdum etiam ſolent innatare tandem priori modo filtretur, vt fæces ſeparentur in puluerem album coaguletur, in aqua pluuiali deſtillata iterum ſoluatur, filtretur & quarta vice coaguletur, hoc finito pulueri albo perlarum ſpiritus vini rectificatus affundatur, & quia hoc modo non tam facile ſoluitur, vt in aqua optime cõmiſceantur, poſtquam per diem integrum ita quieuerit, ſpiritus vini per deſtillationem rurſus abſtrahatur, & hoc bis vel ter ita repetatur: habebis magiſterium perfectum.

Similiter cum ℥j corallor. pulcherrimorum rubrorum procede, vt & cum margaritis, habebis magiſterium corallorum, quod ſeparatim reſerua.

Præterea ſit etiam in promptu oleum aureum vel aurum potabile, vel tinctura auri optima, quæ vario quidem modo poteſt preparari, ego autem cum aqua mellis præparo; Huius tincturæ ſumatur ʒß, præterea ℞ Boni *olei macis, & cinnamomi ana* ℈j, *ol. caryophyllor. aniſ. & fœnic. an.* ℈ß. *ol. pellucid. ſucc. in.* ℥j, *corn. vnic. veri* ℈ß. *oſſ. de cord. ceru* ℈j. *hæc tria poſtrema medic. cum margarit. & corall. redigantur in pulu. & optime miſceantur.*

*Cum omnia huc vſque dicta in parato fuerint, ſume extractiones de radic. hyoſcyami, opij, de munia & croco: hæc omnia in cucurbitam vitream infunde, ſpiritum vini in B. vſque ad remanentiam materiæ in ſpiſſitudine mellis abſtrahe*; hanc materiam phialæ impone, aut phiala paulatim amota fornaci accommoda, charta nempe coopertam, ne quid incidat, & cum bene exiccata & iam pene arefacta fuerit, lapidi porphyrio impone, cum bona parte extractionis humecta, cum ſpeciebus diambræ optime contere, iterum, vt antea, exicca, humecta, idque toties repete, quo omnis extractio ſpecierum diâbræ introierit. Quo autem id citius perficiatur, mediam partem harum ſpecierum prius poteris abſtrahere, ſi ſcilicet pondus earum forte foret nimium.

Cum vero (quod imprimis eſt obſeruandum) materiam primo vis humectare, adde porro puluerem *margaritarum, corallorum, ſuccini flaui, vnicornu & oſſis de corde cerui.* Cum autem vltimo madefeceris, tunc tandem oleum aureum vel aurum potabile & reliqua olea affunde: & cum mediocriter ſpiſſum factum fuerit, & tamen cum ſpatula lignea vel ſub lapide commoueri poteſt, poſtremo etiam extractiones moſchi & ambræ optime commixtas adde, & in vitro vel vaſe argenteo, optime obturato ne quid expiret, reſerua.

Si hæc extrahis, ad ſuffocationem vteri vel alios huiuſcemodi affectus muliebres debet vſurpari, *moſchus & ambra* omittantur, & doſis eius quælibet cum ℥ 4. caſtorij, vt odor moſchi obtundatur, commiſceatur. *Nota.*

Vt autem præparatio laudani citius perficia-

tur, ego hunc in modum procedo. Quamprimum extractiones hyoſcyami, opij, croci & mumiæ commiſcui & abſtraxi, ac mediocriter exiccaui, extractionem ſpecierum diambræ vna vice omnem affundo, inuicem commiſceo, iterum, non tamen nimium, abſtraho, vt nihilominus materia mediocriter ſpiſſa in fundo permaneat, tunc pulu. bene inuicem mixtos immiſceo, iterum ad ſpiſſitudinem abſtraho, tandem olea, poſtremoque omnium extractionem moſchi & ambræ, aut ſaltem puluerem eorundem adjicio: hoc enim modo odor moſchi & ambræ vel pulueris eorundem euaneſcit, & ſimul etiam extractionis ſpecierum diambræ.

*Nota.* Pro mulieribus hyſtericis & odorem moſchi & ambræ non ferentibus omittenda ſunt hæc aromata: itaque pars dimidia poterit præparari cum moſcho & ambra, & altera ſine his. Doſis à ℈ ij ad vj, in omnibus doloribus vehementibus, vbi vires ita proſternuntur, vt periculum ſit de vita: exhibetur autem vel in forma pilularum, vel in aquis morbo appropriatis diſſolutum. In colicis & matricis doloribus ſæpe ſum vſus feliciſſime; ſequente autem die purgans plerumque exhibui. Eſt contra dyſenteriam experimentum efficaciſſimum.

## De alia deſcriptione laudani, opiati, ſolis & lunæ.

℞ *Opij opt.* ℥vj. extrahatur cum ſp. vini, habebis extracti ℥iiij. Item ℞ *Succi rad. hyoſc. ſole exiſtente in libra vel tauro collecti, exiccati, in vitro inſpiſſati & cum ſpir. vini extr.* ℥*iiij, ſpec. diambr. & diamoſc. etiam*

cum

cum ſpir. vini quouſq; coloratur extract. an. ℥jß, hæ extractiones inuicem commixtæ per menſ. integr. digerantur, ſpir. vini in B. vſque ad ſpiſſitudinem abſtrahatur: hoc facto ℞ Mumiæ electæ, ſalis perlar. & corallor. Eſſent. croci per ſpi. vini extractæ an. ʒvj, terr. ſigill. corn. cerui calcinati & oſſis de corde cerui ſubtiliſſime pulu. an. ʒij, moſch. & ambr. an. ℈j. (quæ duo tamē, & præſertim moſchus pro mulieribus poſſunt omitti) ol. cinn. caryoph. ſem. aniſ. ſuccin. maior. & nuc. moſcat. an. g̃ xij. Cum cætera omnia in phiala vitrea bene & ad ſpiſſitudinem conuenientem ſunt commixta, tunc tandem olea antea vera cum ſpir. vini agnata adduntur, alias enim ſolent innatare.

Huius extracti dantur g̃ ij in omnibus grauibus affectibus ad febres peſtiferas ardentes, ad colicā & dolores, ad menſtruos & alios alui fluxus ſiſtēdos, ad cohibendum ſanguinem, ad ſomnum ſuauem & mitem inducendum, & ad epilep. cum ſpir. vitr. & tart. ad manias omnes.

## DE EXTRACTIONE
### Ligni Aloës.

℞ Ligni Aloës opt. minutim inciſi ac bene combuſt. ℥ij, infunde in ſpir. vin. rectific. quant. ſufficit; adde flor. roſar. rubr. ʒij, iuncta in vaſe ſtent in infuſione per aliquot dies, deſtilla, fortiter exprime & in vaſe vitreo reſerua: deinde iterum ℞ Lign. Aloës ℥ij, fac, vt ſupra dictum, & ita fiet tertia vice, in vaſe vitreo ſuper arenam exicca, & fiat extractio ſec. art. Huius extractionis quantum vis cum ſaccharo albiſſimo in aqua diſſolue & fiant rotulæ.

## DE SVCCO RHABARBARI.

℞ Pulp. colocynth. diagrid. an. ℥ij, agar. albiſſ. & leuiſſ. ℥j, rhabarb. cortic. elleb. nigr. fol. ſen. an. ℥ß,

*cinnam. ℥iij, roſ. rubr. maſtic. lign. aloës, myrrh. rubr. cortic. rad. aſar. ſpicæ nard. ſtyrac. liquid. an. ʒj, ℈ij, pulueriſanda pulueriſentur, in cucurbita capaci ſpiritui vini infundantur, alembico cæco contegantur in calore æquali per 14. dies conſeruentur, deinde forti. er exprimantur & eſſentia maxima extrahatur*: reliquum in peluim vel ſartaginem ex aurichalco funde, cum ℥iij aloës præparatæ ad ſpiſſitudinem coque, in vitro ſacchari reſerua, & cum nimis ſpiſſum fuerit, aliquid de abſtracta eſſentia affunde. Erit Catholicum ſiue medicamentum vniuerſale, cuius doſis ʒß vel ℈ij ad ſummum.

## SVCCVS RHABARBARI, SEV maſſa pilularum de ſucco Rhabarbari.

*℞ Pulp. colocynth. agaric. albiſſ. an. ℥j, rhabarb. fol. ſen. turb. alb. & gumm. ſtœch. arab. cinnam. an. ℥ß. diagrid. ʒvj, roſ. rubr. lign. aloës, myrrh. rubr. maſtic. rad. aſari, ſpicæ nard. ſtyrac. liquid. an. ʒij, terenda terantur, omnia in cucurbita ampla cum aqua vitæ rectificata alembico cæco tecta in calore per 14. dies digerantur.* Rhabarbari etiam plus potes ſumere ſecundũ tuum arbitrium, vt & aquæ vitæ: hoc facto optime exprimantur, eſſentia maxima abſtrahatur, quod reliquum eſt, in pelui vel ſartagine cum ʒvj aloës præparatæ ad iuſtam ſpiſſitudinem coquatur, in vitro aſſeruetur, & ſi nimiam ſpiſſitudinem acquiſierit cum aliquantulo eſſentiæ abſtractæ miſceatur.

## DE EXTRACTIONE RHAbarbari.

*℞ Pulp. colocynth. ʒvj, ℈ij, turbeth. ſtœchad. an. ʒv. diagrid. ʒv. agaric. ℥ß. rhabarb. ʒij, cinnam. el. ſtyrac.*

*rac. liquid. an.℈iiij, aſar. ſpicæ nard. roſ. rubr. maſtic. lign. al. an. ʒj, aloes ſuccotrin. ℥jß ʒij, cortic. Elleb. nigr. ℥j, vini maluatici Menſ. j. miſc. F. infuſio, digeratur, exprimatur & deſtilletur ſicut quinta eſſentia.* Huius ſucci ʒß vel ℈j pro ratione ætatis cum nebula poteſt vſurpari.

## DE PRÆPARATIONE Aloes.

Vt Aloe de impuriore & groſſa ſua ſubſtātia repurgetur, eius lib. j. ollæ vitreatæ injice: tantum aceti roſati & aquæ roſatæ, vt aloe per duos tranſuerſos digitos contegatur, affunde, (plus tamen aceti debet eſſe quam aquæ) igne lento ex carbonibus coque, cum ſpatula continuo vſque dum aloe ſpiſſitudinem diacydonij acquirat, commoue & agita, cum refrigerata fuerit, ollæ rurſus immitte, acetum roſatū & aquam roſatam recentem affunde, vt ſupra factum, procede, & cum formam electuarij pene acquiſierit, patinæ infunde, calore mediocri exicca, & vt ad multa vſurpandam reſerua.

Et ſi infuſio iam fere ſatis, & vt dictum fuit, eſt cocta; & adhuc humida, tunc ℥iij aloes præparatæ adjice, cum ſpatula diligenter miſce, & cum incipit ingroſſari, vt in maſſam redigi poſſit, tunc inde exime: licet etiam ita humidam eximere in patina ad ignem exiccare, in maſſam redigere, in pyxide ſtannea in loco frigido reſeruare, ex eius ʒjß pilulas, quotquot volueris, efformare, eiuſque mane hora quarta vſurpare: habent admirandam efficaciam ad omnia phlegmata, choleram & melancholiam euacuanda, & ad omnes fere morbos conducunt.

## DE VSV ET VTILITATE Salis Abſinthij.

1. Si quis peſte aut febre maligna corripitur, ei ſalis huius, ſi fuerit adultus ℥j, ſi vero puer vel infans, ℥ß cum vino vel aceto porrigatur & ſudor in lecto vrgeatur.

2. Cum iiſdem liquoribus ſumptum certiſſimũ eſt experimentum ad morbum gallicum: quo in morbo poteſt etiam vſurpari cum ſyrupis & pilulis appropriatis.

3. Corrigit & mundificat etiam corruptum & inflammatum ſanguinem & in multis eſt probatum.

4. Hydropicis & Ictericis ad grana tria cum eius ſucco vel aqua porrectum omnes malos humores expellit.

5. Eſt indubitata medicina, ſi quis veretur, ſe vel in potu, vel cibo hauſiſſe venenum: adulto ℥j, iuniori ℥ß exhibita: omne enim venenum per ſudorem, vomitum vel ſeceſſum feliciſſime educit.

6. Hoc eodem modo cum vino, aceto vel aquis deſtillatis vt centaurij &c. epotum certiſſimum eſt medicamentum contra febres tertianas & quartanas, tribus horis ante paroxyſmum ſumptum & tertia vice repetitum.

7. Si quis ſemel vel bis in menſe intret balneum & huius medicinæ ante ingreſſum ℥ß, cum vino vel aceto vtitur, ei humores malos magnopere educit, exhilarat, & ab omni infectione tutum reddit.

8. Cui hepar, lien vel pulmo eſt corruptus vel obſtructus, vtatur hoc ſale, cum admiratione liberabi-

rabitur, idque ſine omni grauamine & læſione.

9. Contra acutas & repentinas lipothymias eſt præſtantiſſimum medicamentum cum aqua liliorum conuallium ſumptum, vt & contra colicam cum vino.

10. Vltimo maximum etiam auxilium præſtitit multis grauidis, anguſtiam & dolores hypochondriorum ſentientibus; his enim dolores non modo ſiſtit, ſed etiam partum facilitat. Et hæc de vtilitate ſalis dicta ſunto.

*Aquæ conuenientes.*

- *Hepati ſunt Aquæ*
  - *acetoſæ,*
  - *cichorij,*
  - *polygoni,*
  - *fragorum.*
- *Doloribus colicis Aquæ*
  - *rutæ,*
  - *maluæ,*
  - *fungorum.*
- *Dyſenteriæ Aqua*
  - *plantaginis,*
  - *fol. quercus,*
  - *graminis mannæ,*
  - *verbenæ.*
- *Affectibus oculorum Aqua*
  - *conſolidæ regalis,*
  - *roſarum,*
  - *fœniculi,*
  - *rutæ,*
  - *Euphraſiæ,*
  - *Chelidoniæ.*
- *Faciei Aqua*
  - *Lilior. conuallium,*
  - *Florum fabarum,*
  - *Stercoris bubuli,*
  - *vel omnium florum*
  - *roſarum cum camphora.*

*Lieni Aqua* { *primulæ veris, Linguæ ceruinæ, Tamaricis.*

*Contra peſtem Aqua* { *diptamni, valerianæ, prunellæ, polygonati.*

*Ad ſtrangulatus vteri Aqua* { *pulegij, liliorum alborum, chamomillæ, ſabinæ.*

*Ad tumores præternaturales Aqua* { *Leuiſtici, ſolani, hyoſcyami, ſemperuiui.*

*Ad hydropem Aqua* { *Calendulæ, Ebuli, Scordij.*

*Ad ſabulum & arenulas Renum Aqua* { *raphani, anethi, plantaginis acuti, petroſelini, ſaxifragiæ, Euonymi, valerianæ.*

## DE MEDICAMENTO CONTRA vlcera corrupta & præſertim in collo.

℞ *Fol. polygon. chelidon. ſcrophular. veronic. an. M.j. in aceto forti digerantur, poſtea exprimantur, & percolentur: ℞ Colatur. ℥ij, mell. colat. ℥vij, coli hotaris dulcorati & inſipidi ℥ij, tantundem de phlegmate vitr.*

*vitr. flor. æris cum aceto deſtillat. extract or. & præpara: tor. ℥ij ʒij, hæc ita mixta contemperentur & ad iuſtam ſpiſſitudinem coquantur:* quod ſi anguſta & profunda adhuc foramina habuerit, ad maiorem duritiẽ coaguletur, ex eaque magdaleones formentur, qui ſi in vmbra calefiunt, paulatim ſeſe ipſos reſoluunt, & effectum ſuum præſtant.

## DE PRÆPARATIONE Florum Æris.

*℞ Flor. æris ℥ʒß, ſubtiliſſime pulueriſatis ℥vijß aceti deſtillati ſuperinfunde, per tres dies, vſque dum acetum colorem viridem acquiſiuerit, ita relinque, acetum hoc modo coloratum fæcibus relictis in alembicum vitreum effunde,* hoc enim facto viride æris in fundo remanet, coloremque viridem multo pulchriorem, quam antea, habebit.

## DE CONFECTIONE SALIS Cryſtallini ex omnis generis herbis.

Cineres herbæ combuſtæ & ſulphur æquali pondere in fornace reuerberationis, fornaci figuli impoſita, non tamen cooperta, comburantur, hoc facto ſal cum aqua deſtillata extrahatur, filtretur & euaporet ſiue abſtrahatur, non tamen omnino, ſed tantum phlegmatis remaneat, quod granulationem impediat, vt vitriolo & ſali nitri ſimile fiat, tum cellæ vinariæ impone, vt in radios quaſi abeat.

Sal Abſinthij (quod notandum) cum ſulphure ita præparatum & ad ʒß cum ℥iij aquæ abſinthij epotum per vomitum purgat: ſal vero imperatoriæ ad ℈ iiij vel v. cum rob. baccarum Iuniperi vſurpatum omnes febres curat.

## DE PRÆPARATIONE
### Spiritus Vrinæ.

Vrina pueri ſani vinumq; bibentis in recipiente luto, vt ſcis, optime occluſo per duos mẽſes putrefacta priùs per chartam triplicem oleo inunctam deſtilletur & deinde rectificetur, euadit ſpiritus ignitus.

Lumbi & alia loca quæcũque dolentia hoc ſpiritu inuncta illico curatur, vt & circa vmbilicum. Conducit etiam ad membra refrigerata. Quicunque ergo mẽbra refrigerata habuerit, ea oleo vrinæ perfricet, & vſque ad perfectam ſanationem emplaſtro ad puncturas obuoluat. Quod ſi vero frigus ad cor penetrauerit, theriacam cum ſpiritu vini epotet.

## DE OLEO CAMPHORÆ.

A quo ego hanc deſcriptionem habeo, is Noribergæ eius olei ℥ß pro 30. florenis peſtis tempore vendidit, quotidie in multis probauit, ſancteq; iurabat, ſe catenis vinci vitamque ipſam amittere velle, ſi quis peſte correptus huius olei gutt. 4. vel 5. vſurpans non liberetur. Eſt etiam præſeruatiuũ contra hunc ipſum morbum mane ad guttam vnicã in quocunque liquore ſumptum, inſeruit etiam contra lipothymias, dolores cordis, colicam, vertig. Epilepſiam puerorũ. Et commendatur etiam contra inflammationes membr. membro illitum & eius 4. gutt. epotæ & vltimo etiã vuln. inſanab. & puſtul. liuidas feliciter curat, præparatur autem hoc modo.

*℞ Sal. ex cinere abſinth. ℥iiß, camphoræ ℥jß, ol. amygdal. dulc. ℥iij. hæc inuicem diligenter miſceantur, per biduum in calore mediocri relinquantur, opti-*

*me*

*me occluſa per retortam deſtillentur, iterum ℥jß ſal. abſinth. admiſceatur, vt quantum de pondere amiſſum fuit, reſtituatur, oleum rurſus affundatur, per triduum, vt antea, digeratur, & per retortam luto optime occluſam vt antea deſtilletur*: habebis oleum perfectum & multum efficax.

## *DE SOLE.*

### DE OLEO SOLIS.

Aurum per antimonium funde, regulum contere, in ſale circulato ſolue, & vſque ad ſpiſſitudinem per ſpiritum vini extrahe & cohoba: tandem cum aqua deſtillata, vim corrodentem indulcorando ſepara, & ſpiritũ vini ſæpe ſæpius abſtrahe.

### DE AVRO VITÆ.

Hoc medicamentum & vomitiuum omnia alia ſuperat, inſeruit enim ad quoſuis fere caſus deſperatos, cõtra peſtem & omnia venena vt & philtra à mulieribus exhibita, ex quibus philtris homo ad mortem ſolet extabeſcere & ad coitum omnino impotens redditur.

*℞ Mercurij purgati ℥iiijß vel ℥v, fol. auri Hũgarici ſubtiliſſimorũ & auri in tenuiſſimum puluerem limat. ℥ß, formetur ex his amalgama*, in cucurbitam ſeparatoriam injice, aquam fortem affunde, Mercurius inde in loco calido omnino ſoluatur, vt aurum coloris fuſci in fundo remaneat, hoc cum aqua aliqua regis ex tartaro facta ſolue, ſolutionẽ Mercurij affunde, aquam fortẽ per deſtillationem abſtrahe, vſque dum ſpiritus omnino expellantur; hoc facto deſine, & vas refrigerari permitte, inuenies puluerem rubicundum in fundo vitri reſidentem & inſtar maſſæ collectum, hanc cõfringe, in lapide porphyrio contere, teſtæ candenti hu-

ius pulueris ℥jß vel ℥ij cũ cochleari ferreo inſperge, & cum ſpatula ferrea diligenter miſce; varios videbis colores, quouſque tandem nigreſcat: hoc viſo non ceſſa, ſed quouſque colorem rubrum acquirat, perge, in quo colore impoſuiſti, cum ſpatula exagita: & ita etiam cum reliquo pulueris procede, quouſque omnes colores euanuerunt, & color ruffus redierit: tunc enim omnes ſpiritus aquæ fortis per calcinationem ſunt expulſi, & mixtura ſine detrimento hominis vſurpari poteſt. Huius pulueris datur conſtantis ætatis hominibus ad pondus vnius nummi, iunioribus vero 12. vel 13. annorum medietas in nebula madefacta, vt ea inuolutus ſtomachum ingrediatur; nullo enim alio modo ad effectum reduci poteſt.

## DE ALIO SOLE VITÆ VEL Balſamo artificiali.

Ex nummo Hungarico aureo & ℥iij Mercurij fiat amalgama, injiciatur in vitrum anguſtum, in Athanore igni lento admoueatur, & cum Mercurius iam aſcendit vel aſcẽdere incipit, cum ſpatula lignea moueatur, & à vitro in fundum abſtergatur, & per ſeptimanas ſex ita relinquatur. Et cum vndique colorem cineritium acquiſiuit, vitrum effringe, & materiam carbonibus impone, vt Mercurius euaporet: quicquid vero cum auro eſt vnitum, permanet & fit fuſcum: hoc ceu maximum theſaurum & ſecretum infallibile aſſerua.

*Vſus.* Hic ſal vitæ inſeruit contra Peſtem & malignas Febres; omnem malignitatem per vomitum & ſeceſſum expellit; nullos malignos humores in corpore immorari vel cumulari permittit, ſed eos radicitus euellit: ſumitur autẽ in magnitudine

pisi

piſi : in iunioribus huius póderis medietas. Conuenientius autẽ eſt iunioribus 10. vel 12. annorum, quam infantulis ; vtpote qui præ imbecillitate virium vomitum non facile poſſunt tolerare.

## DE OLEO AVREO ET Auro potabili.

Sp. vel aq. ſalis eſt, quæ aurum in ol. ſoluit, & rurſus ab eo extrahit: hoc ad ſummum preparatum fit aurum potabile omnium præſtantiſſimum.

## DE ALIO OLEO AVREO.

In vitriolo per alembicum deſtillato & oleo ſalis aurum ſolue, tunc oleo vitr. infunde, per alembicum duodecies, & ita tamen deſtilla, vt in fundo maneat humidũ, vel madidũ: hoc facto ſp. vin. affunde, in cellam vinariam pone ibidemq; relinque, concreſcent pulcherrimi cryſtalli, hos exime, aq. per deſtillationem abſtrahe, quouſque nulli amplius cryſtalli compareant & nulla aqua ſequatur : calculos ſeu lapillos in loco calido exicca, in puluerem redige, cum aqua calida ablue, in ſpiritu vini coagula & ſolue, iterum digere & per B. deſtilla, habebis oleum & tincturam auri.

## DE ALIO MODO HOC idem præparandi.

I. Aqua regis ſolue, poſteà aquam per B. rurſum ita abſtrahe, vt in fundo aliquid humiditatis permaneat, hoc facto refrigerari permitte, ſpiritum vini rectificatum ſuperfunde & in B. lentiſſime abinuicem deſtilla, donec additamentum nullum amplius habeat ſaporem, inuenies butyrum auri in fundo, quo viſo iterum ſpiritũ vini affunde, per 14. dies putrifica, tandemq; deſtilla, habebis oleum aureum genuinũ & omniũ optimum,

## De Aquila præcipitata Theoph.

*℞ Auri ℥j, ſoluatur in aqua Regis : ℞ iterum reguli Antimonij ℥j, ſeparatim in aqua regis ſolue : ℞ Tertio Mercurij purgati ℔ß, ſoluatur itidem :* has tres ſolutiones inuicem miſce : non tamen plus aquæ regis eſt ſumendum quã ad ſolutiones requiritur : hoc peracto aquam abſtrahe vt materia in maſſam rubrã præcipitetur : hanc tenuiſſime contere, in aceto diſſolue, iterũ coagula, in teſtula ignitam reddito : & aliquoties rectificatam aquam de ea extrahe : habebis præcipitatum perfectum.

## Vt aurum ſonitum vel fragorem edat inſtar pulueris bombardici.

Aurum per Antim. transfuſum laminetur & à ſalis Ammoniaci æquali pondere in aq. regis ſoluatur: hæc aq. vocatur aq. Cæſaris. Cum aurum eſt ſolutũ, phlegma vſque ad ſp. abſtrahatur & ol. tart. guttatim affundatur, incipiet ſtatim fragorem edere, quo audito plus olei tamdiu affunde, quouſque fragor ille & ſonitus ceſſat, etiamſi plus olei affuderis, nihil peccabis: aqua enim hoc modo recipit colorem ſanguineum, aurum vero in fundum deſcendit: itaque per integrũ diem ita quieſcat, & quando omne in fundo reſedit, tunc aquam lente de eo effunde & cum aqua deſtillata, donec omnem acrimoniam depoſuerit, indulcora, quo perfecto in hypocauſto calido & non in capella arena per ſeipſum exiccetur : nam niſi hoc ita fiat, omnia inſtar pulueris bombardici conquaſſabit. Huius auri parum lapidi impoſitum & incenſum, deorſum ceu tonitru & nunquam ſurſum verberat : In hoc auro volatili maximum late-

ſecre

ſecretum: & qui hoc nouit, nemini facile communicat.

## DE TINCTVRA AVRI.

*℞ Olei Antimonij part. iiij, olei vitrioli, argenti viui an. part. ij, ſtent per menſem in arena; poſtea per retortam in arena deſtillentur, idque tamdiu, quouſque omnia tranſcendant, hoc facto adde calcis auri ℥ß, iterum quouſque perfectè ſoluatur; ſtent in arena; iterum in eadem per retortam deſtillentur, donec tranſcendat;* poſtea rurſus in arena coaguletur, & porro, vt noſti, procedatur.

## DE ALIA TINCTVRA AVRI.

Auri pars j. & argenti partes ij, ſimul liquefiant; fundantur & laminentur, per aquam fortem ſeparentur, & igne lento excandeſcant, tunc aurum erit paratum: hoc facto *℞ aq. fortis & ſalis liquefacti an. ℥viij*, ab his aquam regiam deſtilla: hanc rurſus ſuper ſalem fuſum ſeu liquatum funde & rectifica.

*℞ Auri prædict. ℥ij, ſuperfunde ℥ß aquæ regis*, ponatur in retorta in arenam, vſque dum reſoluatur; remanebit corpus album, donec nihil flauum exſtillat, phlegma ab aqua flaua deſtilla; hac à corpore albo edulcorata remanebit liquor rubeus, hunc adde primum ſulphuri auri, quod nondum per alembicum tranſcendit, vel aquam regis ſuperfunde & per alembicum deſtilla.

Solutionis flauæ aliquid in vitro primum lento igne deſtilla, exibit aqua alba, deinde flaua cum guttulis rubris, quæ eſt ſulphur auri, hanc donec alembicus incipit clareſcere, vrge, alembicum cum candela diligenter obſerua, quando enim bullę flauæ apparent, operi eſt ſatisfactum, quamprimum

itaque aqua erit refrigeranda, vitrum exime ac aperi, & aquam puram infunde; quæ aqua cum in totum eſt rubefacta, illico effundatur, alembicum diligenter abſterge, aquam in B. per deſtillationem abſtrahe, remanebit liquor rubeus, quem ei, qui in alembico tranſcendit additum, in B. vſque ad conſumptionem aquæ coagula. Hoc peracto liquoris partem vnam in vitrum ſuum injice, & partem vnam aquæ regis recentis affunde; ita enim aurum citius tranſcendit, quam antea: hoc deſtillando quinquies repete, gradabitur ſulphur. auri in colorem ſanguineum, & fit pinguedine butyro ſimile.

*Notandum.* Aurum autem ſale naturæ erit deſtruendum, cum aqua indulcorandum, & ei auro ſalis Ammoniaci prius per ſalem; tart. & ſal fuſum ſublimati ℥jß adde: hoc enim ſalem ammoniacum ab immundo corpore repurgat; quo facto ſal hic armoniacus per aurum deſtructum ſublimetur ita, vt vitr. per 2. vel 3. tranſuerſos dig. in arena ſupra materiam ſit dimiſſum, in vitris nempe ſatis altis cum alembico contectis: hoc aliquoties repetatur, deinde per 8. hebdomadas in fimum equinum ſepeliatur: hoc enim modo & tempore aurum & ſal ammoniacum in ol. vel aq. reſoluuntur, huic ſp. vini in eſſentiam tranſuectus affundatur, in fimo equino per menſem circuletur, deinde in B. abſtrahatur: ita enim ſal ammoniacum erit ſolutum, vt tranſcendere poſſit, aurum vero relinquitur, vt dulce & rubicundum oleum.

## DE CALCINATIONE AVRI.

℞ *Arg. viu. part. iij, auri part. j, aurum tenuiſſime incidatur*; crucibulo nouo feruefacto aurum & argent.

gent. viuum infunde & aliquandiu diligenter cõmoue: hoc enim modo arg. viuum aurum in ſe recipit: itaque in aq. puram injice, deinde exprime, crucibulo feruefacto impone, & tamdiu agita, quouſque omne argentum viuum per fumum euanuerit, ita enim fit pulcherrimus & ſubtilis puluis, qui eſt calx auri.

## DE AVRO POTABILI.

Tartarus calcinatus in cella vinaria ſoluatur; poſtea filtretur, & coaguletur; iterum ſoluatur, & hoc quouſque clarus & pellucidus fiat, quinquies vel ſexies repetatur, hoc facto vin. opt. in aliquot phial. vitr. infunde. Duas earum ſibi inuicem cum orificiis coniunge, infimam vſque ad medium imple, cum ſuperiore per liquationem diligentiſſime occlude, & per menſes 3. 4. vel 5. ita in fimum equinum dimitte, ita enim elementa ſeparantur, & ol. in ſublime eleuatur: hoc per infundibulum ſepara & rectifica, reliquum vero deſtilla, inuenies ſalem in fundo, quem per ſolutionem & coagulationem clarifica & aſſerua. Hoc facto de ol. rectificato aliquid prædicto tart. affunde, digerere permitte, & in B. iterum abſtrahe: transſcendet aq. itaque plus ol. affunde, iterum digere, abſtrahe, & toties repete, donec tart. vel eius ſal diſſoluatur: quo viſo ig. fortifica, vt ſal tart. aut per ſe totus vel cum ol. transſcendat: & hoc eſt menſtruum cœleſte.

His omnibus ita abſolutis aurum in aq. regis ſolue, cum ſale in aq. ſoluto deprime, calcem edulcora, exicca, eiq; calcis auri part. j. flor. ſulph. part. ij adde, per 12. hor. fornaci reuerberatorio impone, deinde refrigera, iterum 2. part. ſulph. adde, vt ante reuerbera, hoc 20. vicib. vel pluries repete, quouſq;

calx auri fiat mollis & tumida: huic menſtruum prædictum affunde, & digere: hoc enim plane & ita digeritur, vt & corpus velut flocci vel filam. goſſ. in eo innatare videantur, & eſt med. celebratiſſima in maximis morbis vſurpanda. Et hoc menſtr. omnia corpora metallica calcinata, vt & margar. & corallos diſſoluit. Eſtque arcanum D. Tobiæ *Heſſen.*

## DE ARGENTO.

### *De Argento potabili ad confortandum Cerebrum.*

℞ *Argenti partem j, aquæ ſalis nitri part. ij, ad dulcedinem vſque ſoluatur*, & cum ſpiritu vini abſtrahatur: vel cum amalgamate lunæ ita procedatur.

## DE OLEO ARGENTI, Theſauro magno.

Si quis in delirium vel amentiam inciderit, olei argenti ℥ iij cum aqua fœniculi ſumat; Idem oleum per nares attrahat, & in ſudatorio cerebrum eo inungat. Auxilium incredibile perſentiet.

## DE PRÆPARATIONE ARGENTI, vt proſit debilitati Cerebri, Splenis & Hepatis.

℞ *Argent. limat.* ʒ *iij, ſal. gemm.* ʒ *vj, ſoluantur, per 24. horas reuerberentur, ſuum alkali hoc facto extrahatur:* de hoc ſpiritui vini infundatur, per dies aliquot digeratur, & tandem euaporetur: remanebit alcali, quod in vitro ſoluatur. Huius doſis eſt à granis v. ad vj & 12, vſque.

## DE DEPRESSIONE AD Argentum.

Oleum ſulphuris ex *ſulphure, ſale armoniaco &* *calce*

*calce viua* factum diſſolue, huius guttulas tres vel quatuor in aquam fortem, in qua argentum ſolutum fuit, dimitte; hoc enim modo argentum coloris fuſci deprimetur.

## DE MERCVRIO.

### *De quinta eſſentia Mercurij & Vitrioli.*

Mercurium cum Vitriolo & ſale aliquoties ſublima, quouſq; nullæ amplius fæces compareant, huic ita defæcato acetum deſtillatum affunde & iterum extrahe: remanebit Mercurius in fundo, & eſſentia vitrioli in aceto.

## DE SEPARATIONE.

Ex ferro vel chalybe extrahatur eſſentia hoc modo; ferrum in igne ad ſummum candefiat, extinguatur in aceto deſtillato, hocque aliquoties repetatur, cum hac eſſentia filtrata ferri eſſentiam extractam vitrioli ad fundum ſupprime, ſi ponatur per diem in B. inuenies eſſentiam vitrioli pulcherrimam in fundo, quæ ad fiſtulas, cancrum & alia recentia & antiqua vlcera imprimis eſt vtilis.

## DE ESSENTIA MERCVRII.

Mercurij ad ſummum, vti ſcis, ſublimati & ſalis ammoniaci an. partes æquales ſub lapide contere, & in oleum reſolue: Quæcunque enim metalla in hoc oleum projiciuntur, vt margaritæ ſoluuntur, quod oleum vlceribus antiquis illitum, ea ex fundamento curat.

## DE OLEO ARGENTI VIVI Theophraſti.

Ex argento viuo purgato & ſtanno fiat amalgama, quod ſale & aceto tam diu purgetur, quouſq;

nulla nigredo in eo conſpiciatur: hoc facto exiccatur, in phiala argentea in acetum vini acerrimum ponatur, ſpir. vini à phlegmate ſuo purgatus infundatur, attamen prius ℥ß camphoræ per 6. dies in eo ſoluatur: ſpiritus vini ad tres tranſuerſos digitos amalgama ſupereminеat, incendatur poſtea, vt ſpiritus abſumatur: & quicquid hoc modo non fuerit ſolutum, de nouo cum ſpir. vini incendatur, quouſque totum fuerit ſolutum: huius medicinæ detur ℥ j cum ʒj theriacæ & cochl. iij aquæ fumariæ, mane & veſperi: in morbis deſperatis maxima miracula præſtat.

## DE ESSENTIA EX ARGENTO Viuo.

Olei ſulphuris per campanam rectificati, vti ſcis, & ſalis nitri an. partes æquales iterum deſtillentur, & in hoc oleo argentum viuum purgatum reſoluatur: remanebit pulu. coloris ſanguinei, ſolutionem ſtatim effunde & ſulphur argenti viui edulcora: hoc etiam per ſe per alembicum poteſt ſublimari.

## DE MEDICAMENTO CORRODENTE ſiue cauſtico.

℞ *Argenti viui quantum vis; auripigmenti, alum. & olei oliuarum an. quart.* j, *omnia in olla fictili per quadrantem horæ coquantur, deinde per retortam lento igne deſtillentur*, habebis ol. cauſticum, cui nullum in vniuerſo mundo comparandum, & paucis huc-uſque notum: quod in omnis generis vlceribus incredibilia præſtat, idque ſine omni detrimento: ſi nempe cum cautela vſurpetur.

DE

## DE VIRTVTIBVS PRÆ-
## cipitati.

Hic puluis vlceribus venenatis inſperſus ea cum miraculo mundificat, malignas & feruidas puſtulas pudendorum virilium ſanat, variisque vnguentis immiſcetur.

## DE TVRPETHO MINERALI
## vel auro vitæ ex manuali
## Theophraſti.

Auri per Ammoniacum finiti ℥ß in aqua regis, quæ non cum ſale ammoniaco, (vtpote qui Mercurium fugitiuum reddit) factę, ſoluatur, hoc facto etiam vitri antimonij hyacinthini coloris & pulchri ℥ß in aqua regis ſolue, vt & ℥ijß vel ℥iij Mercur. in aqua forti optime purgati: has tres ſolutiones confunde, & aquam regis aliquoties, (quo enim ſæpius, eo melius) abſtrahe, recentem affunde, iterum abſtrahe, hocque, vt figatur, repete, poſtremo omnes ſpir. expelle: & quouſque omnem ſaporem & acrimoniam aquæ regis & ſpirituum depoſuerit, cum aqua calida edulcora, hoc facto, ſpiritum vini affunde, hunc iterum abſtrahe & alium affunde, hoc ſexies vel ſæpius repete & ſemper cum aqua edulcora, donec ſaporem & colorem tibi gratum & acceptum acquiſiuerit, vel donec candefieri poſſit, & non effumet: habebis aureum præcipitatum, arcanum maximum, quod etiam poteſt calcinari.

Eius vſus ad morbum gallicum, hydropem, epilepſiam, maniam, colicam, febrẽ quartanam, icteritiam, cancrum, fiſtulas, vlcera eſthiomena & multa alia huiuſmodi, eſt vtiliſſimum preſeruans. Qui inſcius venena hauſit, aut incantamenta perpeſſus

eſt, vel peſte correptus fuerit, ſumat ℥ iij. iiij vel v. iuniores ad ſummum ℥ iij. infantes vero ℥ j. aut tertiam grani partem. Sanguinem in venis medullamq; oſſium, & quicquid intra cutim & carnem & circa neruos inhæſerit, mundificat. Et vt quidã mihi reuelauit plus 80. hominum peſte correptorum hoc ipſo præcipitato ex vitro Antimonij & Mercurio abſque additamento auri, liberati ſunt.

## DE OLEO MERCVRII cum Ioue.

Hoc cum ſpiritu vini vſque dum alembicum tranſcendat, debet deſtillari, ita enim eſſentiam acidam acquirit: huius guttula vna datur in morbo gallico; catarrhos capitis auertit, mundificat & repente ſanat.

## DE OLEO VEL AQVA MERCVrij per ſe in triplici retorta rectificati.

Eſt hoc oleum maxima cura ad amiſſam loquelam linguæ illitum, & præterea etiam morbum gallicum expellit.

## DE OLEO MERCVRII PER SE, ſicut ſcis, in Balneo digeſto, deſtillato & rectificato.

Hoc oleum ad Apoplexiam, Epilepſiam & alios morbos ex deſtillationibus prouenientes, eſt omnium præſtantiſſimum ad guttulas 10. ſumptum, laudani oleum & argenti viui candidi ad 10. guttulas bibitum, commendatur etiam ad epilepſiam.

## DE OLEO MERCVRII.

Mercuriũ ter tere ſublim. miſceatur ad extrem. an. ſalis ammoniaci & rurſus tere ſublim. ſimul ter & quater & totum illud tere ſublim. in oleo reſoluitur,

uitur, ex quo ſpiritus ſalis Ammoniaci eximendus eſt, omnia circulando cum ſpiritu vini, itaque tamdiu deſtillando, donec oleum feruorem & acrimoniã amittat & ſal armoniacum ſeparetur.

Reducitur etiam per ſe in oleo lentiſſimo calore Athanoris longoque temporis interuallo.

## DE TVRPETHO MIMERALI Theophraſti.

1. ℞ *Mercurij quantum vis, in aqua forti ſolue, à Mercurio extrahe, & in aqua per fixum ſolue.*

2. ℞ *Colchotaris part. ij, ſal. nitri part. j. deſtilletur, ſtet in alembico cæco, per tres dies digeratur, & phlegma lento igne abſtrahatur.*

3. ℞ *Præcipitatu prædict. & aq. fixa an.* aquam bis de iis abſtrahe.

4. Salem nitrum alium affunde, & iterum abſtrahe.

5. Ex albuminibus ouorum ad duritiem coctorum lentiſſimo calore aquam deſtilla, iterum affunde, & rurſus abſtrahe.

Vltimo ſpiritum vini affunde, eum rurſus abſtrahe, & illud toties repete, donec nulla amplius acrimonia perſentiatur; tunc enim perfecte erit præparatum, & medicamentum nobiliſſimum: pilula enim vnica ex eo formata & ſumpta totum corpus mundificat.

Omnia vlcera & vulnera cum vnguento roſaceo ſecundum qualitatem morbi mixtum confeſtim ſanat, præſertim ex Lue Venerea. Curat quinetiam peſtem, ſi 2. 3. aut 4. ℥ pro ratione perſonæ cum ℈j vel ℈ß theriacæ aut mithridatij exhibentur, quod ter eſt repetendum. Ad Luem Venereã, in quartana ℞ *turpethi* ℥ *iij. theriacæ* ℈ß, *conſeru.*

*bugloſſ.℥ß.ſpecier.diaſer.ʒij.* Ad colicam miſce cum oleo diaphœn. Et philonij an.ad omnia venena,ſi ignoratur, quale illud ſit.

## GARGARISMVS POST vſum Turpethi.

*℞ Flor.altheæ,beton.prunell.ſanicul.an. Mß,rad. pimpinel.ſem.ſtaphiſagr.an. ℈j,coquantur in ℔ iij aq. colentur; adde mell.ſcillit.roſat.an.℥jß,*vtere pro gargariſmate; ſi in os attrahatur.

## DE BALSAMO MERCVRII.

℞ Mercurium toties cum calce ouorum opt. præparat.donec omnino ſit extinctus,huic mixturæ affunde acetum deſtillatum alcoliſatum, vt 4. digitis ſupernatet, abſtrahe acetum à fæcibus ter, quater vel pluries. Donec Mercurius in rubicundiſſimum puluerem euadat, quem in vini alcoli in pellicano circulabis per octo dies, ſeparato ſpiritu vini per alembicum in fundo remanebit balſamus Mercurij dulciſſim.

## DE LAVDANO MERCVRII Paracelſi.

*℞ Mercurij purgati ℔ j, vitriol.rubr. & ſal.nitr. an.℔ ij, M. & cum aceto acerrimo, agita cum piſtillo ligneo, vt bene omnia incorporentur, & ſi mortificatus fuerit Mercurius, ſublima, vt moris eſt, tertia vice, hunc ſublima, miſce cum alumine rochæ calcin.& ſale nitri æquali pondere,ſublima aliquoties; hoc facto hunc Mercurium in arenam pone,ignem fortem per menſem integrum aut diutius conſerua,*fiet pulcherrimus, rubicundus & ſubtilis.

Hunc Merc.ſubl. imbibe cũ ſpiritu vini ad ſummum rectificato; ſtet in infuſione per 14.dies vaſe bene obturato iu loco calido, poſtea cola vinum

ſubti-

ſubtiliter à Merc.ſubl. & igne léto in Baln. deſtilla: inuenies in fundo oleum liquidum albiſſimi coloris & dulcis ſaporis, coagula lento igne, tere, lapidi porphyrio in loco humido impone & per ſe ſolue, iterum in ſole coagula, hocque tribus vicibus repete, tunc coagulatum in vitro bene clauſo ſerua, & vt natura docet; vtere.

## DE TVRPETHO MERCVRII.

*℞ Ol. vitriol. part. ij, argent. viui part. j, Miſce, in retortam immitte, & oleum extrahe: hoc iterum bis vel ter affunde & vltimo fortiter, vt plane incandeſcat, hoc enim fit lapis candidus, qui pulueriſetur in phiala ter vel quater aqua calida affundatur, & hoc facto exiccetur*; habebis turpethum minerale flauum & aurei coloris pulcherrimum: hoc ſpiritu vini imbibatur, incendatur & exuratur: decies vel vigeſies coquatur, quo enim hoc fit ſæpius, eo erit melius: hoc turpethum minerale cum conſerua roſarum vel alio modo, vtcunque fieri poteſt, vſurpatum & aliquandiu continuatum, morbum gallicum in vnico octiduo ex fundaméto curat, quando nimirum exterius nihil apparet, ſed morbus adhuc latet interius.

Si quis vero hoc turpethum præſcribere cupit, ægrum diligenter obſeruet, eiuſque curam habeat, morbum enim vehementer aggreditur, & ægrum valde debilitat, qui ea propter ſingulis binis vel tribus horis ſemel eſt cibandus, tribus nempe vel quatuor horis bono iuſculo, vt eius cor confortetur, & vires conſeruentur, hoc enim modo morbum gallicum & omnes alios affectus ex deſtillationibus prouenientes perfecte curat.

## DE TVRPETHO ARGENTI VIVI ad morbum gallicum, & alios antiquatos affectus

*℞ Argenti viui lib. j. aq. fortis lib. ij. abſtrahatur quinquies vel ſepties, edulcoretur decies vel duodecies, & in crucibulo candefiat: Huius ℞ ℥ß. olei ſulph. ℥ß in alemb. coaguletur, & tandē ſexies vel ſepties edulcoretur.*

### VSVS.

Ex hoc turpetho Merc. cum theriaca vel mithridatio & puluere corallorum mixto formentur pilulæ, quarum 4.5.6.7. vel 8. per tres vel quatuor dies continuos iuxta conditionem perſonarum vſurpatæ, per vomitum & ſeceſſum euacuant: poteſt etiam in forma pulueris cum iuſculo calido vel ſpir. vini vſurpari, hoc enim modo operatur citius: ſi vero dolor in ore exoritur, gargariſmate corrigi poteſt.

Cum hoc Turpetho etiam ſarſaparilla poteſt vſurpari, quemadmodum aqua cocta Guaiaci ordinari ſolet.

Hac cura vltra 100. homines à morbo gallico & aliis huiuſcemodi affectibus ſunt liberati, qui antea per ſuffumigia fuerunt in peſſimum ſtatum deducti: imo etiam tineā capitis, malamq; ſcabiē, icteritiam, paralyſin & contracturas varias hoc medicamento feliciter curaui. Cum oleo ſulphuris vel oleo vitrioli præparatum acquirit colorem album: illud cum aqua dulci edulcora; eſt maxime proficuum ad morbum gallicum, paralyſin, condylomata, ficus ani, & alios huius generis affectus.

DE

## DE CVRA CONDYLOMATVM ſeu ficuum ani, Luis Venereæ & Paralyſeos.

His morbis affecti ſumant *turpeth. gr. iij cum* ʒj *mithr. opt.* tribus diebus continuis, mane ſtomacho ieiuno: ſi quis imbecillioris naturę fuerit, ſumat eius ℥iij, robuſti vero ℥v. poſtea bibat aquam ligni per dies 14. ſemperq; ad ſudorem ſe componat. Si cui os intumuerit, gargariſetur decocto prunellæ in vino & aqua præparato & cum melle roſato, vel oleo vitrioli aut oleo ſulphuris mixto. Scabioſi vtantur argento viuo vel aqua. Contra bubones inungantur vnguentis cum turpetho præparatis.

### Gargariſmus.

Ad vlcera vel intumeſcentiam oris vſurpet aquam edulcoratam de oleo ſulphur. vel præcipitatum edulcoratum pro gargariſmate.

## DE TVRPETHO ARGENti viui.

*℞ Aq. alumin. aq. vitriol. deſtillatar. an. lib. ß. album. ouor. ad duritiem coctorum lib. iiij, miſceantur, bis deſtillentur, phialæ infuſis, lib. iij turp. arg. viu. adde, ad ſiccitatem vſque deſtilla, idque toties repete, donec turp. colorem florum liliorum conuallium acquirat, hoc viſo tantum ſpiritus vini affunde, ſexies abſtrahe, & ignē, quouſq; color florum calendulæ appareat, adauge.*

### VSVS.

Ægro itaque, qui per ſuffumigia vel inunctiones ad malum ſtatum eſt deductus huius turpethi præparati cum ℈j El. de ſucco roſar. veſperi ante cœnam exhibe, ſequenti mane totidem: pro ratione vero ætatis granum vnum vel alterum addere

licet. Ad ſanationem ℞ *vnguent.ouor.quart.j,turp.* ℥j, M. & ægrum in locis affectis inunge. Iterum ℞ *Aloës hepatic.* ℥ij,*croc.ferr.thuris an.* ℥ß, *mumiæ* ʒß, *mellis terebinth. & vitell.ouor.an.quantum ſuffic:* Miſce & pro vnguento vtere.

## DE OLEO FIXO DVLCI MERCVrij ſublimati Cryſtallini.

℞ *Aq.ſal.nitri part. ij, ſal.ammon. puriſſ. part.j: deſtilla, aquam extillatam, Mercurio ſublimato, qui ad cryſtallum, ſine tamen arſenico, ſit ſublimatus, affunde, aliquoties abſtrahe, idque ſemper cum aqua recenti, donec in fundo omnia maneant fixa: hoc ſublimatum fixum incende, alcool vini rectificatum affunde, multoties abſtrahe, donec in oleum vertatur, quod erit fixum & dulce.* Semper autem ſpiritus vini recens eſt ſumendus, & deſtillatio, de oleo tamdiu continuanda, donec omnem acrimoniam & ſaporem amiſerit. Hoc oleum intus & extra corpus poteſt vſurpari.

## DE OLEO MERCVRII SVBlimati cum antimonio ad paſſionem Colicam.

℞ *Mercurij ſublimati & antimon.an.inuicem conterantur, & in retorta vitrea deſtillentur,* tranſibit ol. ſiue pinguedo, huic aqua recens affundatur, acquirit ſaporem acidum veluti ol.vitr.vt ad paſſionem colicã ex calore guſtui tuo gratum fiat, præpara, & cochlearia tria eius ebibe; vino immixtum reddit ipſum ſubtile: fæces albas in aqua ad fundum deſcendentes, vt ſcis, vſurpa: huius aq. ℈ ij, ebibita Epileſiam ſine mora curant.

## DE MERCVRIO PRÆCIPITATO per oleum Vitrioli.

Oleo

Oleo Vitrioli rectificato adde flores ſulphur. per tres hor. in arena ebulliant, vt cum aliquid de ſulph. reſolutum fuerit, ol. quod à ſulph. rubed. extraxit, de eo effunde, & Mercurium purificatum adde, hoc facto ebulliant & Merc. reſoluetur, petitque fundum, & dat præcipitatum album, hoc ſæpius abſtrahe, deinde candefiat, ſpiritus vini affundatur, & idem per deſtillationem aliquoties abſtrahatur.

## DE MERCVRIO PER SPIRItum ſalis nitri in oleum reſoluto.

Hoc oleum, cuicunque volueris, vnguento mixtum, impetiginem perbelle curat, niſi ſpecies elephantiaſis fuerit. In paralyſi & vlceribus hoc oleum admodum eſt proficuum: & quod omnibus aliis vnguentis deeſt, hoc habet oleum hoc abunde, & quo plus morbus gallicus foraminibus inhæret, eo citius hoc oleo curatur.

## DE PANACÆA ANvvaldina.

Cinnabaris, æs, quod pulchrum & nobile eſt, teſtæ vel conchæ ſub carbonibus calcinatæ & crocus orientalis, vt libuerit, miſceantur, eiusque mixturæ pro doſi granum vnum vſurpetur.

## DE AQVA MERCVRII.

Mercurium crudum in retorta triplici in aq. deſtilla: quod ita fit: retorta collocetur in fornacem exhalationis, recipiens luto adaptetur, linteis madidis ſæpius refrigeretur, cum retorta vndique candefacta fuerit, ℥ß argẽti viui cũ cochleari ferreo injiciatur, & foramẽ ſtatim obſtruatur, hoc facto argentum viuum maximum ſtrepitum edet &

effumabit, tunc aliam vnciam ſemis argenti viui injice, idque toties repete, donec libra integra iniecta fuerit; hoc enim peracto, pars vna Mercurij viui crudi, pars vero aquæ & aliquid de nigro tranſierit, hęc inuicẽ mixta in alẽb. Baln. impone, exibit aq. Merc. pellucida, terra autem nigra cum Mercurio viuo remanebit in fundo, hanc per corium exprime, hoc enim modo Mercurius tranſit; terra autem nigra quæ inutilis, in corio remanet; & Merc. opt. purgatur: aq. autem decies in Baln. rectifica.

## DE TVRPETHO MINERALI.

Mercurij purgati ℥ß ita calefiat: ne multum de eo exhalet, & pondus ducati vnius fol. auri ſuperponatur; hæc enim Mercurius in ſe trahit, itaque cum ſpatula lignea pura miſceatur, vt fiat amalgama, hoc in phiala, vſquequo fiat puluis ruber, vti crocus, pręcipitetur. Hoc enim optimum erit turpethum.

Qui grana duo vel tria ſacchari roſati cum gran. j vel duobus ſalis vtitur, ab omnibus morbis venenoſis, à peſte ipſa, morbo gallico, febr. malignis, elephantiaſi, paralyſi & epilepſia liberatur, purgant enim vniuerſam naturam & totam maſſam ſanguinis, & qui cum iudicio vſurpat, infallibilem habebit curam.

Merc. pulu. per aquam ouorum, quouſque coaguletur, abſtracti gr. 8. cum confectione conuenienti ſumpta ſiſtunt deſtillationes: ſæpius autem debet vſurpari, & cum aqua recenti abſtrahi, vt è venenato realgare purgetur, & præcipitatum indulcoretur.

DI

## DE MERCVRIO SVBLI-mato, vt ſcis.

*Vitrioli* ℔ *ij, & ſal nitri in aqua forti deſtilla; & argentum in ea diſſolue: ℞ argenti viui ſoluti & libra illius cuilibet ſalis calcinati* ℔ *ij adde, aquam de eo abſtrahe, & Mercurium viuum omnem ſublima,* ita enim Mercurius erit ſublimatus & prima vice perfect°. Notandum.

*Huius aquæ, vt dictum, ℞ part. ij, ſalis puri calcinati part.* j. *ex his deſtilla aquam regis: huius aquæ ℞ part. ij. prædicti Mercurij ſublimati part.* j. Antequam autem Mercurius ſublimatus immittatur, ſalis tartari pars dimidia, aquæ lente & ſucceſſiue injiciatur, deinde aqua extrahatur, & Merc. per tartarum omnino ſublimetur: hoc enim modo eleuabitur, mirabiles acquiret colores, & omnem acrimoniam ei adhærentem deponet, nullamque immunditiem & acrimoniam retinebit.

## DE AQVA ACVTA.

Si ignem ſuper omnia vehementer vrentem & omnibus operationibus ignis viſibilis in modum inferni reſiſtentem habere deſideras, hoc modo procede.

*℞ Mercurij ſublimati & ſal ammon. octo vel nouem vicibus ſublimati an. vel eſſent. Mercur. diligenter in lucem contere, lapidi vel laminæ ferreæ inſperge, in cellam vinariam colloca vel aëri expone,* reſoluetur hoc modo in aquam: Si huius aquæ minimum ſuper cutem inciderit, ſtatim tranſibit: quod etiam facit in ferro vel cupro. Si autem aurum, ſtannum vel plumbum immiſeris, acquirunt formam perlarũ.

Hæc aqua omnes affectus calidos; eryſipelas, inflammationes & alios morbos corrodentes extinguit. Multi vocant illud ſalem ammoniacum,

id eſt, ſalem amarum: in hoc autem valde errant.

## DE MERCVRIO FIXO.

℞ Mercurij quantum vis impone in reuerberatorium, vitrum in arenam colloca, oleum deſtillabit in vitrum & ſublimatur: hoc facto vitrum inuerte, & hoc toties repete, donec non amplius aſcendat, in colore ſanguineum euadat & non amplius effumet: hoc facto ℞ *huius Merc. fixi ſublimati & boracis* ℥j: pone in alembicum, affunde tantum ſpiritus vini, vt tranſuerſos duos digitos ſupereminęat & hunc quater abſtrahe: hoc enim modo Mercurius ſublimatus fixus erit, & omnia metalla, quibus iungitur, facile intrabit.

## AD PVSTVLAS GALLICAS.

℞ *Mercurij part.j. vitriol. part.ij, hæc inuicem comburantur, in cella vin. ſoluantur* & vſurpetur.

## DE OLEO CAPITANEI Piſchij.

*Notandum.* ℞ *Ol. Mercurij* ℥ij, *ol. vitr.* ℥ß, *croc. Mart* ℥ß. *M.*

## DE AQVA MERCVRII.

℞ *Arg. viui & ſtanni an.* ℔ *M.F. amalg. cum ſale & aceto opt. lauetur, poſtea exiccetur, in mortario cum Merc. ſubl.* ℔ ß *diligenter miſceatur vt fiat paſta*, interim aliquoties parum aq. ſalis ammon. affundatur, immiſceatur, & maſſa lapidi imponatur, ibi enim in æq. reſoluetur, hoc facto per alembic. deſtilletur, fæces, vt antea terantur, & hoc tamdiu continuetur, donec omnia in aq. ſoluantur: hæc enim aq. miracula præſtat.

## DE CALCIONATO.

Oleum Mercurij, aqua Mercurij & oleum Saturni

turni certiſſima ſunt medicamenta, quę nullō modō Medicum fallunt.

## DE CVRA FISTVLARVM.

*℞ Ol. Merc. ℥ß, ol. Martis & ol. Saturn.an. ℥j.* His permiſtis fiſtulæ circuitus inungatur, mane & veſperi per nouem dies & curabitur.

## ARCANVM CONTRA MORbum Gallicum.

Sunt oleum Mercurij dulce, & oleum ex ligno Guaiaco.

## CORROSIVVM ANHALDINVM.

*℞ Antim.calc.℥i ij, Mercurij ſublimat. ℥ij. ſalis ammon.℥jß, tartar.calc.℥j, deſtilletur & rectificetur.*

## QVINTA ESSENTIA Mercurij.

℞ Mercurium ſepties cum vitriol. & ſale; poſtremo autem per ſe ſublimatum, affunde aq. ſalis ammon. cum calce fixi & ſoluti, deſtilla & ſ.a. procede, phlegma abſtrahe, eſſentiam reſtifica, Mercurium, qui aſcendit, iterum ter ſublimatum, eſſentię commiſce, circula, deſtilla & vſque ad perfectionem rectifica.

## DVLCEDO MERCVRII.

Mercurio ad puritatem ſublimato aquam fortem affunde & ſublima, quod in fundo remanſit, in cella vinaria ſolue: hoc eſt dulcedo Mercurij, quæ cum ſp. vini poteſt circulari.

## DE OLEO MERCVRII.

Mercurius ſublimatus tenuiſſime conteratur, cū oleō vitrioli correcto ſexies vel ſæpius imbuatur, ſemper rurſus exiccetur & teratur, cū ſextuplo ol. vitr. in vaſe luto opt. occluſō ſecundum gradus g. deſtilletur: hoc facto tertia pars Mercurij ſubli-

mati cum oleo tranſcendit, reliqua vero pars manet in ſublimatorio pulcherrima & inſtar margaritæ orientalis ſplendens, pulchriorem enim Mercurium ſublimatum nũquam vidiſti: hoc modo ad libitũ ſemper procede, habebis oleum Mercurij ſuper omnes aquas, hoc cum anima ſolis fermenta, coagula, ſolue & fige, ea, ſi Deus voluerit, tinget.

## DE TVRPETHO MERCVRII.

℞ Oleum ſulphuris per campanam vel vitreum alembicum deſtillatum, ac cum colchotare ter vel quater rectificatum ac Mercurium crudum optime purgatum, & oleum aliquoties ab iis abſtrahe; dabit hoc modo præſtantiſſimum turpethum, quod in peſte, pleuriſi & aliis morbis periculoſis cum ſummo fructu poteſt vſurpari, eſtque ſecretum D. Tobiæ *Heſſen.*

## DE AQVILA COELESTI.

℞ *Mercur. ſublim. ℥vij, argent. viu. miſce bene in mortario, donec Merc. viuus non appareat amplius, deinde ſubl. durum, album & dulcem ſine omni corroſiuo.* Quod ſi aliqua pars adhuc reſtet non ſatis edulcorata; vel cum noua aq. vel cum eadem, quæ vna aſcendit, miſce & tertio ſemper ſubl. medicamentum eſt purgãs vniuerſaliter & electiue; ſummum ſecretum in medic. Doſis à 20. ad 30. gr. ſiue ℈ß cum conſerua roſ. viol. aut pomo cocto.

## DE CVPRO.

### *De acetoſitate eſurina ex cupro abſque corroſiuo.*

Scoriæ cupri calcinatæ affunde acetum ter deſtillatum, & cineribus calidis impone, hoc enim modo

modo viriditas eius extrahitur, ita quouſq; fiat aliquantulum ſpiſſum, dimitte, acetum lente effunde, aliudque affunde, donec nullus ſapor vel color alicuius vitr. perſentiatur, & omnia mixta in alēb. loco frigido expone; dabit de ſe pulcherrimum vitr. coloris viridis & cærulei, quod in retorta eodem modo deſtilla, quo vitr. alias deſtillare ſoles, primo nempe phlegma, deinde ſpiritus & tertio oleum abſtrahendo, hoc à ſpiritu ſepara, habebis oleum valde præſtans.

Hoc ad debilitatem ſtomachi eſt commodiſſimum, & ſi multum phlegmatis adhuc habuerit, vomitum excitat: omnem immunditiem expellit: & ita etiam in calculo renum. Ita quoque ex ſcoria ferri quæ à fabris abjicitur vitr. coloris cærulei & rubicundi præparare potes.

## De Croco Veneris.

Lamina cupri cum vitriolo calcinato ſ.a. ſtratifica, & vt oleum vitrioli deſtilla: deinde laminas ablue, contere, contunde & reuerbera. Erit crocus nobilis.

## DE MARTE.

### *De Eſſentia Martis.*

Limaturæ Martis acetum deſtillatum affunde, & per aliquot dies ita dimitte: extrahet dulcedinem, quę partim erit pulchra & rubicunda, partim pallida, pro ratione chalybis. Tunc acetum abſtrahe, aliud affunde, idque tamdiu repete, donec nihil amplius extrahitur, quod duobus vel tribus menſibus fieri ſolet: hoc tempore elapſo omnes effuſiones commiſce & per B. deſtilla: remanentiæ ſpiritum vini affunde, & continuę digere: ita

enim tincturam extrahit; tunc ſpiritum vini abſtrahe, & alium affunde & ſ.a. ita procede: habebis tincturam veriſſimam Martis.

Hæc tinctura vel eſſentia ad obſtructiones pertinaciſſimas hepatis, lienis, venarum meſaraicarum & matricis, icteritiam etiam & hydropem incipientem eſt efficaciſſima pondere vnius drachmæ cum conuenienti liquore in potu ſumpta.

## De Croco Martis.

Ferrum illud contunde, per cribrum mitte, ſub ſartag. vel lebete ſalis, quod clarum eſt, cum aqua feruente ablue, habebis crocum Martis: in aqua hunc reſidere permitte, aquam effunde, aliam affunde, idque aliquoties repete; hoc facto idem per duas horas reuerberetur & erit perfectus; quod remanſit, eſt nigrum & merum ferrum; cui ſi aquam ſalſam affuderis, & 6. vel 8. hebdomadas poſt fornacem vel alium locum calidum collocaueris, iterum poteſt ablui, & ſicut cum primo procedi.

## DE CVRA HYDROPIS.

Hydrops reuera curatur per ferrum in ol. redactum & ſuo ordine interius vſurpatum: vel vt ſub aheno ſalis relinquitur in cibo & potu ſumptum; purgato interim corpore aliquoties cum Elleboro nigro extracto: non vero ſolum radicitus expellit hydropem, ſed etiam alios morbos. Vſurpatur etiam bolus armenus ad ſiſtendas deſtillationes & ſanandas puncturas.

## De Croco Martis.

Strictutræ ferri phialæ vitreæ inditæ acetum deſtillatum acerrimum affunde, locoque aprico ex-

pone,

pone, vt per ſe exiccentur: hoc octies per integrũ menſem repete, deinde per biduum reuerbera, deinde tabulæ humidæ ad craſſitudinem vnius digiti inſperge, inde enim groſſitiem trium digitorum acquirit, fitque ſubtile, veluti lana, & in colore purpureum.

Huius ſex vel ſeptem ℥ ſumpta omnem hemorrhagiam & etiam dyſenteriam compeſcunt.

## De Oleo Martis.

Sal armoniac. de croco Martis ſepties, octies vel pluries debet ſublimari; hoc enim ſi fit, tranſibit in oleum; huic alcool vini ſuperinfunde, in cineribus per 24. horas vel diutius digere, & alcool ſæpius abſtrahe, & ſoluetur in ol. Id vero quod in fundo remanet, vſurpatur in chirurgia.

## ALIVD OLEVM.

Sal ammon. quinquies vel ſexies de croco Martis debet ſublimari, deinde in aceto deſtillato ſolui: quod non ſolutum fuerit, vt antea ſubl. donec omnia in acetum ſoluantur, tandem per alembicum deſtillari: exibit oleum Martis.

## ALIVD OLEVM MARTIS AD Vlcera vetuſta.

Ferri calx pulueriſetur, &, vti ſcis, preparetur: ex hoc cum vitellis ouorum maſſa formetur, iterum exiccetur, in mortario contundatur, quarto malaxetur, contundatur & in cella vinaria ſuper vitrum ſoluatur. Hoc oleum vitellorum per ſe ſuum habet vſum.

## De purgatione Croci Martis & fixatione.

℞ *Croci Martis* ℥v. *aq. Regis* ℥xx. diligenter mi-

ſceantur, aq.tamen regis primo non vna vice, ſed lente affundendo, & ad ignem feruefcendo: hoc peracto, iterum affundatur, & alia recens affundatur, donec nihil amplius diſſolui videris, tunc vero filtretur, candefiat, & aliquoties edulcoretur, poſtea vſque dum ſpongioſum fiat,& colorem purpureum acquirat, reuerberetur.

Crocus Martis interius ſumptus conducit ad vlcera vetuſta & hydropem. Cum oleo ſulph.calcin. efferuefactus, aliquoties edulcoratus, & quousque fiat ſpongioſus & purpureus, reuerberatus, acquirit ſuam perfectionem.

## De Oleo Martis.

℞ *Antimon. lib.ij, fac vt fluat, adde laminar. chalybis candefactarum lib.*j, cum ſolutæ fuerint, cum ſpatula ferrea diligẽter miſce,lapidi infunde, contunde, contere & calcina, donec non amplius fumet, & puluis fixus & fuſcus fiat: hæc calcinatio conducit ad omnia metalla.

Hanc calcinationem vitro injice, cum aq. regis ſolue, & ſicuti ſcis,filtra,tunc aquam regis lente abſtrahe, ignem aliquantulum fortifica. Cum guttullæ rubræ incipiunt extillare,alium recipientem appone, & ignem adhuc magis vrge, ſequetur oleum coloris ſanguinei, quod verum & genuinum oleum Martis eſt.

*Vſus.* Conducit ad diarrhœam, lienteriam, dyſenteriam,fluxum hepaticum,ad ventriculi corroborationem, & ad omnes hæmorrhagias internas & externas eſt medicamentum præſtantiſſimum, ſi cum conſerua roſarum aut rad. ſymphyti miſceatur.

DE

## DE STRICTVRA FERRI.

℞ Stricturæ ferri, pulcherrimorum nempe fragmentorum prius lotorum Man. j. quartam j menſur. ß vini per noctem affunde & vtere.

### VSVS.

Inſeruit ad oppilationes hepatis, lienis, venularum matricis, menſtruorum, paralyſin & impotentiam membrorum; dolores iſchiadicos, icteritiam, & hydropem, eius nempe principium, cum hepar nondum plane eſt corruptum.

## De tinctura Martis pulcherrima & inſtar rubini.

*℞ Croci Mart. nobiliſſimi, ſubtiliſſimi & opt. præparati part. j. huic adde ſal ammon. ſubl. part. dimid. hæc inuicem contere, & cum ad colorem ſanguineum ſubl. fuerit, hanc eius rubedinem cum ſpir. vini extrahe.* Hæc tinctura præ cæteris medicamentis omnibus hydropem & dyſenteriam curat.

## De præparatione Martis in virtute ſtyptica.

*℞ limat. Mart. lib. j, ſalis lib. ß; aq. fontan. q. ſ. per integrum menſem ita infundantur, deinde, vt didiciſti, reuerberentur.*

*Huius croci ℞ ℥j; boli aduſti ℥iij, terræ ſigillat. ʒß Miſc. & in puluerem redige.* Inſeruit hic puluis ad omnia vulnera & vlcera; quæ ſiccationem aut incarnationem requirunt. Sumitur etiam eius ʒj in potu.

## DE SECRETO AD FLVxum ventris.

Si quis inſanabilem fluxum ventris habuerit, ſumat *Croci Martis cum aqua regis præparati;* ℥ *iiij;*

*conſeru.roſ.* ℥j ; *ſucc.viol.* ℥ß : hæc diligenter mixta per 24. horas ad minimum ita ſtent, & deinde ieiuno ſtomacho vſurpentur : & ſi hac prima vice nihil effecerit, biduum poſt rurſus ita vſurpa, iuuabit ſine omni dubio.

## DE VITRIOLO MARTIS.

Chalybem cum ſulphure calcina ; eo nempe modo, vt ſulphur chalybi ad ſummum candefacto ſuper aqua admoueas, hoc enim facto chalybs ſtatim liqueſcit, & in aquam deſtillat : hunc itaque ex aqua exemptum exicca, tenuiſſime contere, oleum ſulphuris acidum rectificatum affunde, aliquandiu digere & poſtremo in aquam deſtillatam infunde : conſidet hoc peracto vitriolum non contemnendum, à D. Tobia Heſſio inuentum.

## DE MAGNETE.

### *De deſcenſu vel exitu Matricis.*

℞ *Lapid. magnet. opt.* ℔ j. *calc.viuæ* ℔ ij, *cum aceto optime conterantur & miſceantur, deinde ſpiritus vini affundatur, vt fiat rubicundus; hoc ordine tādiu procedatur, donec non amplius tingatur, quo viſo ſpiritus vini exhalet*, & remanebit liquor, qui exſiccetur : ex materia relicta & axungia vrſi emplaſtrum formetur, quod dorſo mulieris & lumbis applicetur: vterus enim hoc facto, ſtatim retrahetur : oportet autem per aliquot dies continuari, vt vterus eo melius firmetur.

## DE PRÆPARATIONE Magnetis.

℞ *Succ. Ariſtol.rotund.& ſabinæ an.* ℥iiij, *ſerpētar*

ʒj

*℥ij, ſpiritus vini libr. j. hæc prius per 24. horas circu-lentur & deinde deſtillentur.*

*℞ Huius aquæ lib. j, Magnetis elect. in puluerem redacti ℥iiij, circulentur ſimul, & à fæcibus aqua deſtil-letur: idque ter reiteretur,* atque hoc pacto Magne-tis præparationem aſſequeris.

## DE IOVE.

### *De Oleo Stanni.*

Hoc oleum morbum gallicum, paralyſin, vul-nera, vlcera antiquata, fiſtulas, cancrum & omnes affectus venenatos, vt & maculas & impetigines citiſſime curat. Eius guttæ tres cum vino ſum-ptæ purgant ventrem: pannum etiam oculorum abſtergit.

## DE OLEO SALIS AM-moniaci.

Huius olei aliquot guttæ vino albo immixtæ & cum linteis oculorum vlcerib. ex lachrymis invo-luntariis rubedinique applicatæ, ea perbelle cu-rant & compeſcũt. In aqua vitę vſurpatum emen-dat puncturas laterum, cor, hepar & pulmones refrigerat, anginamque & ranulam ſub lingua ſa-nat: vrinam obſtructam promouet, veſicam mun-dificat & carnem immundam & ſuperfluam in vulneribus abſumit.

## OE OLEO SALIS AM-moniaci.

*℞ Sal. ammon. part. j, aq. ſalis tartari. part. ij, leni aliquot dies in ſolutione, vel cineribus calidis be-ne cooperta, ne ſpiritus ſalis exhalet, quia admodum eſt ſubtilis, imponantur; deinde per retortam deſtillen-tur, rectificentur, collo tamen retortæ fragmentum char-tæ griſeæ intrudatur, vt ſpiritus per eum tranſeat,*

*ita enim aqua ſal. tartari ſubtus remanebit: Cum nihil amplius deſtillat, tunc chartam exime, ignemque vrge, ſequetur enim oleum non modice acre & corrodens, quod ſeparatim reſerua.*

## DE SATVRNO,

### *De Balſamo Saturni.*

Minium cum aceto ſoluatur, dulcedo deſtilletur, acetum effundatur & aliud affundatur, donec nihil amplius ſolui poteſt; ſolutiones omnes confuſę filtrentur & ad liquorem coagulentur: hoc peracto in loco frigido in cryſtallum concreſcant, cum nihil amplius in cryſtallum verti videris, iterum euaporent & vt antea procedatur: cryſtallus autem hoc modo clarificetur: ſoluatur nempe iterum cum aceto deſtillato; & in omnibus, vt antea, procedatur. Cryſtallus pulchrior primo concreſcit, candidus ad modum ſalis nitri: cum reſiduo fac, vt prius, donec cryſtallorũ alborum ſatis habeas, hi primo exiccentur, deinde in ſpiritu vini ſoluantur, iterum filtrentur & in liquorem coagulentur.

Hic balſamus ad gangrænam eſt probatiſſimus, vt & ad omnia vulnera & vlcera inſanabilia, ad rubedinem vero & alios affectus oculorum non habet ſimile.

## Quomodo oleum & ſal Saturni indulcorentur & ad ſummam perfectionem deducantur.

Cryſtallis Saturni aqua pluuialis deſtillata affundatur, & donec ſpuma alba ſupernatet, ebulliant, hanc ſpumam ſepone in vaſculũ proprium, ebul-

ebullire ſic ſinito, donec nulla amplius materia alba appareat, maneantque fęces purpureæ in fundo: hanc aqua forti purificata ſolue, eam rurſus per B. ſepara, hocque ter repete, ſemper nouam aquam fortem ſuperfundendo; remanentiæ ſiccæ aquam pluuialem deſtillatam affunde, per B. abſtrahe, hoc ſexies noua aq. deſtillata repete, donec omnis acrimonia ſit ablata: & habebis ſal Saturni pellucidum & verum dulce.

## VVLNERVM ET VLCERVM Incarnatiuum.

*℞ Ceruſſæ vel minij q.v. extrahe oleum*, *ſicut ſcis*, eſt incarnatiuum optimum promouens carnes ſanas atque recentes. Hoc oleũ Saturni valet etiam ad omnem ſcabiem & lentiginem, verrucas, inflammationes & omnem combuſtionem.

## DE SVLPHVRE.

### *Oleum & fixatio ſulphuris.*

*Sulphuris lib. j. in lixiuio ex cinere ſalicis & fagi ſubtiliſſimo coquatur, huius excocti ſulphur. & vitrio. ana lib. j cum aceto teratur, & quater cum recenti aq. vitrioli ſublimetur:* hoc enim facto ſulphur ſubtilius & purius coloris flaui & aliquantulum ruffi ſuperius adhęret, quod exime, tantumque olei terebinthinæ, vt quatuor dig. emineat affunde, & vas apertum in locum modice calidum colloca; ita enim ſulphur rubrum ſoluitur, quod in cinere deſtilla, vſque dum ſulphur rubrum rubini inſtar tranſeat: hoc in digeſtione coaguletur, vt fiat fixum, pulchrum ac rubicundum,

## DE OLEO TEREBINTHINÆ.

Terebinthinæ lib. iij cum camphoræ tenuiſ-

ſime tritæ ℥vjß, commiſce, menſuram j vini affunde, igne lentiſſimo deſtilla, & oleum per Balneum ſepara.

## Oleum Sulphuris admodum fragrans & odoriferum.

Hoc Oleum potum omnis generis affectus, etiam grauiſſimos euellit.

*℞ Sp. ſulphur. per campanam deſtill. recipienti impone aliquid moſchi cum aqua roſarum mixti.*

### VSVS ET VTILITAS.

Præpara Iulepum ſ.a. illumq; cum oleo ſulphuris miſce, promouet ſudorem & vrinam, ſuperfluas humiditates ſtomachi expellit, eradicat febres, que cum frigore incipiunt, ejicit calculum renum, ſanat omnis generis affectus externos. Qui hoc oleo abluuntur, breui temporis ſpatio, & quaſi in momento liberantur: habet enim efficaciam recalefaciendi & exiccandi.

### DE OLEO SVLPHVRIS.

*℞ Sulph. calc. viu. an. partes æquales*, inuicē mixta ſubtiliſſime terantur, alembico injiciantur, tantumque aceti fortis, vt duos tranſuerſos digitos ſupernatet, affundatur, digerantur & ſ.a. extrahantur, extractio effundatur, cum farina laterum imbuatur, & per arenam in recipientem deſtilletur; ſequetur ol. ſulphur. rubri & pulcherrimi coloris, quod omnis generis affectus ſanat.

*Nota.* Hoc oleum ſulphuris cum oleo lini deſtillat. curat paralyſin omnium membrorum, & contractas venas & neruos.

### ALIVD OLEVM SVLPH.

*℞ Sulph. ℥iiij, calc. viuæ ℥ij. ceruſſ. ℥j. Miſ. & per alem-*

*alembicum deſtilla*, exibit oleum rubeum.

## FLORES SVLPH. ALBI.

Samuel *Schlegel* hos pro ſecreto habet, quod Comiti ab Hohenloe 200. florenis vendidit.

*℞ Fl. ſulph. comm. præpar. ℥iiij, ſal. ammon. ℥ij, calc. viuæ ℥vj. Miſc. f. puluis, hunc in retortam fictilem fortem, quæ igni reſiſtere poſſit, inijce: ſitque hæc retorta* admodum vitrorum exuſta & non poroſa, ne ſpiritus expirent, qualia VValdenburgenſia vaſa eſſe ſolent: inuoluatur inſuper optimo luto: hanc ita paratam cum puluere iniecto in fornacem deſtillatorium colloca, recipientem capacem luto etiam occluſum adapta, primo igne lento deſtillationem incipe, poſtea vero eo modo ignem adauge, qualiter in deſtillatione aquæ fortis fieri ſolet: ita enim extillabit liquor, ſiue oleum rubrum, huius cochleari vnico affunde vinum acerbum ſiue acidum, vt quando commiſces, vinum fiat album & quaſi lacteũ: hoc lac vitro ſacchari infunde; deinde cum hoc oleo & vino iterum tantum lactis præpara, priori affunde, & hoc toties repete, donec de oleo nihil amplius ſuperſit: hoc acto omne lac in vnũ vel plura vitra ſaccharo deſtinata infuſum vel diſtributum coopertum in eum locum expone, qui neque in frigore, nec in calore excedat: per dies quinque vel tandiu ibidem relinque, donec alba materia cretæ ſimilis in fundo reſideat; & vinum innatans clarificatum fuerit; vinum hoc lente effunde, vel cũ ſpongia exime, ne materia ſubſidẽs moueatur, ei aquam recentem affunde, eamque diligenter cum materia commiſce, fiet enim hoc modo iterũ inſtar lactis; igitur quouſq; materia conſederit, dimitte, aquam per ſpon-

giam abſtrahe, aliam aquam recentem materię affunde, & tertio reſidere permitte; ita enim per aquas affuſas omnis acrimonia & fœtor extrahitur, quo facto, in loco à frigore & calore temperato exiccetur: habebis flores ſulph. albos.

## VSVS ET VTILITAS.

Horum ℈j, diluatur cum cochleari vini, aquæ cinnamomi deſtillatæ aut alterius appropriatæ, & exhibeatur mane ieiuno ſtomacho: præſeruat corpus ab omni putredine. In aſthmate & phthiſi cum aquis pectoralibus poteſt permiſceri.

## CRYSTALLI SVLPH. RVBRI.

*℞ Flor. ſulph.* ℔ j. *ſpir. terebinth.* ℔ j ß. *in vaſe vitreo igne lento inuicem ebulliant, & ne empyreuma concipiant, diligenter miſceantur. Cum iam ſunt probe mixta & ab igne remota, fæces ſpiritus vini adjiciantur, & tamdiu deſtillentur, donec ſpiritus vini rubedinem ex ſulphure extraxerit, hunc ſpiritum vini in B. vſque ad tertiam partem circiter abſtrahe; & reliquum in cellam vinariam pone:* inuenies in diebus quatuordecim cryſtallos perpulchros rubicundos (eorum tamen non adeo multum,) & ad affectus pectoris vtiliſſimos.

## DE OLEO SVLPHVRIS.

*℞ Sal. tartari vel tart. calcinat. part. j. ſulph. pulchri & flaui part. ij. vtrumq; per ſe ſubtiliſſime teratur, ſulphur in crucibulo vitreato, non nimis feruidè ſed lente, ne incendatur, diſſolue; quo facto tartarum ſuper ignem tamdiu immiſce, donec ſpiſſum & lentum fiat inſtar picis* : ita enim erit præparatus: *tunc in orbem prius madefactum effunde, vbi refrigeratum fuerit, ſub lapide porphyrio in puluerem contere, vitro impoſito ſpiritus vini tantum, vt tres digitos tranſuerſo.*

*ſupere-*

*ſuperemineat, affunde*, acquirit hoc facto quaſi in momento colorē flauum inſtar croci: cum reſederit, craſſeſcit veluti rubinus, quo viſo in retortam vitream injice, vt minus, quam ad medium repleatur, capellæ cineribus vel calce impletæ imponatur, recipiens capax luto obuolutus adaptetur, deſtillatio primo igne lento vrgeatur, cum calorem nimium eſſe perſpexeris, aliquid de carbonibus extrahatur, & quando inceperit turbida rubedo extillari, non vltro vrgeatur, fornax refrigeretur, & recipiens amoueatur.

Hoc Oleum exterius illitum omnia vlcera corrodentia, ſeu exedentia, vt fiſtulas, herpetes, ſcabiē, vermem, condylomata & alia huiuſmodi vbicunque in corpore fuerint, tutiſſime ſanat: tineæ vero cum penna vel ſpongiola quotidie bis applicatum, & cum emplaſtro ex cera vel lamina plumbea contectum eam radicitus euellit. Eius guttę 2. vel 3. in vino vel aliquo liquore epotę, omnia venena, lumbricos & alias beſtiolas è corpore expellunt, hoc ipſo modo vſurpatæ: etiam febres exterminant, ante nempe paroxyſmum vſurpatæ; icteritiam inſuper emendat & pulmonibus præſtantiſſimum eſt auxilium. *Vſus.*

ESSENTIA SVLPH. QVA THEOphraſtus vſus eſſe dicitur in externis incurabilibus corrodentibus vlceribus & fiſtulis, vel morbi gallici cicatricibus: & dicitur eſſe ſecretum Theophraſti.

*℞ Sal. tart. part. j. ſul. pulchr. & flaui par. ij. ſubtiliſſime trita in teſta diſſoluantur, fuſis ſal tart. adjiciatur, cum ſpatula lignea optime agitentur*, acquirit

colorem ſanguineum; *hoc facto lento igne per horam dimidiam, quouſque fiat craſſum & fuſcum, inſtar hepatis, & bullas emittat, miſceantur, & ne quid adurat, continuo agitentur.* Cum enim ita fuerit denſum & fuſcum, erit perfecte paratum: tunc itaque ex teſta in orbem ligneum madefactum effundatur, ne adhæreat, & cum cœruleum colorem contraxerit, ſubtiliſſime tritum in alēbicum vel poculum vitreum projice, ſpiritū vini optime rectificatum affunde, vt puluerem ſupereminea t, ita enim confeſtim colorem flauum, croceum & ſanguineum acquirit: Spiritus autem vini colores & virtutes ſulphuris ſine mora extrahit, abſque vllo alio auxilio & igne. Quando hoc factum, vitrum optime obturatum hypocauſto impone: Et cum ibidem ſubſederit, extractio vero pellucida, rubra & rubino ſimilis facta fuerit, tunc per inclinationem vaſis in aliud ſpeciale vitrū effunde, bene obtura & tanquam theſaurum incomparabilem reſerua, quia eſt medicina excellentiſſima, trium primorum elementorum in ſulphure extractorum calor, cura, per quam honorem & gratiam adipiſci poteris: Et eſt balſamus pulmonum.

*Virtutes.* Virtutes huius eſſentiæ ſeu balſami ſunt: primo, hęc extractio ſulphur. eſt veluti ignis in microcoſmo, quemadmodū ignis exterius in maiori mūdo. Sicuti enim tineæ & vermes in veſtimētis latitantes nihil ęque timent & fugiunt, quam ignem: Et ſicuti affectus erodentes in homine vt microcoſmo ceu vermes in cute & carne; ita etiā nihil eſt, quod tantopere fugiunt, quam ignis ſpiritualis occultus, qui eſt eſſentia ſulph. Quę ſi omnes fiſtulas, vlcera exedentia, impetigines, mor-

bum-

bum gallicum, puſtulas, vulnera vlceraque ſordida cum penna illita, ſanat, ſi videlicet cum hac ipſa eſſentia humectantur & abluuntur, & poſtea cum emplaſtro vulgari conteguntur: abigit enim & interimit malã illorum & erodentẽ qualitatem, nè vlterius ſerpant, ſiue ſint fiſtulæ, ſiue corrodens cancer, in quocumq; loco corporis, eaq; cum quouis vnguento vel emplaſtro deinde facile curari poſſunt. Optimum autem & accommodatiſſimũ ad huiuſmodi vlcera eſt emplaſtrum Theophraſti ad puncturas. Corrigit etiã hæc ipſa eſſentia morphæam, & guttam roſaceam curat, ſanatque vlcera quæuis cum admiratione, & in breuiſſimo temporis ſpatio ſuper omnia alia medicamenta. Ad interna Apoſtemata ſumuntur eius gutt. j. 2. vel 3. cum ſpiritu vini. Eſt balſamus pulmonum Theophraſti, de quo ipſe *in lib. de vita longa circa finem*, inquit: *in omnibus rebus tanta virtus non inuenitur, quam in ſulphure ad pulmonem, ſicut eius extracta eſſentiæ virtus eſt*: valet etiam in febr. tertiana & quartana, & in icteritia. Doſis gr. 4. in vino ante paroxyſmum.

## ALIVS MODVS ESSENTIÆ QVINtæ ſulphuris ad medicinam, eſt Balſamus Sulphuris.

Sulphur ter per vitriol. ſublimetur, tunc vitro injiciatur & ſpiritus terebinthinæ non tamen nimium, vt poſſit ſoluere affundatur, itaq; per decem noctes ſeponatur, vt ſulphur lente poſſit diſſolui: conuertetur ita in liquorem ſanguineum: vel oleum terebinthinæ ſepara, & remanebit oleum rubicundum, quod cum alcool ſpiritus vini circuletur: ita enim balſamum ex ſulphure extrahet: Et

quando loco moderate calido expoſueris, omnes colores ex ſulphure emigrabunt in ſpir.vini, & ab oleo terebinthinæ ſeparantur; Spiritum vini ſanguineum effunde & ſpir.vini per Bal.forte per deſtillationem abſtrahe: hoc enim modo ſubſequetur quinta Eſſentia coloris ſanguinei, effectu præſtantiſſima & omnis ſaporis expers.

## VSVS ET VTILITAS.

Huius Eſſentiæ guttulæ 3. vel 4. cum aqua hyſſopi epotæ, phthiſicis ſunt mirum in modum proficuæ.

## SVLPHVR ALBVM ET FIXVM:

Medicamentum expertiſſimum & ſaluberrimum contra Peſtem & alios morbos infinitos.

Sulphur flauum & electum in puluerem redactum in alembicum luto obductum projice, tantum olei vitrioli optimi, vt 4. vel 5. digitos ſupernatet, affunde, diligenter miſce, capellæ arenæ ad ſufficientem profunditatem impone, capitellum accommoda, & lente primo cum deſtillatione, vſque dum oleum tranſcendat, procede, deinde igné in tantum adauge, vt vitrum incandeſcat, tunc enim ſulphur ſublimabitur, hoc permitte refrigerari, alembicum confringe, ſulphur ex illo in aliud vitrum recens projice; oleum & aquam extillatam cum modico olei vitrioli recentis rurſus affunde, vt antea deſtilla, & hoc toties repete, donec ſulphur non amplius in altum ſublimatur, ſed in fundo album & fixum remanet, quod cito fit, tunc enim ſufficientér erit paratum & purgatum.

℞ *Huius ſulph.℥ij, conſeru. roſ. ℥iiij. ol.vitriol.℥j. hæc optime miſceantur*, & habebis egregium medicamen-

dicamentum, cuius inſtar nucis auellanæ mane quotidie ſumptum hominem à peſte toto die præſeruat: dolores etiam lateris punctorios cōpeſcit, putredines internas præcauet: Et omnes immunditics in humano corpore etiam cum miraculo abſtergit.

## OLEVM SVLPH. VITRIOLATVM.

℞ Sulp. vini q. v. admiſce ei tantundem vitrioli lento igne liquefacti, vt vna inde fiat maſſa, hæc per deſcenſum depellatur, & deſcendet oleum rubicundum in receptaculum.

## OLEVM SVLPH. AD IMPETIGINES & maligna Vlcera.

℞ *Sulph. citrin. ℥vj. ſal. ammon. calc. viua ana* ℔j ß. *optime cribrentur, alembico luto occluſo immittātur & igne aperto deſtillentur*, egredietur oleum pellucidum, quod eſt probatum.

## FLORES SVLPHVRIS.

Sulphur primo ſublimetur ſicut ſcis: Deinde ℞ *Flor. ℥x. myrrh. ℨj, aloes hepatic. ℨij, croci ℨß, pulueriſata miſceantur, & vt antea ter ſublimentur.*

## VSVS ET VTILITAS.

Hi flores ſecundum qualitatem morborum & ægrotantium vſurpantur, ad ℈ß. ℈j. ℈ij. vel ʒj. circiter in vino, aquis deſtillatis, pomo aſſo vel ouis ad promouendum ſudorem. Ab omnibus febribus præſeruant, vt & à morbo caduco, aſthmati & omnibus affectibus pulmonum & peſtilentiæ ipſi ſuccurrunt, tuſſim recentem & antiquam mitigāt, ſudorem in Lue Venerea propellunt, impetiginēque abſtergunt. Omnes præterea immundos humores & deſtillationes in toto corpore exhauriūt, & præ cæteris omnibus Luem Veneream curāt, ſi

vero flores à ſale nitri,ſale gemmę & alumine plumoſo aliquoties eleuantur, tunc ita ſubtiles redduntur,vt impetigines & vitiligines ex fundamento poſſint eradicare,quod maximum eſt ſecretum. Effumatio ab hoc ſublimato ſulphure præſeruat ab omni putredine membrorum internorum.

## ALIVD OLEVM SVLPHVRIS.

℞ *Flor. ſulph. & vitr. calc. an. ſpir. vini affunde ter vel quater lente per deſtillationem abſtrahe, hoc facto ol. baccarum Iunip. affunde.* Et fiet oleum rubeum.

## OLEVM SVLPHVRIS ACIDVM per Campanam.

Sulphur Polonicum vel aliud pulchrum in fragmenta mediocria confringe de hoc vna vice aliquid, (quo vero minus, eo melius) in vas fictilę anguſtũ quod prius ſit candefactum impone, hoc enim modo ſulph. incenditur, & nunquam, quandiu aliquid in vaſe remanet, extinguitur, quod tamẽ haud fieret,ſi vas prius non eſſet candefactum: hoc ita in med. phial. vitr. amplæ, anguſtæ tabellæ lig. quę per obliquũ ſit accõmodata, imponitur, ne fundũ phialæ attingat, nec oleũ lateribus campanæ effluens ei adhæreat. Huic altum & campanæ in modum efformatum vitrum ſuperponitur, coopercul $\tilde{u}$ & receptaculũ accommodantur, & omnia luto optime occluduntur: vbi receptaculũ debet eſſe amplum, vt ſpiritus ſatis habeant ſpatij, & poſſint adhærere.

Cum his omnibus ita cõnſtitutis Sulphur pene eſt exuſtum, cum forcipe paruo ſemper de reliquis fragmentis plus impone, & tam diu ita perge, donec olei ſatis habueris, habebis oleũ flauum pulcherrimum, & ad varios affectus vtiliſſimum

quod

quod rectius ſpiritus, quam oleum poſſet nominari, quia de meris ſpiritibus aſcendit.

*Primò* autem opus incēdij, vt antea dictum, diligenter eſt notandum; ſiquidem pene maximum artificium in eo eſt ſitum, vt nimirū ſulphur continuo ardeat, alias enim non recte procedit, quia ſemper extinguitur.

*Secundò*, antequam vitra ſuper ſulphur incenſum ponas, ad excipiendum ſpiritum, ea prius ſunt aqua optime eluenda, vt plurimum madefiant: ita n. ſpiritus lateribus humidis adhærent, & in momento in oleum vel ſulphur reſoluuntur, ac in laterib. defluunt: quod ſane non minimū eſt artificium, per quod tanto magis olei acquiritur, quam alias: ſiquidem non tantū de ſpiritibus abit, quam ſi vitra eſſent ſicca, & à ſpiritibus tandem humectantur: ad quod multum temporis requiritur: Et non opus eſt, vt in cellam vinariam ponantur, vt ibi in oleum fluāt, quemadmodum alias eſt opus.

Putant aliqui, ex Sulphure Polonico hoc oleum non poſſe præparari: ſiquidem non poſſit incenſum conſeruari; quod tamen falſum eſt. Si enim prædicto modo proceſſeris, omnia feliciſſime perficientur, & nulla differentia Sulphuris eſt aduertenda.

Sulphur Iſlandicum, quod anguſtas habet canulas, eſtq; craſſius & pollicis inſtar latum, colore ſanguineum oleum de ſe dat, ſi dicto modo præparatur, quod centuplo eſt in virtutibus ſuis pretioſius, quam vulgare, quod in colore flauum: quemadmodum Theophraſtus in ſuis ſcriptis teſtatur, & hoc ſit tibi communicatum pro ſecreto.

Prope Saliſburgum in Bauaria præparatur Sul-

phur cum longis & anguſtis cannulis pollice paulo craſſius, & de quo etiam oleum ſanguinei coloris per campanam poteſt deſtillari.

Lintea in hoc oleo intincta & vermi in manibus applicata, eum quam primum enecant.

Huius olei granum vnicum ſumptum dolores colicos mitigat, vt & dolores punctorios calide applicatum & eius grana duo in vino ſumpta.

Contra contabeſcentiam ℞ *Axung. carnis human. ol. Iuniperin. & ol. Sulph. omnia miſceantur, & in vnguenti formam redigantur*, hoc fiſtulas corrodentes & depaſcentes, ac vlcera interna oris ſanat omnemque putredinem ſuperfluam eorundem abſumit, recentem a. & ſanam carnem non attingit, goſſypio nempe exceptum & locis affectis illitum.

Hoc inſuper ita vſurpatum & dentibus affrictum, ac cum forcipe chirurgorum raſum dentes facit albos, poſt quod tamen totum os vino erit eluendum.

Ad extirpandas verrucas, eæ prius euellantur, & foueæ hoc oleo impleantur, radicitus hoc modo extirpantur.

## CVRA FEBRIS TERTIANÆ & Quart.

℞. *Fl. Sulph.* ℥ vj. in vino vel aqua aliqua ſudorifera mane ante paroxyſmum ebibe, idque bis ita reitera & curabis febrem.

## ADDITIO IN MAGNIS Apoſtematibus.

℞ *Fl. Sulph.* ℨj, *ol. nuciſtæ* ℈j, *aq. veronic. rectificatæ pondus omnium. Miſc. F. potus.*

## LIQVOR SVLPHVRIS.

Huius proceſſus & operatio eſt magnũ myſte-

rium,

rium,quod ego ex ſingulari Dei gratia &beneficio ex ſcriptis Theophraſti dare vere & recte didici.

℞ *Fl.Sulph.* ℔ ß, *ſubtiliſſime triti injiciantur alembico luto obducto, infundatur optimus ſpiritus vini, in cineribus per octiduū digerantur, ſpiritus vini duos digitos tranſuerſos ſupereemineat,qui alembico contecto lenta deſtillatione vſque ad ſiccitatem abſtrahatur, remiſſa tamen aliquantula humiditate hoc abſoluto refrigeretur,quater cohobetur,vltimo ad ſiccitatem abſtrahatur, deinde ol. Iuniperin.* ℥j ß *affundatur : Et quia hoc ſtatim imbibitur,itaque plus olei affundatur, donec materia eo humectatur, tunc quinquies lente abſtrahatur, & ſecundum gradus procedatur,* hoc enim facto Sulphur omne in alembicum ſublimatur,quicquid vero in alembicum extillauit, acquirit colorem album inſtar lactis,quod ſignum eſt perfectionis:recipientem itaque amoue, & materiam exime,quæ eſt adeo fortis,vt eius odor tolerari non poſſit, caput vero mortuum erit admodum leue,quod abjice : ſulphur a.in alembico ſublimatum prorſus eſt inutile. Cum iſthæc omnia prædicto modo ſunt abſoluta;neceſſum erit ea dulcorare. Itaq; ℞ *Theriac.opt.*℥j ß,*aloes hepatic.*℥j,*croci* ʒij,*mixta ſubtiliſſime conterantur,* licet etiam ſpiritum vini ſuperfundere, & ita humectare, vt eo melius poſſint commiſceri, ita parata in vitro mundo ſeruentur : de predicta medicina affunde,& in B.ita ebulliant,ne Empyreuma concipiant. Et quater alembicum tranſcendant,& quando hoc factum,non omnino extrahatur, ſed humiditas aliqua relinquatur, quā ad inunctionem corporis reſeruare potes. Succus eſt medicina nobiliſſima ad Epilepſiam & omnes morbos peſtilentiales.

## DE VSV ET VIRTVTIBVS HVIVS liquoris, qualiter à Theophraſto ſunt deſcriptæ.

*Primò* hic liquor præſeruat à peſte, eſtque vti-liſſimus in pleuridite, & ad omnes exulcerationes & putrefactiones corporis.

Mane ſumptus, toto eo die omnes morbos ma-lignos, quales ſunt peſtis, pleuritis peſtilentialis, & huiuſmodi exulcerationes alias tutiſſime præca-uet, vt & quaſcunque febres. Tuſſim recentem & antiquatam, plus quam dici vel propalari poteſt, curat. Eſt etiam præſeruatiuum Epilepſiæ: & ſi quotidie vſurpatur, cuſtos ſanitatis non immerito dici poteſt. Eſt & rectificator vini, quia impoſſi-bile, noxam aliquam in vino remanere poſſe, cui hic liquor fuerit admixtus, omne enim malum ab eo ſeparat, calculum etiam & ſabulum, Apople-xiam, omnis generis vlcera, catarrhos, tuſſim, fe-bres, putredines & quæcunque alia tale vinum fa-cillime præcauet: Et in his omnibus non habet, quod ei comparari poſſit. Contra colicam eſt non minus medicina præſtantiſſima, imo plura in eo inuenies, quam ego hic enarrare potui.

## DE LACTE SVLPHVRIS, QVO Princeps Vraniæ vſus fuit, quod pro ſecreto reſerua.

*℞ Sulph. opt. tenuiſſime triti, vel fl. Sulph. qui Sul-phure ſunt præſtantiores, ℥j, Sal. tart. ℥iij, his vitro ſacchаro deſtinato, luto obducto iniectis, tantum aquæ deſtillatæ affunde, vt ſex digitos tranſuerſos ſuperna-*

*tet, &*

*tet, & vitri quatuor partes remaneant vacuæ, in capella arenæ optime ebulliant, ſæpius cum baculo ligneo agitando, & cum incipit exiccari, plus aquæ deſtillatæ, attamen feruidæ affunde, idque tamdiu repete, donec per ſpatulā ſentis ſulphur in fūdo vaſis pene eſſe diſſolutum, hoc percepto, ad tres digitos tranſuerſos ebulliendo conſumantur, vt rubedinem acquirat, tunc ita calida patinæ fictili vitreatæ injice, vinum acerbum ſufficienter calefactum, vel pauculum de ſolutione calida ſubito affunde, hoc enim facto, incipit ebullire, & fit album, hoc in aliud vitrum debitæ altitudinis injice, de ſolutione calida in patinam infunde, & vinum calidum ſuperfunde, hoc enim peracto Sulphur deſuper reſoluitur & tranſit in liquorem lacteum, quem priori affunde & ita procedendo perge, donec totus liquor huiuſmodi colorem acquirat & in vnum vitrum collectus fuerit.* Neceſſum vero eſt, vt ſolutio Sulphuris in tartaro in continuo calore conſeruetur, cum ſcilicet vinum infunditur, quia niſi hoc fiat, ſe inuicem non aggrediuntur.

Cum huc vſque in labore tuo perueneris, vas cum materia ſepone, vt Sulph. ſolutum in craſſitudine lactis coagulati deſcendat in fundum: vinum a. quod in colore fuſcum euaſit, tamdiu effundatur, donec materia in fundo in vnum ſit collecta: quo viſo ſufficientem quantitatem aquæ deſtillatę affunde, cum reſederit, aquam rurſus effunde, aliam recentem infunde, cum reſederit, effunde, idque toties repete, donec aqua effuſa non amplius fuſca appareat, nullumq; odorem habeat. Sulphur vero album fundum omnino petierit: hoc ab humiditatib. ſeparatū in hypocauſto exicca & in puluerē contere: vel ſi mauis, antequā exiccetur, aquæ

Cinnam. deſtillatæ tantũ, vt lacti ſimile fiat, affunde, & quoties de eo ſumere cupis, diligenter commoue.

## VSVS ET VTILITAS.

Balſamus hic ad humidum radicale eſt accommodatus, confortat vires naturales, mundificat ſanguinem ab omni impuritate, ex qua vlcera vetuſta & alij huiuſmodi affectus exoriri poſſent. Et apoplexiam, paralyſin, Epilepſiam, Elephantiaſin & Luem Veneream anteuertit.

Pulmonibus vero eſt maxime ſpecificum, præcauet & curat phthiſin, mitigat recentem & antiquam tuſſim, deſtillationes capitis exiccat & cõſumit, cerebrum corroborat, inflationi ventris, & doloribus colicis reſiſtit, conſumptis & extenuatis eſt amiciſſimus cum aqua cinnamomi, in lacteum colorem mixtus & epotus. Doſis eius eſt cochleare vnũm mane & veſperi, ſemper ante vſum diligenter commixtus.

Si in forma pulueris vſurpari debet, ad conditionem ægrotantis eſt dirigenda, vt vinum vel aquam in albedinem lactis tranſmutet. Poteſt autem in omnis generis aquis, vt in aqua Cinnamomi, Meliſſę, Lauendulæ, aqua aliqua apoplectica, vel ſpiritu vini, vſurpari.

In atrophia iuuat viſibiliter, operatur enim in humidum radicale. In doloribus articulorũ, podagra, Iſchiadica & aliis huiuſmodi morbis externis maximum præſtat auxilium. Eſt ignis conſumens, qui omnes ægritudines imperceptibiliter, velut ignis lignum abſumit.

DE

## DE OLEO SVLPHVRIS ET TARTA- ri, quod monetas quaſcunque parum adhuc argenti habentes, in aurum tingit, quæ tamen tinctura non eſt fixa.

De tartaro crudo aquam & oleum coniunctim deſtilla, tartarum calci ita immiſce, vt tartari ſit pars dimidia reſpectu calcis, ita mixta iterum deſtilla; ſequetur primo oleum album & poſtea rubrum: ℞ *Olei rubri* ℥j, *Sulph.* ℥ß, *miſce*, fiet fuſcũ inſtar iecoris: hoc in Bal. per dies 16. vel plures, putrificetur. Deinde per retortam deſtilletur: habebis oleum flauum, in quo monetas vel lamellas argenteas ignitas extingue, acquirent colorem aureum intus & extra.

## DE VITRIOLO.

### Trochiſci purgãtes ex Sale vitrioli, ſi quis veneno infectus eſt.

℞ *Sal. vitriol. part.* j. *Sacchari part.* ij. *hæc inuicem ſubtiliſſime conterantur & cum melle ad maſſam albam commiſceantur: ex maſſa trochiſci pari ponderis granorum* 15. *formentur*: horum vnus cum cochleari aquæ veronicæ ſumptus per ſuperiora & inferiora purgat, & totum inde corpus ab omni immunditie & ſuſpectis humoribus liberat, oportet autem poſt illorum vſum tres horas ieiunare; & per totos tres dies proxime ſequentes de dięta conſueta in potu & cibo aliquid detrahere, proque potu ſolam aquam veronicæ vel ſequentem mixturam vſurpare.

℞ *Sal. vitriol. gr.* iij, *vel* 5. *Miſc. cum Syr. aquilegiæ reſtituetur ſine dubio.*

## DE VIRTVTIBVS OLEI VITRIOLI.

Membro alicui cute integra obtecto illitum maxime penetrantem calorem excitat, qui tamen non excoriat. Serpigines omnemque malam ſcabiem illitum feliciſſime abſtergit: vt & verrucas & excreſcentias ex morbo gallico exortas. Et vt ego ipſe expertus ſum, hoc oleum ſuo interno igne & aëre intus & extra corpus, abſq; omni detrimento cum incredibili vtilitate poteſt vſurpari. Interius quidem ad guttulas aliquot cum aqua vel vino mixtum iis ſaporem acidulatum inducit, ita potum Ventriculum corroborat, ſitim extinguit & appetitum reſtituit.

Omnem inſuper pituitam lentam & indigeſtibilem incidit & extenuat, malos humores expellit, & hec omnia penetrante ſua facultate perficit.

## DE OLEO VITRIOLI DVLCI.

*℞ Calc. vitriol. libr. iij: huic acetum deſtillatum affunde, in locum calidum ſepone, deinde abſtrahe, aliud adde & hoc quinta vice per duos dies ſemper oleum in retorta cum Mampul. 2: arenæ groſſæ deſtilla.*

## DE COLCOTHARE Vitrioli.

Vitriolum fac colliqueſcere, in tartaro per tres horas optime exure, cum aceto deſtillato contere, poſteaque iterum calcina.

## SECRETVM ALICVIVS Vratiſlanienſis.

℞ Vitriol. prius vſurpati, & inde flaui & rubicundi facti q. v. ex hoc per alembicum igni forti oleum extrahe, illud diligenter reſerua: corpus mortuum relictum minutiſſime contere, aquam fontanam deſtillatam affunde, ſal eius extrahe: huic

huic extracto ſali aquam rurſus infunde, ſolue, filtra & coagula, hocq; quater repete: hoc modo fit album inſtar niuis & eſt pretioſius auro.

His peractis ℞ Salis part. ij, olei part. j. miſce, ad ignem exicca, hocque tamdiu repete, donec ſal duplex pondus acquirat, quã antea habuit: hoc ſal ita præparatum cum tanto pondere olei vitr. in vitrum injice, illud optime ſigillatũ per octiduum ad putrefactionem ſepone, deinde capellæ arenæ accommoda, hoc enim facto intra dies 14. coagulabitur, & puluis perficitur. Hic ſal vel puluis eſt præſtantiſſima medicina ad omnes generis morbos eradicandos; eius doſis eſt, quantum nummo vnico imponi poteſt. Serua pro ſecreto & vtere feliciter.

## De modo Oleum Vitrioli & Antimonij, ſimul extrahendi ad medicinam optatiſſimam.

℞ *Vitr. rubr. opt. lib. ij: antim. ſelect. op. alcolati lib. j. deſtilla, aq. extillatam ſemper in vaſe VValdburgẽſi reaſſunde, hocque toties reitera, donec antimonĩi & vitriol. omne phlegma in ſe imbiberunt & abſumpſerunt; hoc facto ſemper & continue nocte dièque fortiſſime vſque ad quartũ diem deſtilla, tunc phlegma in Baln. ſepara, remanebit oleum coloris ſanguinei, quod per retortam rectifica, & per ſpiritũ vini nouem vicibus abſtractum circula:* habebis oleum dulce, guſtu gratum & maxime efficax.

## FLORES ANTIMONII OMNIVM optimi purgantes.

Oleum Salis deſtilla, in eo Antimon. quantum fieri poteſt, ſolue, in alembico primo igne lento,

in fine vero fortiore deſtilla: tranſcendet oleum ſpiſſum. Huius olei aliquid alteri alembico impone, in cineribus iterum deſtilla, ſequetur oleum rubrum, pulchrum & pellucidum, quod eſt oleum rubrum Antimonij & ex recipiente eximendum.

Vitro aquæ pleno huius olei, quantum vis, infunde, oleum in modum farinæ albæ ſtatim petit fundum: hoc viſo aq. effunde, & aliam affunde, hocque tamdiu repete, donec nullam acrimoniam in lingua perſenſeris, itaque dimitte vt exiccetur, habebis enim flor. pulchros & albos.

## VSVS ET VTILITAS.

Horum ℈ iij hydropicis per aliquot dies porrecta omnes ſeroſitates educunt; & leniter purgant. Licet etiam eorum gr. tria ſumere in vino vel aliquo iuſculo calido, & pondus pro re nata grano vno aut altero vſque ad octo augere vel doſin diminuere, prout vires ægrotantis requirunt. Poſſunt non minus in febribus vſurpari, purgant enim non ſolum per aluum, ſed etiam per ſudorem.

## DE OLEO ANTIMONII Aurificato.

Ab oleo vitr. proceſſu ſuo præparato phlegm: in arena vel cineribus abſtrahe: eſſentiam vin rectificatam optimam ſuperfunde, per dies 14 ita ſtare permitte, tunc eſſentiam de ol. rurſus abſtrahe, & laminas auri candefactas in oleo extingue: ita enim de auro aliquid reſoluitur & in oleo remanet.

## DE OLEO VITRIOLI THEOphraſti ſecreto.

*℞ ol. vitriol. per ſe rectificati ℥j, ſui proprij ſalis capi*

*apite mortuo extracti & rectificati ℥ß, ponantur per lies 14. inuicem mixta ſub alembicum ad digeſtionem: ta enim ſal reſoluitur & fit oleum admodũ pulchrum, uod reſerua*, hoc facto ℞ *folia auri, quibus pictores ti ſolent, cum gummi Arabico calcina, vt fiat ſubtilis uluis, huius part. j, & olei part. ij, per dies 4. Balneo npone: hoc enim tempore aurũ in oleum ſoluitur & fit edicina celeberrima* ad omnis generis affectus.

Hoc oleum vel aurum potabile conſeruat hominem ſanum, penetrat omnia eius membra, & bigit omnes morbos, bis nempe quolibet menſe vſurpatum.

Theophraſtus Senatorem quendam calculo laborantem quolibet mane poſuit in ſudatorium vel ſtupham, eique inde exeunti huius olei dedit, gr. xv. cum vino, ita multos lapillos per vrinam expulit, hominemque intra dies 14. ſanitati integrè reſtituit.

Eradicat etiam omnes febres, preſertim vero quotidianam, tertianã & ipſam peſtem. Siſtit dolores colicos exterius illitum: curat paralyſin, illitum & intus ſumptum; vt & Iſchiadicam, & liberat hydropicos à ſeroſitate, idque per ſudorem.

## DE PRÆPARATIONE Olei Vitrioli.

℞ Vitriol. calcin. lib. iij, in puluerem tenuiſſimum terantur, cum ſpiritu vini aſpergãtur, & per retortam vitream ſicut tibi notum, fortiter deſtilletur; rectificetur & ad vſum aſſeruetur.

## VSVS ET VTILITAS.

Huius Olei tres vel quatuor gutt. mane ieiuno ſtomacho cum vino maluat vel aq. pimp. bibitæ cor corroborãt & exhilarant, ſanguinem mundifi- *Vſus.*

cant,elephantiaſin præcauent,caloremq; natiuum nutriunt & conſeruant. Cum aqua ſonchi potum caniciem capillorum corrigit, capillos reſtituit. Cum aq. meliſſæ vel bugloſſæ doloribus capitis à vertigine prouenientibus, & delirio vel maniæ ipſi reſiſtit: cum aq. lilior.alb. apoſtematibus, vbi tamen corpus prius eſt purgandum. Cum aqu. flor.vel rad.pæoniæ epilepſiæ: cum aq. altheæ,fœniculi vel anethi deperditæ memoriæ: cum aqu. lactucæ vel papaueris albi inſomniis: cum borraginis vel bugloſſæ, melancholiæ;cum flor.vel rad nenupharis maniæ & feruidiſſimis vlceribus pi. matris. Cum menthæ aquaticæ paralyſi; cum baſiliconis potum & illitum tremori artuum: cum ſaluiæ ſpaſmo,potum & illitum,cum violarum vel ſaniculæ montanæ vel euphraſiæ debilitati viſu: cum gladioli immunditiei & humiditati cerebri caputq; purgat:cum ſalu. & hyſſopi inuicem mixtis apoplexiæ,cum morſus diaboli doloribus punctoriis ſpinæ dorſi & malignitati ſanguinis: cum hyſſopi & ſcabioſ. mixtis tuſſi vetuſtæ: cum plantag.puſt.linguę:cum maiorane & baſiliconis mixtis palpitationi cordis: cum roſacea inflammationi corporis: cum menthę refrigerationi ventriculi: cum abſinthij morſibus venenatis animalium: cum ſpinę infectorię, doloribus matr. & cum mororum ſylueſt.anginę.

## DE COLCHOTARE DVLCIFICATO & creta vitrioli.

Colchotar ſi ſoluatur in calida, & rubor per ipſam diffuſus ſeparetur, poſt exhaletur, remanebit colchotar ſubdulce, quod remanet abſtractû omni rubedine, creta vitrioli dicitur.

ARCA

ARCANVM CONTRA ſcorbutum.

*℞ Ol. vitr. eſſ. ſulph. & mag. thlaſpios viol. an. ℥ß M.*

Contra difficultatem anhelitus.

*℞ Olei vitrioli dulcis & olei aniſi ana.*

Ad debilitatem ſtomachi.

Oleum vitrioli in vino potetur.

Ad anginam.

Olei vitr. guttę quinque cum cochleari mellis roſacei vel ſucci roſar. mixtæ potentur, eleuatur cum aq. prunellę, in qua guttulę 7. ſpiritus vitrioli infuſę ſunt. Vtere quandiu opus fuerit.

DE SVLPHVRE VITR.

Vitriolum ſoluatur & filtretur, vt artis eſt, huic oleum tartari affundatur, tunc enim ſulph. ad fundum retruditur, hoc cum aq. edulcoretur.

QVOMODO SVLPHVR VITRIOLI vt butyrum deprimatur.

Vitriolo ſoluto & filtrato ol. ſalis ammon. fixi affunde; ita enim deprimitur, hoc edulcora & cum croco Martis ad quęuis vlcera vetuſta vſurpa.

DE PROCESSV OLEI SVLPH. in Epilepſia.

Vitr. cum ſp. vini imbibatur, deinde ſ. a. deſtilletur. Hoc enim ſi ita fit, expertus ſum hāc additionē res magnas & admirandas preſtare. Si nēpe ſp. tart. correcti tertia pars reſpectu vitr. & quinta pars ſpir. aq. theriacalis cāphoratę reſpectu ſpir. vitr. adiungitur. & epileptico ante paroxyſmum exhibetur. Sciendum enim eſt, hoc medicamentum tantam habere vim contra hunc morbum, vt maior neq; excogitari neque optari poſſit: hoc enim

medicamine naturæ quaſi cor attingitur: eius vires mirum in modum eriguntur. Medetur autem non ſolum epilepſiæ, ſed etiam aliis huius generis affectibus, quales ſunt ſyncope, exſtaſis, &c. vt & omnibus oppillationibus, internis apoſtematibus ſuffocationi matricis, præcipitationi matricis & huius generis aliis.

## De præparatione vitr. contra ſpecies morbi caduci, ſcilicet analepſiam, catalepſiam & epilepſiam.

*℞ Vitr. cuperoſi lib. iij, phlegma per deſtillationem abſtrahe, idem corpori reaffunde, iterum vt antea abſtrahe, hoc quinquies vel ſexies repete, & vſque ad quartũ gradũ vrge.* Doſis eius ℈ß vſq; ad ʒß, ante & poſt paroxyſmũ. Si enim morbus ex vitr. gignitur per eundem etiam debet extirpari. In ſale autem vitr. eſt caducus, ideo de eo dandum, vt dixi in eo, quod habet operationem morbi.

Deinde *℞ Vitr. ſic præpar. ʒj liquor. viſc. querc. orizontis an. gr. xiiij*, ſedes autem caduci eſt in principio nuchæ, itaque nucha erit inungenda: quæ ſi in infantibus inungitur pinguedine caſtorei, iuuabit multum.

## DE SPIRITV ET OLEO Vitrioli.

A Vitriolo communi ſp. & ol. deſtilla & ſ. a. rectifica. *℞ ſyr. viol. & aq. vitæ opt. an. lib. j. aq. roſ. cui gr. ij. moſchi & ʒj prædicti ol. ſunt admixta, ℥iij. diligenter miſce.*

*Vſus.* Huius mixturæ operatio non poteſt ſatis commendari. Eius enim cochlear vnicum in febribus ardentibus exhibitum mirifice refrigerat. Non parum

um etiam præſtat in ſputo ſanguinis, ex rupturis venarum, præſertim vero thoracis, quod ego in multis ſum expertus.

## DE OLEO VITRIOLI corrodente.

*℞ Vitriol. comm. lib. vj. ſal. comm. lib. j ß, vitr. ſ. a. alc. deinde vtraque commixta in retortã iniyce, vel per latus deſtilla.*

## VIRTVS ET FACVLTAS.

Cum hoc oleo omnis generis apoſtemata & putrida vlcera poſſunt aperiri. Quæ enim ſaltem ſuperficialiter eo lauantur, ſtatim cum miraculo aperit, carnem putridam abſumit, & multa alia adminiſtrat.

## QVOMODO VITRIOLO ſuum extrahatur ſulphur.

Vitr. lib. ij coquantur in aqua vſque dum ſoluatur, hoc facto filtretur, lebeti ſeu vitro injiciatur, ℥ij ol. tart. guttatim tamen affundantur, & cum ſpatula lignea miſceantur; tunc enim edet fragorem & ſulphur ad fundũ retunditur: hoc ſi ſubſederit, aq. per inclinationem vaſis effunde, ſulphurque exicca, ita enim erit flauum; candefactum vero rubrum colorem acquirit.

## DE LIQVORE ET TINctura Corallorum.

Primo Coralli groſſo modo contundantur, deinde in aceto deſtillato diſſoluantur, cum ſatis ſoluti fuerint, acet. effundatur & aliud recẽs affundatur & iterum abſtrahatur, hocq; donec coralli omnes ſoluti fuerint, repetatur: tunc coralli ita ſoluti per veſicã in arena integros dies 10. digerantur, donec color coral. appareat veluti vin. rub.

hoc viſo acet.prius tamen filtratum, abſtrahe, do nec coralli in fundo permaneant ſicci, aq. hoc fa cto deſtillatæ tantum affunde, vt in ea omnin poſſint ſolui: hac aq. effumata aliam affunde, & quando etiam hæc euaporauerit & coralli ſic remanſerint, ij in cella vinaria ſub marmore ple niſſime ſoluantur: effluet enim hoc modo oleu rubrum pulcherrimum, quod in medicina ad mu tos affectus cum ſumma vtilitate poteſt vſurpar Cum itaque coralli ſunt edulcorati & ſicci fact tantum ſp. vini, vt 4. digitos tranſuerſos ſuperem neat, affunde, hic enim ſp. corallos adhuc mag ſoluet & colorem perfecte extrahet: hoc extra ctum effunde, & alium ſpiritum vini affunde, v magis extrahat, & hoc tamdiu repete, donec ſpir tus vini non amplius tingitur: tunc extractum i arena deſtilletur, vſque dum omnis ſp. vini ſit ab ſtractus, & materia in fundo remaneat ſicca; hui rurſus ſp. vini affunde, & videbis in fundo terran albam: ſolutum ergo rurſus abſtrahe vſq; ad ſum mum, & hoc quinquies; ita enim eſſentia coral lorum remanebit in fundo coloris plane ſangui nei, inſtar ol. ſpiſſi & à ſuo corpore perfectiſſim ſeparatum.

## ALIA EXTRACTIO CORAL.

Sp. vitr. corallos tenuiſſime pulueriſatos injice optime perlutatum in circulatorio arenæ ſeu ci neribus calidis impone: hoc enim modo rubo & tinctura in ſpir. vitr. extrahitur; quæ in morbo caduco cum ſua additione & ordine ſecundum prudentiam Medici poteſt vſurpari.

## ALIVS MODVS.

Corallis ſubtiliſſime pulueriſ. ol. ſalis affunda tur;

ur, cum in eo ſoluti fuerint, ol. abſtrahatur, aq. luuia. deſtillata affundatur, & ita coralli edulcoentur, vt ſalſedo amoueatur: hoc peracto color er ſpirit. vini extrahatur, extractio effundatur, ſpiritus vini toties per deſtillationẽ abſtrahatur.

ALIVS MODVS.

℞ *Corall. puluer. lib.j. ſal.comm. Man. igni vehe-nenti deſtillẽtur:* Exibit ol.corallor.tinctura autem orallorum vſurpatur cum aqua theriacali. *Notandum.*

DE ANTIMONIO.

*Oleum Antimonij Theophraſti.*

Nemo hucuſque fuit, nec erit etiam in poſteum, qui vires & virtutes antimonij ſatis potuerit ollaudare, in eo enim ſummum latet arcanum: & nihil etiam nobilius & præſtantius contra elephantiaſin reperiri poteſt: antimonio ineſt balſanus, quem per ſalem tartari ſ.a. extrahe, cum ſale rmoniaco exalta, cum aqua pluuiali deſtillata edulcora, exicca, ſuper marmore iterum ſolue & hoc tamdiu reitera, vſque dum clarum & lucidum cum omni rubedine appareat: hæc rubedo omnes fiſtulas, cancrum & morbum gallicum perfecte curat.

Antim. præparatum ad omnes morbos eſt vtile: in primis vero ad Podagram, luem Veneream & omnes inflationes totius corporis: inhibet etiam deſtillationes: omne malũ, quicquid illud ſit, per purgationem expellit, & ſi nihil mali inuenit, nihil etiam amplius aggreditur.

OLEVM ANTIMONII, PROceſſus probatus.

℞ Antim. ſubtiliſſime triti, & ſalis ſoluti an. lib.iij, vitr.calc.lib.j, ſulph.minutiſſime triti lib.jß,

hæc omnia inuicem optime conterantur, cũ aceto deſtillato ita humectentur, vt manibus ſubigi poſſint, hoc facto in retorta luto obducta primo ign. lento deſtillentur: cum omnis aquoſitas extillauit ſp. candidiſſimi ſubſequentes, colore lento de gradu ad gradum vrgeantur, quouſque receptaculum incipit albeſcere, hoc viſo refrigeretur: Habes enim oleum pulcherrimum omni pretio pretioſius æſtimandum.

## SVBLIMATIO ANTIM.

*℞ Antim. ℥iiij, ſal. ammon. ℥j, pulueriſentur & 5. vel 6. horis ſublimentur*; habebis flores rubros.

## FLORVM ANTIMONII præparatio.

Antimonium ſubtiliſſime & in farinæ modum tritum in retorta vitrea luto obducta veluti vitriol. igne lento deſtilla, in receptaculum vitreum excipe, extillabit lento greſſu album, flauum & rubrum; itaq; die nocteque vrge, donec nulli amplius ſpirit. ſequantur; hoc viſo vas refrigeretur, quicquid adhæret, deradatur, ſpiritui vini rectificato injiciatur, & in B. aliquoties abſtrahatur; ita enim fiet pulcherrime rubrum.

## EIVS VSVS.

Eſt præſtantiſſimus puluis purgans ad omnes morbos, cuius doſis grana 4. cum aceto vel aqua meliſſæ vſurpanda.

## FLORES ET TINCTVRA ANT.

Ant. ſulph. & ſal. nitri partes æquales minutiſſime terantur, inuicem mixta ollæ fictili indantur, carbone candente adiecto optime exurantur, ollæ exempta iterum ſubtiliſſime terantur, cum aq. fontana coquantur, poſtea coagulentur, ter-

tio

tio terantur, iterum tantum ſulph. & ſalis nitri, vt antea, addatur, vt prius coquãtur & ſiccẽtur, hocque tertia etiã vice repetatur, poſt hæc denuo tritis ol. terebinth. affundatur, in arena digeratur, effundatur, & in B. de mẽſtruo ſeparetur: ita enim in fundo perfectam & genuinam habebis Antim. tincturam.

Antimonium pulueriſatum in olla fictili lente liqueſcat, & poſtquã eius humiditas exhalauit, alia olla ſuper prædictam aptiſſime accõmodetur, & opus ign. vehementi vrgeatur. Proſpiciendum vero, vt duæ aliæ ollæ ſuperiori in magnitudine omnino pares ſint in promptu, vt ſi ex vna flores colliguntur, alia interim adaptetur. Doſis horum florum eſt ad 3. 4. vel 5. grana intra corpus ſumenda.

## TVRBITH ANTIMONII VEL Mercurius vitæ.

Ant. ſoluti lib. iiij injiciatur ferri igniti vel ſtricturæ chalybis lib. j, ſufficienter liquefiant, & cum fluit clarum & lucidum, tunc adde ſalis nitri Man. ij, alium tamen Manip. poſt alium immitte, cum iterum clarum effluit, effunde in infundibulum, facq; regulum, vti ſcis, huius prius tamen clarificati & ſal. ter fuſilis facti ℞ an. lib. j, inuicem ſubtiliſſime conterantur & in retorta deſtillentur. Quidquid de hoc in receptaculum deſcendit, in eo veluti glacies concreſcit: in locum vero calidum repoſitum, in ol. mutatur.

℞ Huius olei & vitrioli Vngarici vel Romani ad rubedinẽ calcinati ana partes æquales, primo oleum, deinde vitriol. deſuper alembico vel re tortæ impone, deſtilla, deſtillatum aquæ fontanæ deſtillatæ infunde: in hac enim veluti nix vel lac

deſcendit: & hoc eſt turbith antimonij, vel eius Mercurius vitæ; aquam ſupernatantem, quæ eſt acris & acida, effunde, & peculiariter reſerua: turbethum autem album exſicca, ſpiritum vini ter de eo abſtrahe, ita erit rite & perfecte præparatum.

EIVS VSVS.

Huius turpethi 2. 3. vel 4. gran. cum theriaca aut quocunq; libuerit, vſurpata aut per aliquot dies vino infuſa, vinumq; epotũ, hydropicos ſine vlla mora reſtituũt, febres & morbum gallicũ perfecte expellunt & epilepſiam certiſſime eradicant.

*Cohob. antimon.* Aquam vero acidam, quæ cohob antimonij nuncupatur, per B. abſtrahe, & cum incipit acida effluere, recipientem amoue, aquam ſequentem ſeparatim excipe; vltimo ignẽ fortifica: hoc enim facto ſubſequetur aqua flaua, quam peculiariter aſſerua: vocatur hæc cohob Antimonij & ad Balſamum ſulphuris vſurpatur.

ESSENTIA ANTIMONII.

Antimonium ſubtiliſſime pulueriſatum, vſquequo fiat puluis cineritius, calcinetur, ita tamen, ne fluat, quod diligenter eſt prouidendum. Cum ergo cineritium factum fuerit, igne vehementiori per 8. vel 10. dies reuerberetur; hoc facto in greſſu vltimo igne continuo & vehemẽti procedatur, vſque dum puluis fuſcus fiat.

Huius pulueris reuerberati ℥ij tantum aquæ vitæ, vt ſex digitos tranſuerſos ſupereminear, affunde, in B. per 12 dies deſtilla, & ſpiritum vini per deſtillationem abſtrahe, inuenies colorem in fundo, quem exicca & reſerua.

EIVS VSVS.

Huius pulueris in aqua ſoluti quatuor guttę ſum-

ptæ omnes febres, præſertim vero quartanam; hydropem quoque, luem Veneream & multos alios affectus curant.

VITRVM ANTIMONII.

Antimonio calcinato in teſta liquato ſal nitri ad magnitudinem auellanę injiciatur, cũ fluidum factum fuerit, iterum tantum injiciatur, ita tamen, vt quod primo injicitur, prius fluat, antequam poſterius injicitur. Et cum iam lucidũ factum fuerit, vt rubinus; tunc taleolam radicis bryoniæ magnitudinis thaleri imperialis & craſſitudinis medij digiti ſtylo ferreo affixam ſuper teſtam pone, hæc enim ita accommodata omnem venenoſitatem antimonii in ſe trahit, hoc facto effunde, & cum fuſum fuerit, cum aqua roſarum & corallis rubris in puluerem redige.

EIVS VSVS ET VIRTVTES.

Huius pulueris gr. vj, cum theriaca ad magnitudinem mediæ auellanæ & modico vini mane & veſperi ſumpta, & aliquid de vino deſuper epotum, per ſuperna & inferna purgat; oportet autem hoc ſumpto in loco calido manere & tres horas ieiunare.

Quando Antimonium prima vice eſt fuſum, ſed in colore non ſatis pulchrum, ſecundo & tertio poteſt fundi, donec tibi placuerit.

Hoc vitrum ſubtiliter contritum & affuſo vino veteri in loco calido vſque dum vinum coloret, relinquatur, vino enim euaporato rubedo ceu oleum ſpiſſum in fundo remanet: huic ſpiritum vini affunde, vt antea, donec ſpiritus coloretur, relinque, ſpiritum euaporare permitte, donec iterum oleum remaneat. Huius olei quinque vel

ſex guttæ, pro ratione patientis & ægritudinis aſſumptæ omnem putridum ſanguinem per aluum educunt, & deſtillationes corporis podagricas & crurum emendant, vitri tenuiſſime pulueriſati communiter dantur gr. ij vel iij in theriaca vel cóſerua roſ. in quãtitate fabæ vel paruę auellanæ mane ieiuno ſtomacho, & ſtatim ſuperbibitur hauſtus iuſculi piſorum aut alterius, & 3. vel 4. hor. à cibo potuq; abſtinetur. Licet etiam gr. 3 tranſcendere pro ratione perſonæ & morbi; & aliis etiam rebus, quam theriacæ & conſeruæ roſ immiſcere.

Quicunque hoc medicamine vtitur, per 8. vel 14. dies, bonam diætam obſeruet. Inſeruit præcipue ad inflammationes pulmonis & ventriculi peſtilentiam, melancholiam, febres chronicas paſſionem colicam, icteritiam & hydropem: prodeſt etiam iunioribus ad contracturas, & iis, qu forte venenum hauſerunt, ad morbum gallicum & alios innumeros affectus.

## TABVLÆ STIBIATÆ.

℞ *Vitri antimon. bene purgati ℥ij, gumm. tragac. ℨj, ſacchari albiſſ. in aq. roſ. diſſol. ℥iij, & in fine add oleum aniſ. Miſc. f. tabell.* quarum doſis ℨj pro robuſtioribus: imbecillioribus vero ℈ij vel ℨß.

## AMTIMONIVM SALIS NITRI & Sulphuris.

℞ *Antim. lib. ij, chalyb. vel clauor. longor. anguſt. lib. j. Sal nitri lib. jß; chalybs vel claui candefiant, vt in crucibulo fere fluant; hoc facto ſalem nitri in fragmentis vna vice inijce, crucibulum contege, & in fluxu per mediam horam ſtare permitte; Et hoc peracto Sal. nitri ℥iij vna vice adijce, iterum per ſe-*

*mi ho*

*mi horam ita relinque, vbi crucibulum operculo & carbonibus ſit obtectum, tunc in patinam vel lauatorium effunde, ſuperiorem ſcoriam abijce, vt regulus fiat veluti marcaſita, hoc viſo iterum in crucibulo fluat: Et cum aliquandiu in fluxu ſteterit, rurſus Sal nitri ℥ viij adde, crucibulum; operculo & carbonibus claudendo, denuo vt antea euaporent; & caue, ne carbo incidat in crucibulum, ita per horam dimidiam, ſeu tres quadrantes in fluxu permaneant, ignem circa crucibulum vehementer vrge, iterum ℥ß Sal. nitri adde; & in omnibus, vt antea, procede, fortiore tamen igne: Cum iam ſatis diu in fluxione permanſit, rurſus in lauatorium effunde, ſcorias ſi pulchræ & flauæ non fuerint, abijce; vltimo huius regulum denuo immitte, vt fluat, vt ante, Sal. nitri ℥uij adijce & ignem adhuc magis fortifica; & lauatorio infunde, ſcorias pulchras & flauas excipe & reſerua,* hoc enim facto ſuper regulo ſtellam ſignatam videbis, & eius non mediocriter miraberis. Quod ſi vero Sal & Sulphur antimonij habere deſideras, cum regulo perge, donec nil niſi ſcoriæ flauæ & pulchræ ſequantur, & nullus amplius regulus appareat, ſed totus in ſcorias ſit tranſmutatus: Tunc omnes iſtas ſcorias flauas in mortario calido contunde, aquam calidam affunde, & ſalem tam diu extrahe, donec aqua non amplius acuta fuerit, tunc donec cuticulam acquirat, coagula, & gutt. j. vel ij. olei vitrioli affunde.

Materiam vero citrinam exiccatam reſiduam habebis, Sulph. antimonij præſtantiſſima mr e medium ad febres, peſtes & alios morbos.

## OLEVM ANTIMONII, QVOD mirabiliter ſanat.

℞ *Spir. vini* ℥ij. *antim. maſtic. thur. alb. myrrh. rubræ. an.* ℥j. *omnia ſubtiliſſime pulueriſentur, in ſpiritu vini vaſe ſigillato putrefiant, poſtea primo igni lento, poſtremo vero fortiori deſtillentur*, hoc omnes affectus, alias inſanabiles curari poſſunt.

## ESSENTIA ANTIMONII.

℞ *Tart. part. ij. antim. part. j. lente vſque ad conſumptionem humiditatis cæmententur, poſtea per horas, 10. vel 12. fortius procedatur; hoc facto rubedo extrahatur, hæc rubedo effundatur, & aqua calida affundatur, tartarus de eo ſoluatur, donec nullam acrimoniam perſentias, tunc ſpiritus vini affundatur, colore extrahatur, & vſque ad oleum euaporetur.* Ita enim erit perfecta; & præter quod refrigerat, etiam omnes affectus feliciter curat.

## DE VSV FLORVM Antimonij.

℞ *Flor. antim.* ℥ß. *ſacch. cand.* ℥j. *camphor.* ʒj *his vitro iniectis ſpiritum vini affunde, & ita coagula*, inuenies ſubtilem puluerem, cuius hydropico, & ad alios morbos primo die dare poteris gran. j. ſecundo duo, & ita in doſi aſcendere, quouſque ſatis eſſe putabis, & ſudor ſufficienter fuerit commotus; videbis miracula: morbo gallico infectis non opus eſt, vt pluries quam ter huiuſmodi remedium exhibeas, tunc enim ſuſcipe curam, quæcunque tibi placuerit.

## VSVS FLORVM RVBEORVM Antimonij.

Huius Antimonij detur parum contra pleuritin, obſtructionem pectoris & morbum gallicum cum aquis appropriatis: Modo enim ſequenti æger in tribus vel quatuor diebus poteſt reſtitui. Æ-

grum

grum taliter in ſtupham, vt nil niſi caput exterius emineat, colloca, laminam ferream ſatis craſſam & mediocriter candefactam ſub ſcabellum, cui inſidet, pone, prædictum puluerem ita laminæ inſperge, vt euaporatio totum corpus pertingat, & ſudorem ita per tres horas continuo vrge: hoc enim modo in breui tempore curabitur.

## PRÆPARATIO OLEI ANTIMOnii Sulph. vitrioli, abſque omni corroſione.

℞ *Antimon. ſulphur. vel vitriol. quodquod vis, part. j. ſacchar. albiſſ. part. ij. pulueriſata optime miſceantur, in retorta* (eius tamen non nimium) *primo igne lento, deinde paulo fortiori deſtillentur*; habebis ad vſum internum mirabilem mundificationem & ſanationem, tribus nempe eius olei guttulis in aquam dimiſſis & ita ſumptis.

## ALIVD OLEVM Antimonij.

℞ *Antim. præp. lib. j. Sacch. cand. ℥xij. Mixta pulueriſentur & per retortam in arena deſtillentur:* ita habebis oleum.

*Vel,*

℞ *Antimon. calcinat. lib. ij. ¼ Sacch. lib. j. mixta deſtillentur:* exibit primo phlegma, deinde pulchrum & fuſcum oleum, quod ad ſequentes morbos, & apoſtemata maxime inſeruit.

## VSVS ET VTILITAS.

Quicquid in humano corpore eſt immundum, ſiue ſit calculus, ſiue aliud quidpiam, hoc oleum educit: Eriſypelas; dolores iſchiadicos, condylomata: anguſtiam, peſtem, elephantiaſin, quæ in ſecundo vel tertio gradu adhuc fuerit, ) vlceroſa

enim eſt omnino incurabilis) recentia & inueterata vlcera & vulnera; Epilepſiam & hydropem certiſſime bis in die datum eodem modo curat. Ad paſſionem colicam, febrem quartanam & omne genus febrium dantur eius guttæ quatuor in vino. Epilepſiam & hydropem etiam extra corpus vſurpatum ſanat: & vlcera valde exiccat.

Nonnulli illud ita præparant. *℞ antim. lib.* j. *Sacchar. alb. & cand. lib. ß. deſtillentur per retortam; extillabit album*, rubrum & flauum ſimul; *in Balneo phlegma abſtrahe, ſpiritum vini infunde, illudque quarta & quinta vice iterum abſtrahe*; fiet hoc modo dulce & perfectum.

## QVOMODO CVM ANTIMONIO præparetur Vinum.

Dolio viginti menſuris muſti impleto infunde olei antimonij ℥ß, diligenter prius commiſta fermentent, doliumque ſemper maneat apertum. De hoc vino quotidie bis, ante prandium nempe & cœnam bibatur.

## DE VITRO FLAVO ET RVBRO.

Antimonij rubri ſubtiliſſime triti lib. j. igni lento per horas quinque, donec colore fiat cineritium, calcinetur, poſtea in crucibulo ſoluatur, cum fluit, carbones candentes injiciantur, crucibulum obtegatur, per horam integram in igne vehementi relinquatur, poſtea inde eximatur, refrigeretur, & crucibulum confringatur: hoc enim facto mel in fundo reperies, quod iterum in puluerem redige, & vt antea, donec ſufficienter albeſcat, calcina, cum ſale liquido ſumendo ſcilicet ad ℥xij. antimonij, ℥ß ſalis, diſſolue, in fluxu per ſemi horam vel diutius relinque; hoc ſpatio elapſo

in pe

Antimonij eſt præſtantius ; & in multis caſibu vſurpari poteſt. Salem per acetum & argentum viuum inuicem vnita & per ſublimationem, coagulationem & ſolutionem in oleum reducta, in oleum reducito,& hoc ipſo modo,vt dictum, edul-cora. Vocatur hoc Mercurius vitæ, expellitque elephantiaſin & Luem Veneream, & ſumitur intr corpus ad guttulas duas cum aqua Cichorij.

*Mercurius vitæ.*

## PVRGATIO ET FIXATIO Antimonij.

Antimonij ℥x. & Sal.nitri ℥v. minutiſſime inuicem conterantur, in crucibulo magno vel fictil fortiſſimo carbonibus ignitis imponantur, primo lente, poſtea vero fortiter, vt materiæ fiant ruffæ incendantur: hoc enim modo fragmenta metallica apparebunt: Sal vero nitri interim ſucceſſiu effumat: Et ſi hoc modo ſemel calcinaueris, tun ſalem nitri cum aqua calida ablue, alium recentem in eius locum vt antea injice,& prædicto modo præpara: hoc etiam tertia vice repete. Et fie Antimonium album & fixum, eritque vti diaphoreticum vſurpandum : graues expellit morbo per ſudorem, valetque in febribus & peſte. Doſis eius eſt ℈ j. ad ℈ ij. Ego febricitanti tertiana adminiſtraui ℈ ij. Et egregie fuit curatus per ſudorem.

## OLEVM ANTIMONII AD Callum & Fiſtulas.

*℞ Antim.℥iij. Mercur. ſublimat.℥ß, mellis ℥vj mixta omnia, vt artis eſt, per retortam vitream med.ocri igne deſtilla :* Et exibit oleum ad calloſa & omnia maligna vlcera præſtantiſſimum.

ALIVD

## ALIVD OLEVM Antimonij.

℞ *Antim. & Sal. gemm. in calcem vſti an. lib. iij, trita ſimul & permixta in modum olei vitrioli deſtilla:* emanabit oleum validiſſimum ad vlcera quæuis atque putridam carnem & emortuam à viua ſeparandam abſque omni dolore: Eſtque ad vlcera ſummum remedium.

## ALIVD EIVSDEM Oleum.

℞ *Antim. & tartari calcin. an. ℔ j. mixta ſimul per alembicum tamdiu deſtilla, donec reſoluta fuerint. Huius deſtillationis ʒj. Et alcoolis vini ℥ß paulatim exiccari ſinantur, & poſtmodum ſuper marmore in loco humido in oleum reſoluantur.* Maior & præſtantior cura ad vulnera vix vnquam reperiri poteſt; exceptis vulneribus in capite.

## DVLCEDO, BALSAMVS ET Mumia Antimonij.

Antimonium cum ſale armoniaco reſolue, tunc demum pluuiali aqua dulcorato, ac poſtea exiccatum ſuper marmore toties reſoluatur, donec colorem rubicundiſſimum, limpidiſſimum & perſpicuum acquirat. Hoc medicamento fiſtulæ, cancroſaque vlcera à morbo Venereo orta peruncta ſanantur.

## THEOPHRASTI LAVDANVM verum.

℞ *Ol. Antim. aloes hepatic. præpar. ana ℥j. aq. roſar. ℥ß, croci ℥iij. ambræ ʒij. Miſc. formentur Magdaleones.*

## ALIVD LAVDANVM Theophraſti.

*℞ Ol. antim. aloes hepat. citr. ana ℥j. pone maſſam hanc in vitrum ad cineres calidos, ſine parum ſtillare, & concreſcet in modum maſſæ, ex qua formentur pilulæ magnitudine grani hordei:* Hæ valent pro roborando capite & pulmone: in febribus item, tremore cordis, Symptomatibus epilepticis & ſimilibus. Doſis pilulæ 2. vel 3. ad ſummum 4.

## OLEVM ANTIMONII PVRGANS.

Antimonium crudum tenuiſſime teratur, cum oleo vitrioli calcinetur, poſtea per retortã deſtilletur, & aliquoties rectificetur: quo enim ſæpius, eo melius. Hoc oleum rectificatum tabulæ vitreæ infuſum in cella vinaria ſoluatur, & per alembicum deſtilletur: exibit primo oleum vitrioli, quod obſerua & ſeparatim excipe: ſecũdum quod ſequitur, erit oleum antimonij rubrum & valde pulchrum, quod in vitro mundo diligenter reſerua.

### VSVS.

Huius olei gutta vnica in vino ſumpta omnes affectus ex deſtillationibus ortos & oriundos per vehementem ſudorem & vias vrinæ mirabiliter expellit. Et eſt valde bonum.

## ANTIMONII SVBLIMATIO.

*℞ Antim. part. ij. Sal. ammon. part. j. ſubtiliſſime pulueriſata in ſublimatorium injiciantur, & ignis ſecundum gradus regatur, aſcendet Sal armoniacum,* & colores antimonij ſecum rapit, quod viſu eſt admodum mirabile: hæc materia per reuerberatorium graduetur, vt perfectam ſummamque rubedinem acquirat, vel ad rubedinem ſublimetur:

ur: hoc facto aliquoties ita mixta ſublimentur, lonec fiat materia ſubtilis, quæ in cella vinaria oluatur, & tandem oleum à Sulphure ſeparetur, qua, cui ineſt Sal ammoniacus, coaguletur: ita nim Salem ammoniacum recipies, qui denuo oteſt vſurpari. *Notandum.*

## DE SVLPHVRE ANTIMOnij pulcherrimo.

℞ *Sal.tart. part.j.antimon.part.ij, ſubtiliſſime teamur.* (Si vero regulum antimonij acceperis, erit nelius) hæc diligenter mixta fluant, donec non mplius effument, hoc facto effunde, & videbis alem tartari antimonio vel eius regulo rubedi-iem extraxiſſe, in qua verum Sulphur antimonij atet, hoc tenuiſſime pulueriſa, & ſequenti modo procede.

Prędicto antimonio in vitrum iniecto ſpiritum ini rectificatum & tartariſatum, vel acetum de-tillatum tartariſatum affunde, vitrum optime bturatum, vt rubedo extrahatur, digeſtioni com-nitte: & cum ſpiritus vini vel acetum rubicun-lum factum fuerit, illud effunde, aliudque affun-le, & id tamdiu repete, donec non amplius tinga-ur. Hanc rubedinem pellicano infuſam ad dige-endum per octo ſeptimanas fimo equino vel ci-neribus calidis committe, & cum iam ſufficienter utruerit, in cineribus per retortam vel alembi-um deſtilla, habebis oleum antimon. dulce pul-herrimum perfectæ rubedinis, hoc in Balneo amdiu ſepara, donec fuerit purum & nulli rei a-ienæ permixtum: Quod ſi vero vim corroden-em non omnino depoſuit, per ſpiritum vini opt-ffuſum iterum vſque ad oleoſitatem abſtrahe: ita

n, verum habebis Antimonij oleum, quod erit dulce & omnis corroſionis expers, hoc lente admodum in lapidem coagula, cui lapidi rubedinem ſuam per ſpiritum vini extrahe, & ſpiritum rurſus abſtraho, videbis eius eſſentiam in fundo reſidere, quam aqua dulci ablue & iterum exicca, ita enim eſſentia quinta Antimon. perfectiſſime erit parata, qua vtere, vt didiciſti.

## DE OLEO RVBRO ANTIMONII.

℞ Reguli Antimonij part. j. Mercur. ſubl. part. iij. minutiſſime mixta conterantur & per triduum in loco humido exponantur, tandemque per retortam igne lento deſtillentur, exibit primo aqua alba. Cum nihil amplius extillat, refrigeretur, aqua materiæ in retorta rurſus affundatur, deſtilletur, aqua ſucceſſiue fortificetur, tandemque fortiſſime vrgeatur, ita enim oleum coloris omnino ſanguinei extillare videbis.

## SVLPH. ANTIM. PVLCHERRIMVM.

Fl. Antim. rubri cum ſale tartari pręparati ſ. a. edulcorentur: horum ſulph. part. ij. & Sal. Ammon. part. j. inuicem mixta bis vel ter ſublimentur, & edulcorentur, ita enim erit paratum: Hoc Sulphur leniter per aluum purgat, ita vt etiam infantes eo poſſint vti, eiuſque doſis à granis tribus vſque ad ſex.

## QVOMODO TVRPETHVM dulce minerale Theophraſti præparari poſſit.

Cum tartaro & ſale regulum Antimonij præpara: hunc per fluxum ex ſelecto Sale & tartaro bis clarifica, hoc enim modo fit candidius ipſo argento, hunc ſubtiliſſime contere in alembico

paruo,

paruo, ſed oblongo & luto obducto interdum ad profunditatem trium digitorum in arenam diſpone, tantum olei vitrioli rectificati, vt tres digitos emineat affunde, alembicum conuenienti operculo contege, in tantum ignem vrge, vt manu adhuc arenam contingere poſſis: hoc enim modo in oleo videbis venulas, & ſpiritum album in imum & altum migrare, hoc calore continuo per diem integrum procede, tandem deſtillatorium refrigerare permitte, vitrum cum annulo ad id parato quatuor digitos ſupra materiam abſcinde, operculum conueniens cum breui & amplo roſtro adapta, & ita deſtilla, vt omnino nihil de oleo & ſpiritibus relinquatur. Reſiduum ex deſtillatorio exime, in lapide ſubtiliter contere, ponderatum & phiolæ iniectum arenæ impone: ita enim primo fiet flauum, & vltimo ſanguineum. Et hoc erit turpethum minerale dulce Anabaptiſtæ.

PRÆPARATIO OLEI ANTIMONII contra Morphæam, Lepram, Elephantiaſin, Vlcera & Vulnera.

Antimonij ℔ j. cum tartaro albo & crudo ac aceto deſtillato digeratur, deſtilletur & rectificetur.

FIXATIO ANTIMONII, QVA CONuertitur quaſi in lapidem vel rubinum, perdurans in igne, ſub lingua dulcis vti ſaccharum, tingens vinũ veluti in ſanguinẽ: Et eſt ad conſeruandam ſanitatem hominis ſummũ Arcanũ.

Antimonij & Tartari partes æquales in teſta per horam integram cum vehementia fundantur, & fuſa in lauatorium projiciantur. Hoc facto ♃. Reguli tenuiſſime triti part. ij. Mercurij loti &

purgati quart. j. ol. vitriol. part. ij; hæc inuicem mixta & contrita in alembico calori lento accommodentur, extillabit mixtura flaua; quæ cum exiccata omnino fuerit, iterum ſubtiliſſime puluerifetur, ſpiritus vini affundatur, vſque dum rubedinem acquirat, tunc ſpiritus hic effundatur & alius recens affundatur, hocque toties repetatur, donec non amplius tingitur. Hanc extractionem per deſtillationem abſtrahe, videbis materiam in fundo in modum ceræ fluere. Hæc tabellę infuſa conuertitur in lapidem, inſtar rubini. Hoc antimonium curat omnes morbos & mitigat dolores cum ſpiritu ſcil. vini præparatum. Eius nempe ℈j libræ integræ ſpiritus vini commixtus, per hanc medicinam Fernelius in Gallia multa miracula præſtitit. Spiritus vini, cum quo oleum antimonij cum Mercurio ſublimato pręparatur apoplexiam, paralyſin & luem Veneream pulcherrime emendat.

## OLEVM ANTIMONII laudabile.

℞ *Antimonij & Salis Hallenſis ana lib.iij. Sal tamen prius debet eſſe fuſum, tenuiſſime trita & mixta per latus tribus diebus deſtillentur*: hoc enim modo ℥iiij, ℥iiijß vel ℥v extillabunt. Hac enim ratione ex vitriolo calcinato oleum rubrum poteſt pręparari.

## FLORES RVBRI Antimonij.

Antimonium & Sal tartari inuicem conterantur: in fornace venti fundantur, cum ſufficienter fluit, guttatim aquæ frigidę infundatur, huic tamen fornaci non adeo approximabis, ne à guttulis ſaltantibus lędaris: hoc facto acetum infunde, vt flo-

vt flores eo commodius deſcendant:hos exiccatos ſacculo infunde, ita enim aqua effluit & flores remanent, quibus cum aqua calida optime edulcoratis, plus aceti aquę affunde, vt flores deſcendant,quos edulcora & reſerua.

## DE SALE NITRI.

### Salis nitri clarificatio.

Salis nitri quantum vis in cochleari fuſorio ſoluto cochleare Sulphuris citrini non vna vice, ſed paulatim affunde, ita enim fiet clarum & durum veluti lapis.

### EIVS VIRTVTES.

Huius ad magnitudinem trium piſorum cum aqua fontana ſumptum omnem calorem nimium in corpore extinguit : ſanat etiam anginam, gingiuarum putredinem, & fœtorem anhelitus emendat.

### OLEVM SALIS NITRI

Huius olei gr. iij, omni mane ſumpta mundificant tventriculum & veſicam & partes eas in ſanitate conſeruant : cum vino in ore retentum putredinem oris corrigit & ipſam anginam curat.

### SPIRITVS SALIS NITRI.

Spiritus hic aurum reſoluit ; vt fiat potabile ad Elephantiaſin & alios morbos expellendum : purificat etiam ſanguinem, in vtroque ſexu multa miracula præſtat, & ad guttulas tres vel quatuor in vini cochleari vſurpatur.

### LIQVOR SALIS NITRI ad confortandum cerebrum.

Sal nitri in ęquali menſura aquę vitę deſtilletur,hoc facto tamdiu,donec fundum non amplius

tangant,inuicem deſtillentur: huius ℈ß cum oleo nucis moſchatæ ebibitus cerebrũ peroptime corroborat & quoſcunque illius morbos expellit.

Fit eo modo, quo oleum Salis virid. & eſt ventriculi ſumma medicina: doſis guttæ iij. veſicam à ſuperfluitate liberat & putrilaginem eius aufert: linguam nigram & calidam mitificat, & vlceribus carnis conuenit.

## PRÆPARATIO SALIS NITRI in Pleuritide.

℞ *Salis nitri* ℔ ß. *tartari crudi* ℔ j. *deſtilla ſexies per alembicum*: doſis ℈ß vſque ad ℈j. in aqua fontana, mane, meridie, veſperi & media nocte: operatur autem per vrinam, & non per ſeceſſum: quia apoſtemata non egent euacuatione per aluum, ſed per vrinam expelli.

## OLEVM SALIS NITRI.

Salem nitri optime clarificatum cum puluere laterum vel Silicum permiſce & vt vitriolum deſtilla, acquiris ſpiritum & oleum.

## DE SALE.

Oleum Salis non ſane eſt labor fruſtraneus: primo enim peroptime extinguit ſitim: ſecundo reſiſtit putredini, & tertio appetitum reſtituit: quicquid etiam in vulneribus & vlceribus eſt putridum, hoc ſale aſperſo in vnica quaſi hora abſque omni dolore abſtergitur. Nonnulli hydropici hũc ſalem vſurparunt, & in decem diebus nulla ſiti ſunt moleſtati: non autem eſt acre, vt cætera Salia, ſed dulce & in ſapore ſucco ex pomis ſylueſtribus expreſſo ſimile.

## OLEVM SALIS.

Salis vulgaris & Salis nitri partes æquales commiſcean-

niſceantur luto figulorum, ex hac maſſa formen-
ur orbiculi: hi poſtquā exiccati fuerint per retor-
am primò lente, deinde fortiſſimo igne deſtil-
entur: liquoris inde deſtillati lib. j. cum ℥iiij Sa-
is fuſi mixta per 24. horas dimittatur, deinde et-
am per retortam deſtilletur: ita enim maiorem
crimoniam acquirit, & ſimul etiam augmenta-
ur: hoc autem repete aliquoties, donec ſpirituum
atis acquiſiueris, ab his phlegma per B. abſtrahe,
c in arena adhuc ſemel rectifica, fiet clarum &
erfectum.

## HVIVS OLEI VSVS.

Huius olei gutt. 6. vel. 8. cum aqua fontana vel
ino mixtæ & icterico mane & veſperi exhibi-
æ, morbum euellunt: purificat præter hoc etiam
mmundum ſanguinem & omnia interna mem-
ra, eius in ſeptimana bis ad guttas 4. vel 5. ſum-
tæ præſeruant hominem ab omnibus morbis,
c Symptomatibus: conducit etiam ad hydro-
em, pleuriſin & ventriculi immunditiem.

## SECRETVM CONTRA Hydropem.

Oleum modo optimo ex Sale per retortam de-
illetur. Cum hoc Sulphur ſubtiliſſime ſublima-
um immiſce, vt fiat inſtar pultis, tunc iterum
er retortam deſtilla. Extillabit liquor inſtar la-
tis, qui maximum eſt ſecretum aduerſus hydro-
en, quo præſtantius vix reperiri poteſt, vt non
ninus contra omnia venena, & omnem immun-
itiem ſcabiei à cute abſtergit.

## OLEVM SALIS.

Olei Salis & aluminis æquales partes calore

conuenienti ſoluantur: Hoc oleum Salis per aliquot dies exhalatum aquam omnem hydropicorum breuiſſimo temporis ſpatio educit. Epileptico dedi cum aqua vitæ, eumq; auxilio Diuino reſtitui: Febres ad tres guttas potum eradicat: Contra icteritiá vſurpantur eius tres vel quatuor guttę cum aqua vitæ: omnia quin & decurtata membra extendit, & paralyſin, ſiue apoſtemata, illitum emendat, quia nempe vehementer penetrat. Omnes fere eius virtutes eſt impoſſibile enarrare.

℞ *Succ. viol. elect. Iuniper. an. q. ſ. ol. Sal.* ꝟ. *Miſce*, & de hac mixtura quouis mane ieiuno ſtomacho grana tria ſumantur; pręſeruat toto eo die ab Apoplexia & ab omni aëre contagioſo: corroborat cor & totum corpus, reſtituit amiſſam loquelam: & à puerperis & grauidis decumbentibus tuto poteſt vſurpari: partum enim facilitat, eique colorem naturalem conſeruat, hydropem etiam educit, quotidie vſurpatum omnes febres eradicat. Elephantiaſin, peſtem, apoplexiam, & icteritiam cum oleo Salis & ſaccharo candi in formam Electuarij redactum mane ſumptum curat.

## ARCANVM SALIS.

Ol. Salis cum ℥j ol. Abſinthij mixta, eiuſque omni mane grana tria ſumpta in hydrope ſunt probata. ℞ Ol. Terebinth. albiſſ. huic ℨj aq. ſcabioſ. admiſce & eius cum pondere vnius nummi de arcano Salis peſti affecto exhibe, eumque vt ſudet, contege.

## DE TARTARO.

### *SAL TARTARI VITRIOlatum.*

Oleum tartari guttatim in quartam partem ſpiritus

ritus vitrioli rectificati infunde, deſcendet in fundum Sal album, quod eſt dulce & ad vſum nobiliſſimum.

## EIVS VSVS.

Hydropem, calculum & varios alios morbos emendat, & ſudorem prouocat. Miſcetur autem cum melle roſato vel alio Syrupo. Eſtque eius doſis à ℈ß ad ℈j cum vino albo.

## SPIRITVS TARTARI Rectificatus.

Doſis huius grana 7.9.15. in vino, aqua meliſſæ vel perforatæ. Sumpto vero hoc ſpiritu æger maneat in lecto, vt ſudet: tollit omnes oppilationes membrorum.

## QVOMODO OLEVM TARTARI reddatur dulce, vt interius & ad vulnera poſſit vſurpari.

Oleum tartari in cella vinaria ſolutum in arena fortiter deſtilla, iterum ſolue, fortiterque coagula: huic pulueri ſpiritum vini affunde, in Baln. extrahe, effunde & alium ſpiritum affunde, vt tres tranſuerſos digitos emineat, hocque tamdiu repete, donec ſpiritus non amplius fiat rubicundus, tunc ſpiritum vini ter vel quater deſtillando abſtrahe. Quando vero tartarus in ſpiritu vini ſoluitur, ab vſu. & effuſione erit abſtinendum, ſed ſolummodo ſpiritus vini ſæpius affundendus, ita in locum calidum aliquandiu collocandus & per deſtillationem fortiſſimam abſtrahendus, & hæc affuſio & deſtillatio tamdiu repetenda, quouſque fiat adeo dulce, vt in vulneribus non amplius mordeat. Hoc peracto ſpiritum vini ad ſiccitatem vſque abſtrahe, pulueremlapidi ſolutionis impone, ibi-

demque ſolue. Et hoc eſt oleum tartari dulce vel aqua tartari: cuius doſis eſt ℈j, ad pulmones nempe & veſicam exulceratam atq; alios internos affectus.

## SPIRITVS TARTARI.

Tartarum igne libero & aperto deſtilla: exibit hoc modo ſpiritus vna cum liquore fœtente; craſſo & nigro; hunc in deſtillatorio cum ſuo alembico per Baln. deſtilla, ita exibit ſpiritus lucidus & clarus cum oleo aurei coloris, quod per ſeparatorium à ſpiritu erit ſeiungendũ. Spiritum cum tartaro recenti per Balneũ rectifica, hoc n. modo fiet adhuc elegantior & lucidior, quanto n. pluries eum rectificaueris, tanto ſubtiliorem, præſtantiorem & penetrantiorem reddideris. Et ita erit ad vſum optime paratus.

## MODVS CONFICIENDI liquorem Tartari.

Fæcibus nigris in retorta relictis aquam feruidam affunde, eius ſalem extrahe, hoc facto coagula, reuerbera & per duas vel tres horas calcina ne tamen fluat, tunc iterum aqua deſtillata ſolue & per chartam filtra: ſic enim fæces multæ & nigræ materiæ in charta remanent, his abiectis colatum iterum coagula, reuerbera & ſolue, hocque ſoluendo, filtrando, coagulando & reuerberando, donec nullæ fæces conſpiciantur, quater vel quinquies repete & erit perfecte abſolutum.

Huius Salis tartari reuerberati vnciis octo ſpiritum vini optimum affunde, & in pellicano vel circulatorio Hermetis luto ſigillato per 14 dies vel diutius in ventre equi digere, ita n. eſſentia colore rubra tranſlucida inſtar rubini extrahi-

tur: hoc viſo vitrum confringe, eſſentiam in alembicum effunde, & ſpiritum vini abſtrahe, remanebit liquor rubicundus colore rubinum referens, odoris optimi & operationis validiſſimæ, qui vera & genuina eſſentia tartari nominari poteſt & debet: Spiritus vini fæcibus reaffundi & denuo abſtrahi poteſt, donec extrahere aliquid valet, quod penes quemlibet eſto.

VIRTVTES SPIRITVS TARTARI.

Hic ſexies debet rectificari, & deinde cum ſpiritu vini circulari. Huius guttæ x. cum aqua menthæ ſumptæ præ cæteris omnibus conducunt paralyſi, & totum corpus virtute ſua penetrant.

VSVS LIQVORIS TARTARI.

Ex hoc prædicto liquore circulato & fermentato cum ſaccharo candi fac amalgama: & ſi in corpore malum perſentis aliquod, huius amalgamatis inſtar piſi cum hauſtu vini ebibe: auertit omne malum & dolores, qualeſcunque illi fuerint, & te vſque ad finem vitæ ſanum conſeruat.

VIRTVTES OLEI TARTARI.

Hoc oleum omnes maculas ex pannis laneis abſtergit; vt & ex manibus, ſi hoc ipſo oleo lauantur, carnem putridam ex vlceribus eradicat. Huius ℈j cum ℥ij conſeruæ roſarum, & ℥iij aq. roſarum hauſtus ventriculum ab omnibus morbis liberat; maculas quinetiam faciei abſtergit, ſi eius parum ſumatur & cum aquis conuenientibus miſceatur.

Huius olei tartari ℈j cum vino optimo ante ingreſſum ſtuffæ hauſtus calculum renum & veſicæ infringit, ſabulumque expellit, & ſtranguriam

corrigit. Oleum tartari, in quo ceruſſa & camphora diſſolutæ ſunt, omnes ſerpigines amouet, cutem mundificat & vlcera putrida, ſi ea lauantur, perſanat. Contra puſtulas oculorum ex lepra enatas, æger prius balneum debet intrare, ſequenti veſpera iturus cubitum loca puſtulis infecta hoc oleo inungere; ea poſtea linteo diligenter contegere, ne ab aëre, antequam oleum exiccetur, contingantur. Hoc mane & veſpere reitera: videbis eas euaneſcere. Hoc oleum etiam verrucas manuum & aliorum membrorum feliciſſime eradicat.

## REMEDIVM AD VVLNERA.

Ad huiuſcemodi medicamentum præparandum, quod vulnerum quorumcunque labra hiantia contrahit, & ea veluti ſcriniarius cum ſuis tabulis ligneis facere ſolet, conglutinat, magna requiritur exiccatio & ſtypticitas, quæ carni ſolummodo conueniat. Ad talem itaque præparandam tartaro ad ſummam albedinem calcinato affunde ſpiritum vini circulatum, & vſque ad caput mortuum vel extremam ſiccitatem, quantum potes, & vt vitrum intus & extra excandeſcat, deſtilla, hoc viſo aliud infunde, & tamdiu, vt antea, procede, donec ſpiritus vini circulatus fiat omnino dulcis, qualis per ſe ipſum ſolet eſſe: hunc ergo per ſe reſolue, & quicquid reſolutum fuerit, eſt remedium ad vulnera & Balſamus vulnerum ſpecificus poteſt nominari.

## QVOMODO SAL TARTARI ALbum per ſpiritum vini poſſit Cryſtallinum reddi.

Sal tartari album quater ſolutum, filtratum & coa-

coagulatum in amplo vaſe cæmentationis, vſque lum fiat cœruleum, reuerbera: huius Salis tartari cœrulei part. j. & ſpiritus vini part. iij. Balneo impone, acquirit ſpatio 40. dierum pulcherrimã rubedinem: hoc viſo effunde, alium ſpiritum affunde & vt antea procede, donec ſpiritus vini nullum mplius colorem extrahit, & Sal tartari perpulhrum, lucidum & in duritie auri in fundo reſidet. piritum vini per interualla effuſum in phialam ollige, & Balneo impone: rubedo enim hoc moo in phiala coagulatur, & in ſpiritu vini inſtar utyri flaui innatabit: Spiritum igitur vini de ex ffunde, materiam vero flauam in cineres projice, ertetur enim ibi in pulcherrimum lucidumque leum. Cum hoc oleo crocum Martis in oleum pſemet ſolui. Salis tartari Cryſtallini part. j, & ol. itriol. part. iij in cineribus per integrum menſem igerantur, acquiret formam pultis: Huius ego ccepi partem vnam, ſequentis olei partes tres, his ddidi partem vnã præcipitati, ita mixta per menem cineribus impoſui, & cum hoc tempore claſo patinæ argenteæ candefactæ infunderem, fluebat vt argentum candidiſſimum, parumque de eo uit amiſſum: oleum vero ita præparatur. ℞ *Vitriol. crudi part. ij. vitriol. calcinat. part. j. antimon. part.*, *deſtilla*, vt fiat oleum.

## SOLVTIO TARTARI.

Ex Sale tartari cœruleo per ſpiritum vini rubeinem extrahe, vt in præteritis fuit dictum, & remanebit rubedo in fundo, inſtar olei.

## SAL TARTARI COEruleum.

Sal Tartari vulgaris in crucibulo tamdiu cande-

fiat, donec colorem cæruleum contraxerit.

## SAL TARTARI
### Rubrum.

Sal tartari albũ igne vehementi tam diu fac flue re vel colliqueſcere, donec fiat rubrum: tunc funde

### *Nota.*

Sciendum ſane, Deum rerum omnium conditorem maximum, naturæ tot & tanta dediſſe miracula, vt nulla ſapientia id poſſit capere, nec lingua hominis ſatis celebrare.

Tartaro calcinato & rectificato vaſi vitreat indito ſpiritum vini, non tamen fortiſſimum a funde, tartarum tamen inuenies ſatis robuſtum priori ſpiritu effuſo, alium affunde, vt antea de ſtilla, & hoc adhuc bis reitera: poſt quamlibet v nim imbibitionem euadit efficaciſſimus. Si ver eius vires ad centuplum augere cupis, tartarum ſolue, aquam cum ſale ammoniaco in vitrum co jice, vitrumque, ne vires eius exhalent, optime o clude. Cum hac aqua omnia vulnera & quamcun que ſcabiem curare potes. Si adhuc fortiorem cu pis, adde aquam vim igniferam habentem, & c qua ſupra dictum, adde: plus & fortius hoc mod operabitur, quàm ignis infernalis. Mercurius ſu blimatus huic aquæ iniectus, in ea reuiuiſcit: a omnibus etiam corporibus calcem hæc aqua re ducit.

## MEDICAMENTVM
### Exiccans.

Oleum tartari ſulphuri vſque dum fiat rubrum adjice; hoc oleo omnem ſcabiem & vlceration quaſcunque illitum ſanat. Eſt etiam ad mult alia exiccationem requirentia, vt ſerpiginem impe

mpetiginem & cætera huiuſmodi remedium optimum.

## CONTRA DOLORES IMMENSOS Capitis.

Oleum Tartari cum magiſterio radicis correcti ſt temperatiſſimum mixtumque medicamentum c præſtantiſſimum arcanum: Danturque eius robuſtis & conſtantis ætatis hominibus grana 15. nediæ ætatis 40. iunioribus & ſexui fœmineo inra viginti annos 12. vel circiter.

Si dolor fuerit ex cauſa calida, ſumatur cum aqua florum Sambuci, vel ſua aqua propria, vel cum q. roſarum, liliorum conuallium vel acetoſæ. Si frigore, cum vino, aqua vitæ, aqua plantag. Quo l tempus, nihil intereſt, quandocunque vſurtur.

## RCANVM CONTRA DOLORES Arthriticos.

℞ Spiritum tartari & ſpiritum ſalis.

## AD HYDROPEM.

℞ *Spiritus tart. ſpir. vitriol. an.* ℥ß. *aq. theriacal.* ℥j. *culetur & deſtilletur.* Eius doſis eſt ℥j.

## LEVM TARTARI EX TARTARO crudo deſtillatum.

Tartarum crudum pello per retortam vitream, ore ſtygiæ producit magnam copiam ſpirituum orum, qui tandem in aquam & oleum craſſiſſium & fœtidum conuertuntur: ſeparatur aun oleum illud ſpiſſum ab aqua per infundibum, quod vlceribus exiccandis & curandis conrt. Aqua autem ſi cum colchotare bis vel ter ſtilletur, ita purificatur, vt fœtorem prorſus aittat: ad pellendas autem omnium viſcerum ob-

ſtructiones, lienis præſertim & hepatis atque ad omnes morbos tartareos valde conducit. Cui medicamento ſi vim & facultatem adaugere velis, illud circulabis cum vini ſpiritu in B. per 4. dies, deinde ſeparato per Balneum menſtruo, remanebit tibi ſpiritus tartari ad prædicta optimus.

## BALSAMVS TARTARI.

*℞ Tart. crud. lib. ij. ſal. nitri, ſalis fuliginis & ſalis fæcum aceti ana ℥iij. calc. viuæ lib. ß. omnia minutiſſime contuſa injiciantur in vas non vitreatum ac rite obturatum; calcinentur 12. horarum ſpatio; calcinata ſoluantur in aqua calida per filtrum deſtillentur, poſt coagulentur & deinceps calcinentur ter denique calcinationes, ſolutiones & coagulationes repetantur: tum injiciantur omnia in alembicum, ſimulque acetum deſtillatum infundatur, vt digitos quatuor ſupernatet. Deſtilletur acetum in Baln. ac liquor dulcis emanabit; tum infunde iterum acetum, vt deſtilletur, idque tam diu, dum non amplius ſit dulce, ſed acidum fiat, & quale prius infudiſti, per alembicum efferat, tunc omnia valido igne per retortam deſtillato & prodibit oleum feruidiſſimum*, cuius vtilitas vix ſatis prædicari poteſt. Hoc eodem modo, ſi volueris totum ſalem tartari per alembicum pelles, ex quo præſtantiſſimum ac ſaluberrimum oleum efficies.

## PRÆPARATIO TARTARI contra Phthiſin.

Tartarum optime circulatum cum aqua vitæ rectificata primo igne lento, deinde fortiori deſtilla: aquam primo egredientem ſeparatim reſerua, poſtea etiam ſequens oleum: olei iſtius dabi

guttam

uttam vnam in iure ranarũ optime cocto phthi-
ico aut aliis, qui fere omnino ſunt areſacti & ex-
ccati, & Deo exitum committe.

## SAL TARTARI VITRIOLATVM.

Spiritum Vitrioli optime confectum guttatim
um ſale tartari cryſtallino permiſceto (hunc au-
em ſalem expurgatum oportet eſſe diuerſis ſolu-
ionibus,& coagulationibus cum aqua agrimonię
actis ) mixtio tam diu continuanda, donec ℥j.ſp.
itrioli ſuper ℥ß. ſalis prædicti ſuperfuderis. Hæc
n Baln.ponito per aliquot dies,& facies coagula-
um, quod diligenter aſſeruabis.

## OLEVM TARTARI
### Vulgare.

Tartarum calcina, in cella vinaria ſolue, & ſo-
utionem reſerua, cũ illo ad emaculandas & ornã-
das facies mulierum volueris vti, eius parum cum
liis aquis appropriatis, vt flor.fabarum,roſ.poly-
gonati &c. miſce, & cum hac mixtura faciem la-
ent: omnem enim immunditiem ſua corroſione
aufert,cutemque puram & lucentem reddit. Euel-
lit quinetiam maculas ex pannis, & manibus: vl-
ceribus omnem carnem putridam exedit. Si ea la-
uentur & ad multos alios affectus conducit, eius
nempe ℈j. cum ℥ij. mellis roſati & ℥iij.aq.roſar.v-
ſurpatus.

## CVRA HYDROPIS.

Spiritus Vitrioli cum ſpiritu tartari ita miſcea-
tur, vt tertia pars ſit ſpiritus vitrioli bene ab oleo
ſeparati. Detur quotidie mane & poſt meridiem
ʒj.in aqua appropriata, curat. Eſt ſecretum D.Eu-
charij *Stuck*,cui multum confidebat: vt & electua-
rio de limatura chalybis.

## AQVA TARTARI AD PESTEM

A Tartari crudi ℔ ij. ſpiritus deſtillando per retortam, vſque ad ſiccitatem extrahantur. Deinde aquam, quantum eius fuerit & tantum ſpiritus vini inuicem mixta iterum per phialam vitream deſtilla, tandemque per arenam rectifica, habebis liquorem tartari. Hæc autem deſtillatio in principio commodius fieret cum ſpiritu vini; quarta autem vice addere potes *rad. dictamni, Enulæ, Valerianæ, angelic. theriacæ an. deſtillentur per veſicam vel Baln.* Et peſte infecto cum aqua ſcabioſæ vel dictamni exhibeatur.

*Nota.*

Si tartarus ille, à quo ſpiritus & oleum per deſtillationem ſunt abſtracta, cum ſulphure calcinatur, fit cryſtallinus & pulcherrimus.

## SPECIFICVM PVRGATIVVM.

Magiſterium tartari & magiſterium vitrioli in vnum ſimul commiſce, æquales partes croci adde & ad digeſtionem in pellicano in arenam per menſis ſpatium mitte, deinde ſerua. Hoc purgat etiam excreſcentias. Si plura de huius medicamenti viribus ſcire deſideras, vide Theophraſtum *in ſua archidoxa.*

## SPIRITVS MASTICIS.

Libræ vni Maſticis ſubtiliter pulueriſati ſpiritum vini affunde, aquam extillatam per dies aliquot digere, deinde ſpiritum è Balneo abſtrahe, in cineribus extrahe poſt hoc fortius vrge, ſequetur oleum rubrum. Spiritus ad paſſionem colicam eſt efficaciſſimus, illam enim quamprimum ſiſtit, ſaporem admodum iucundum habet & vltro etiam ſtomacho conducit.

SPI-

## SPIRITVS ANISI.

Semini aniſi contuſo vinum generoſum affun-e, per aliquot dies digere, ſpiritum abſtrahe, præ-edenti paucum fermenti injice, fermentare per-nitte, tandemque per veſicam deſtilla: accipies leum.

## CRYSTALLI CALCINATIO.

*℞ Cryſtal. ℥j, ſal. ammon. ℥iiij. optim: pulueriſata ublimentur, hæc ſublimatio ſexies repetatur & Cry-alli ſemper amoueantur: ℞ Cryſtalli eleuati ℥ß. aq. eſtillat. ℥iij. reducantur in alcool.* Ejus doſis ʒß. Hæc ræparatio peculiarem habet vim & efficaciam ugendi lac, vbi illud in lactantibus deficit, & ſurpatur ad ʒß. in oleo amygdalarum dulcium ecenti.

*Nota.*

Eſſentia cryſtall. cum aqua cardui ben. vel alia ppropriata pota calculũ veſicæ confringit & ex-ellit. Cum vino vero rubro vſurpata dyſenteriam fluxum album mulierum inhibere dicitur.

## ALIA PRÆPARATIO.

Cryſtalli ex mõtibus ſubtiliter pulu. per 6. horas ta reuerberentur, vt flãmæ exeant, tantũ aquæ vi-icæ, vt ſex digitos ſupernatet, affundatur, per decẽ ies ita dimittantur, & poſtea deſtill. tranſcendet ona pars cryſtallorũ, plus ergo aquæ vitic̨æ affun-e, vt ante dimitte, hocq; tertio repete, tranſcendẽt ryſtalli omnes: tunc parum ſalis fluidi injice, hoc -facto oleũ ad fundũ ſeparabitur, aqua vero ma-ebit ſuperius: hãc ergo effunde & aliam recentẽ ffunde, & tam diu ſoluetur ſal, donec fiat dulce; ol. ʒß. vel ʒj. data, eſt expertiſſimum & proba-

tiſſimum medicamentum ad renum calculum & veſicæ.

## AQVA DE CALCE VIVA.

Hæc aq. ſecundum artem præparata ad vlcera eſt admodum proficua: linteis nempe excepta & veluti emplaſtrum vlcerib. applicata; exiccat n. omnem purulentiam, mitigat dolores, carne replet. & inflammationes cum admiratione per quã breuiter extinguit, & ad feruidas, & putridas puſtulas & ipſam Luem Veneream plurimum confert.

## OLEVM DE CALCE VIVA.

Calcem viuam cum duplo ſalis ammoniaci in porphyrio triti ſublima; fœtet vt ſtercus, & liquefit armoniacus. Et ſi ſublimatur, recedit & remanet calx, & dureſcit: poſita vero in patellam æream, liqueſcit in humorem; quem oleum calcis viuæ nominant.

## MAGISTERIVM ET EXTRACTIO Gemmarum.

Gemmas puluerifatas & ad modum reuerberationis calcinatas libræque vini vulgarium nitrialium commixtas ad calcem ſufficienter combure; calcem hanc cum ſpiritu vini tam diu ablue, donec materia reliqua inueniatur, hanc vlterius adure, & vt prius procede, hoc enim modo cuncta intrabunt in ſpiritum vini: hunc ergo abſtrahe & incoque, dabit tibi alcali, quod in aquam reſolue & aſſerua.

## VSVS.

Ab huius vſu, propter eius aliquantulam acrimoniam & immixtam calcem non eſt abſtinendũ: ſuam enim acrimoniam in id ſolummodo exerit, quod ei reſiſtit; & ita eſt ſubtile, vt eius vnica guttula

ula totum corpus peculiari virtute tingat.

## ARCANVM PERLARVM.

*Perlarum orientalium cum aqua Cinnamomi in narmore ſubtiliſſime pulueriſatarum* ℥vj. *alembico ventris ſpatioſi injice, ſpiritum ligni Guaiaci affunde, alembicum cera vndique occlude & in Baln. digere:* ita enim menſtruum quotidie eſſentiam rubicundam le perlis extrahet: ita ergo procede, donec tota eſſentia extrahatur: perlas deinde calcina, ſalem ex illis extrahe, & illum eſſentiæ admiſce: habebis præſtantiſſimum remedium ad omnes cordis affectus.

## PROCESSVS PERLARVM.

Perlæ contuſæ & minutiſſimè contritæ in aceto correcto per menſem digerantur: acetum ab aqua inde effluente per Balneum ſeparetur, perlæ denuo cum aqua deſtillata ſoluantur & coquantur: deinde filtrentur, tandemque quarta vel quinta vice in Balneo coagulentur, hoc facto ſpiritu vini rectificato affuſo putrificentur & ſoluantur, ſpiritus vini tinctus effundatur, coaguletur, cum ſpiritu vini recenti iterum ſoluantur & in Baln. ad liquorem deſtillentur. Inuenies in fundo margaritas reſolutas, quæ magiſterium perlarum reuera ſunt.

## NOTANDVM.

Acetum cum expreſſo ſucco limonum corallos & margaritas peroptime dicitur ſoluere poſſe.

## PROCESSVS CORALLORVM.

Coralli autē primo cum nitralibus debent pulueriſari & calcinari, deinde vt vulgares præparari & reſolui. Ita enim habebis magiſterium corallorum. Quorum virtutes præ cæteris admiror: quod

ſcilicet tam mirabiliter creſcunt & tam admirandis virtutibus à Deo ſunt dotati.

## EXTRACTIO ESSENTIARVM ex lapidibus, Gemmis & Margaritis.

Gemmas vel Margaritas groſſo modo contuſas & non puluериſatas in vitrum injice, tantum aceti radicis, vt quinque digitos ſupernatet, affunde, per menſem in ventre equino digere: hoc enim tẽpore materia fit omnino liquida, hanc denuo cum aceto radicis miſce & ablue, ita enim acetum colore gemmæ tingetur, huius in aliud vitrum plus affunde. Et hoc tam diu repete, donec nullus amplius color extrahitur: tunc enim Eſſentia eſt in colore, & corpus relinquitur: colores lente ad ſiccitatem vſque coquantur, deinde cum aqua deſtillata vt antea diximus, edulcorentur, quouſque perfectam dulcedinem aquirãt: hoc facto puluis ſuper marmore reſoluatur & habebis quintam eſſentiam gemmarum & perlarum. Obſeruandæ autem ſunt margaritæ cum colore, dant enim lac ſpiſſum: corpus vero eſt arenoſum & viſcoſum; & ex his præcipue ſunt dignoſcenda: ita etiam ſe res habet in cryſtallis: Omnis enim eorum Eſſentia per lotionem tranſit, & nil niſi viſcoſitas aliqua remanet, ex quo ſufficientia extractionis cognoſci poteſt. Quidam acetum deſtillatum baccis berberũ affundunt, hoc per deſtillationem iterum abſtrahunt, corallosque & margaritas cum eo ſoluunt.

Alij vero ex prunis ſylueſtribus acetum conficiunt, & corallos perlasque cum eo extrahunt: Et hæc extractio acquirit colorem omnino ſanguineum. Alij ſpiritum vini ab oleo ſalis aliquoties ab-

abſtrahunt, & cum hoc corallos ſoluunt: aliqui vero vſque ad oleum abſtrahunt.

## EXTRACTIO CORALLORVM.

Hæc eſt purgatio ſanguinis: vbi nec venæ ſectio, nec ſcarificatio eſt neceſſaria, ſiſtit fluxũ ſanguinis in viris vt & ſputum eiuſdem, & ſuperflua mulierum menſtrua, atque omnes alias hæmorrhagias. Contra epilepſiá vero imprimis maxime commendatur.

Cum ſucco berberum coralli in vnico triduo ſoluuntur: Et cum hac ſolutione lingua in angina mundificatur, cum aqua nempe prunellæ cõmixta & pro gargariſmate vſurpata: imo nihil refert, etiamſi etiam bibatur: anginæ peroptime medetur & omnem calorem ac inflammationes internas extinguit.

## LIQVOR ET SPIRITVS PERLARVM.

Huius guttæ ſex cum aqua borraginis potæ cor & vniuerſum corpus confortant: cũ aqua cinnamomi ad guttulas octo non modo confortant, ſed etiam ab apoplexia præſeruant: contra palpitationem cordis eius guttæ 8. cum vino maluatico bibuntur, ſericumq́; rubrum in eo intinctum regioni cordis applicatur in lipothymiis eſt valde conueniens, ac dicto modo applicatus, pulſibuſque & naribus affrictus.

Corroborat etiam & præſeruat infantes à frigore cum ſucco vel aqua ſemperuiui ad tres guttas exhibitus.

Cum infantes plane ſunt conſumpti & arefacti; detur iis cum lacte muliebri, conualeſcunt illico. Ego ipſe phthiſim cum totius corporis conſumptione cum oleo margaritarum curaui.

## DE ARSENICO.

### Oleum Arſenici.

Hoc oleum inſeruit ad fiſtulas & omnia antiqua vlcera & eſthiomena; Luē Veneream, & cancrum, vt & ad vermem equorum; exterius applicatum. Ad hunc affectum ol. Arſen. cum melle & albumine oui commiſce & in forma emplaſtri appone; vermem enim enecat & affectum curat.

### QVOMODO ARSENICO SVVM extrahatur Venenum.

Arſenicum per ſalem vrinæ fixum effice, hoc enim facto tranſit in oleum, quod ad omina vlcera eſt efficaciſſimum.

### BVTYRVM ARSENICI FIXVM.

Arſenicum Cryſtallinum prius cum ſolo colchotare ſublimatum (quod venenum ipſius retinet) cum æquali pondere ſalis tartari & ſalis nitri commiſce, omnia inter duos vrceolos impoſita figentur, ſubjiciendo ignem 24. horarum ſpatio primo lentiſſimū, tū ſummi gradus. Et inuenies materiam albiſſimam, quæ perlarum referat colorem, quam in aqua calida ſolues, vt inde alcali extrahas; puluis, qui ſubſederit, imbibatur oleo tartari, vel, quod melius eſt, oleo talci, & ad ignē exicca, idq; ter facies, rurſus materiam in calida diſſolue & ſal exime, & remanebit puluis candidiſſimus & fixus, qui in loco humido reſoluitur in oleum pingue, butyri inſtar, anodynum.

### VSVS BALSAMI ARSENICI.

Hunc balſamum linteo obductum regioni cordis applica & emplaſtro ex reſina contege: arſenicum enim deſtillationes partium extrahit, humores fluidos reddit: ergo ab emplaſtris ad puncturas ſumme eſt cauendum.

OLEVM

## OLEVM BOLI ARMENI.

Boli Armeni quarta vna in aqua ſalis nitri ſoluatur, per deſtillationẽ rurſus abſtrahatur, idque toties repetatur, donec bolus formam olei acquirat; tunc enim eum rurſus in oleum redige, & huic *thuris* ℥j. *corneol.* ℥ß. *& mumiæ* ℥j. *admiſce*: Erit puluis glutinans loco ſuturarum vſurpandus.

## OLEVM, QVOD VVLNERA IN 24. horis ſanat, & eſt expertum.

℞ *Ol. hypericon. lumbricor. terebinth. maſtic. an.* ℥j. *miſce* & calide cum pauco goſſypio applica.

## SAL EX VRINA SVBLIMATVS.

Vrinam hominis ſani, ieiuni & vinum bibẽtis per 24. dies ſepone, poſtea pure & lente effunde; poſtea tantum vitrioli in fornace ad albedinem vſque torrefacti, quantum per vrinam ſolui poteſt, adde, hoc facto in alembicum arenæ impoſitum effunde, ad ſiccitatem vſque deſtilla (hæc eſt optima aqua ophthalmica ad omnes dolores calidos oculorum, viſumque conſeruat clarum & acutum, eius aliquantum cum penna quotidie immiſſum & vſque ad ſanitatem continuatum) receptaculum cum aqua inſtillata amoue, aliud accõmoda & ignẽ, ac ſi Mercurium ſublimare velis, fortius vrge, hoc n. modo ſal album & pulcherrimum aſcendit, cum quo ſpiritus vini acutior & fortior reddi poteſt, ad aurũ & alia metalla calcinata reſoluenda.

*Nota.*

Ex tartaro vrinæ cum duplo pondere ſulphuris mixto & ſublimato fiunt flores ſulphuris acidi; & in peſte multo ſunt præſtantiores floribus ſulphuris vulgaribus: inſeruiunt etiam in pulmonia. Bathodius.

## LAPIS MEDICINALIS AD omnia Vulnera.

*℞ Vitrioli ℥iiij : ſal. nitri,ceruſſ.alum. bol.armen an.℥j,ſal.armonia.℥ß.ſingula ſubtiliter pulueriſentur: ceruſſa & bolus in porphyrio in formam farinæ conte rantur,tunc omnia miſceantur , ollæ vitreatæ ſatis magna, quia intumeſcit, injiciantur, aceti acris tantum. vt digitos duos emineat; ſuperfundatur, & ad ſiccitatem lapidis lente coquantur.*

*Notandum.* Debet autem igne fortiori,vſq; dum nullus amplius fumus ab eo aſcendat , calcinari. Ad vlcera intumeſcentia& calida huius lapidis ℥j cum menſura dimidia aq. ſemel ebulliat , filtretur , linteum in hac immergatur , & loco affecto , quam calide tolerari poteſt,applicetur.Si vlcus fuerit apertum, ſumatur reſiduus puluis,exiccetur & vlceri inſpergatur , & hoc facto vlcus linteis obuoluatur. In vulneribus vlceribusq; vetuſtis & recentibus hujus pulueris inſtar piſi vnguento ad magnitudinẽ nucis immiſceatur. Preter hæc omnia aqua iſthæc etiam deſtillationes ſeu catarrhos contrahit, exiccat & maturat. Scabiem, icteritiã, maculas,impetigines , vitiligines , puſtulas exedentes ſanat , ſi prius aperiantur,& ter in die hac aq.abluantur:omnia mala & immunditiem intra cutẽ & carnem latentem corpore humano extrahit. Anginam & quæuis vitia oris emendat , putridam carnem vel fœtidas gingiuas corrigit : ſuperfluum ſanguinem ex quo dolores dentium exoriri poſſunt, abſumit, ſi cum ea abluantur , ne quid tamen in collum incidat. Omnes externos affectus corporis vel cancrum,vermem, & omnia vlc. phagedenica mirifice mortificat , lintei in ea intincti , & quotidie ter ap-

applicati. Lumbr. omnes enecat & expellit. Omnibus affectibus oculorum ſuccurrit, & viſum acuit, eius gutta j vel duæ mane & veſperi oculis cum penna immiſſæ. Calorem præter naturalem eorum mitigat, lintei népe in ea madefacti & applicati, calorẽ enim & ſuperfluos humores quam ocimum extrahit, malumque inde exortum emendat. Conducit mulieribus, quibus mammillæ ſunt tumefactæ & exulceratæ. Omnia vlcera humida & deſtillantia, quæ alias nullis emplaſtris, vnguentis & oleis quicquam cedunt, ex fundamento ſanat, ter in die cum linteis applicata.

LAPIS CONTRA ERYSIPELAS.

*℞ Ceruſſ. alum. vitr. alb. ana ℥iiij, bol. armen. ℥ß, croci. ʒj. Miſce, coquantur in menſura dimidia aquæ vſque ad ſiccitatem:* huius materię parum in aq. roſ. ſoluatur & loco inflammato applicetur. Iuuabit illico.

LAPIS CAVSTICVS SEV CORROS.

*℞ Lixiuij ſaponis, vel matris lib. ij. calc. viu. li. j. affunde aquam feruentem, bis inuicem miſceantur, cum clareſcit, infunde ſartagini, adde ſal. armon. ℥ß, & in aqua tamdiu coque, quouſque fiat lapis:* aperit omnes excreſcentias & tumores.

CALCIS TESTARVM OVOrum calcinatio.

Teſtę ouorum in fornace figuli optime, quouſque fiant albiſſimæ, calcinẽtur: hæc maxime conueniunt ſcribis, pictoribus & aurifabris; miſcentur etiam cum glutine, & rediguntur in maſſam, ex qua imagines, lapides & manubria cultrorũ efformari & cũ varijs coloribus, prout cuiq; placet, tingi

poſſunt, quo facto in hypocauſto, vel alio loco calido exiccantur, ſic enim non ſolum colorem ſuum retinent, ſed etiam in lapidem concreſcunt.

Vel

Albumina oui conquaſſata & cum ſpongia in aquam redacta in maſſam cũ calce exagita: Quantum autem harum teſtarum calcinantur, tantum etiam concharum addere, & eodem modo, quo & cum calcinatis teſtis, procedendum.

## AD SCABIEM ET PRVRITVM.

*℞ Sulphur. viu. optime puluerif.* ℥j. *Zinzib.* ʒij *miſceantur cum butyr. recenti vel axungia recenti adde Mercurij præcipitati* ʒj. *M. & f. vngu.* quo inungantur iuncturæ manuum & genuum. Penotus.

## CREMOR TARTARI.

Tartarum vini albi lotum minutim contere, in aquam purá injice, fac vt in lebete bulliat, fiet bulliendo cruſta ſeu pellicula, hanc exime & ſerua. Huius accipe ʒj. diagridij præp. gr. viiij. Miſce, & in iuſculo porrige; leuiter purgat. Arcanum eſt ad lienis affectus.

Dicto cremori ſpiritum vini affunde, tincturam rubrá extrahe, ſpiritũ vini abſtrahe, & terram relictá per retortam pelle, habebis oleũ, & manebit terra in retorta; hanc calcina, & ſpiritum vini iterum affunde, digere & abſtrahe; tandem terra hæc ſublimetur, quam ſerua, eſt enim terra foliata.

## OPTIMVS MODVS PRÆPARANDI cremorem tartari, vel Tartarum præparandi.

Tartari quantum vis, conteratur, & ſubtiliſſi-

ime pulueriſetur; aquæ fontanæ ſufficiens quan-
itas calide affundatur, cum baculo ligneo optime
noueatur, ad refrigerandum ſeponatur (niſi e-
nim hoc fiat, aciditas eius facile euaneſcit) aqua
cum materia viſcoſa lente effundatur: hæc lo-
ura ter, quater vel pluries, donec tartarus arenæ
ubtili fiat ſimilis, repetatur; hæc arena in vaſcu-
um ligneum effundatur; ſufficiens quantitas a-
quæ fontanæ feruidæ affundatur, & cum ſpatu-
a lignea agitetur; hoc enim facto aliquid de tarta-
ro colliqueſcit, & aquam acidam reddit. Itaq; pan-
ni duo; tres vel plures, prout tartari plus vel mi-
nus preparari debet, ex lino & lana duplici filo pa-
ati in promptu eſſe & ſuper ollas nouas vitreatas
uſpendi debēt, per quos aqua feruēs & acida abſ-
que vlla mora percolari poſſit: & ſi hæc in princi-
pio aliquantulum flaua tranſit, ſtatim denuo per-
coletur, & hoc tamdiu repetatur, donec clara, in
modum Cryſtalli, tranſeat; & transfuſio conti-
nuetur. Et ſi vna ex ollis fuerit repleta; ſepona-
ur ad refrigerandum, & alia ſupponatur. Et cū o-
mnis aqua acida fuerit affuſa, alia aqua feruida
(cuius in lebete ſemper aliquid in prōptu eſſe de-
bet) affundatur, diligenter moueatur, paululum
quieſcere permittatur, poſt vnum ex ſacculis in
aliam aquam prius percolatam transfundatur:
Et labor hic tam diu continuatur, donec tartarus
per aquam feruidam omnino eſt ſolutus & in vaſ-
culo ligneo nil præter arenam omnis aciditatis
expertem nullamque vlteriorem vel in frigida,
vel feruida aqua diſſolutionem admittentem, &
propterea tartarum arenoſum dictam, remaneat.
Hoc enim facto omnis tartarus acidus & genui-

nus rite erit ſolutus & transfuſus. Cum igitur a quæ illæ tartareæ in ollis ſufficienter ſunt frigefa ctæ, non ſolum pulcherrimum cremorem in illi innatare, ſed etiam bonam partem materiæ pellu cidæ inſtar niuis congelatæ in fundo reſidere vi debis: Tunc itaque cremor innatans primo eri ſeparandus, ſi videlicet eundem ſeparatim haber cupis; ſin minus, cum ſpatula lente poteſt amoue ri, vt fundum petat & cum materia ibidem copu letur: hoc facto aqua clara per inclinationem va ſis effundatur, materia alba ſacculo paruo linte injiciatur, vt aqua in ea relicta effluere poſſit: in uenies tartarum peroptime purgatum: cuius ho modo in 14. horis plus quam alij in 40. horis præ parare poteris, nec minorem habebit efficaciam quam alius, multo maiori labore paratus.

## DE ANTIMONIO.

*℞ Auri calcin. ℥ß. antimon. crudi bene triti ℔ ß. ſublima vna forti igne per totum diem, deinde quo ſublimatum fuerit, accipe & cum auro, quod in fund manſit, bene tere, ac iterum ſublima, hoc ſæpius repe te, tandem inuicem bene tere & ſerua.* Hujus ℈j i vinum maluaticum vel aq. vitæ infunde, eiuſqu infuſionis cochleare vnum exhibe: Eſt vomiti uum & purgatiuum, arcanum Dornæi, pro que Muffetus ipſi 500. coronatos voluit numerare, ſe non obtinuit.

*Vomitiuum & purgatiuum.*

## AD FICVM ANI SEV Mariſcam.

*℞ Ol. laurin. lini, roſat. nucum, ana ℥ß. cum vitell oui fiat vnguentum:* hoc cum goſſypio applicatum ficus ſanat, quæ tamen prius hoc ipſo vnguento debent inungi. Eſt Tobiæ Heſſ.

## PRÆPARATIO CRYSTALLI AD Gemmas factitias.

*Salis tartari ℥ij. in aqua ſoluantur; hoc ℔ j. cineris fagi, vt cineri Capellæ fiat ſimilis, humectetur: inde globuli in magnitudine pomorum formentur, exiccentur, & in olla operculo contecta in fornace figuli exuſtantur:* ita enim globi aliquantulum colliqueſcent, ibique inuicem adhærebunt: *hi itaque ſubtiliſſimè conterantur, & lixiuium ex iis paretur: hoc in ſalem vſque coaguletur: Et in hoc lixiuio Cryſtalli toties & tamdiu extinguantur, donec intra digitos conterere poſſis: hoc peracto de Sale in vaſe relicto aliquid per ſolutionem, coagulationem & calcinationem toties repurgetur, donec nullæ amplius fæces in ſolutione compareant.*

Eodem modo etiam Salem tartari ex tartaro albo præparatum toties per ſolutionem, coagulationem & fuſionem debes purgare, donec ab omnibus fæcibus fiat mundus, & in igne non amplius ſtrepet. ℞ *Huius Sal. tartari part. ij. Salis præcedentis præpar. part. j. hæc inuicem fiant fluida:* habebis materiam, quæ omnes colores totius mundi recipit, & gemmis orientalibus ſimilis apparet.

## PRÆPARATIO SMARAGDI.

℞ *Animæ lunæ, animæ Solis, Cryſtalli reuerberati, adde parum Salis ammoniac. per calcem viuam fixi:* fluet enim in cucurbita arenæ impoſita.

## RVBINI.

℞ *Animæ Solis, animæ Martis extractæ, Cryſtalli reuerberati, fluet cum parua parte Salis ammoniaci fixi.*

## HYACINTHI.

℞ *Parum animæ Solis per Cryſtall. plures, Sal.*

*ammonia. fixi & antea ratione coloris fumitæ* animas, effluant cum Sale armoniaco fixo per calcem viuam.

SAPPHIRVS.

℞ *Sal. alcali ℥viij. Cryſtalli præpar. ℥iiij, Zafor vel magneſiæ plumbi ʒß: hæc omnia miſceantur, & in fornace euaporationis fundantur*, habebis Sapphiros pulcherrimos.

TOPASIVS.

℞ *Ceruſſ. ℥ij. Cryſtall. præpar. ʒß, Miſce, in crucibulo luto o.cluſo fundantur.*

SMARAGDVS.

℞ *Minij ℥iiij. Cryſtall. præpar. ℥j. Solis ʒij, mixta fundantur.*

HYACINTHVS.

℞ *Ceruſſ. & Cryſtall. præpar. ana ℥j. mixta fundantur.*

SAPPHIRVS COERVLEVS.

℞ *Vitr. Venet. color. crocini an. ℥ij, liquid. De tartaro & Sale nitri calcinata mixta per 4. horas fundantur*; exibit vitrum cœruleum obſcurum: huius ℞ *Part. 8. minij part. ij. mixtæ per duas horas diffluant*, ita enim lucidum perficietur.

RVBEDO.

℞ *Minij ℥iij. vitri Veneti ℥ij vel Silicum ℥iiij, cum tartaro liquato per horas ſex fluant*, tranſeunt in vitrum fuluum.

VITRVM RVBRVM.

℞ *Æris vſti & vitri contriti an. inuicem tres horas colliqueſcant.*

VITRORVM RVBEDO.

℞ *Cineris plumbi ℥jß, ſilicum ℥ij, ſcoriæ ferri ʒij. mixta colliqueſcant.*

VI-

## SAPPHIRVS.

Vitrum puluerifatum cum dimidia parte Zaphari commiſce, & per triduum fornaci impone.

## RVBINVS.

Auripigmentum contuſum in vaſe rotundo igni admoue, inuenies materiam in collo vaſis.

*Vel,*

℞ *Sal. alcoli* ℥iiij. *Cryſtall. puluerifat.* ℥iij. *battituræ æris* ℥ß. *fol. auri* ℥vj. mixta colliqueſcant in crucibulo.

## QVOMODO CONFICIATVR MARmor vel Gypſum.

℞ *Gypſi calcinati part.* ij. *ſilicum alborum non calcinator. part.* j. *miſceantur : hoc facto parum oſſis ſæpiæ iniice in aquam , & cum hac materiam in maſſam redige.* Ita enim in modum Marmoris vel Iaſpidis, vt tibi non ignotum, tingere potes.

## FORMÆ QVIBVS MATERIÆ infunduntur.

℞ Luti madefacti , cineris cribrati & madefacti ana partes æquales, per horam dimidiam cum bombace optime agitentur , & quodquod vis , in has formas fundatur.

## MODVS OMNIS GENERIS GEMMAS ex ſilicibus conficiendi ex Oſvvaldo Crollio.

Silices ſelecti & ſplendentes, vel Cryſtalli optimi in fornace figulino per biduum vel octiduum vrantur, inde exēpti iterum candefiant, & in aqua frigida extinguantur, ita n. quaſi terentur & dilabuntur , quanto ſæpius a. hæc candefactio & extinctio repetitur , tanto erit melius : hoc abſoluto exiccētur, & in marmore ſubtiliſſime in formā pol-

linis

inis terantur: huius pulueris parti vni adde minij part. iij. mixta in marmore terantur: quanto autem ſubtilius teruntur, tanto lapides fiũt pulchriores & lucidiores: alias enim concipiunt veſiculas. Et hæc eſt materia, ex qua gemmę conficiuntur.

SEQVVNTVR NVNC COLORES.

Tinctura auri dat rubinos, carbunculos & granatos: hos antẽ ego non curaui: argentum dat cæruleum & colorem Sapphiri, huius loco ego ipſe ſumpſi lapidem cœruleum vel Zapharum.

Mars dat hyacinthũ & topaſium, ad quem conficiendum crocus Martis eſt ſumendus. Venus dat Smaragdum & Chryſolitum; ſumitur autem crocus Veneris, vel lamina cupri ſæpius candefit, & ſemper in aqua extinguitur, hoc n. modo ſquamæ cineritiæ à cupro decidunt, quæ ſunt abluendæ, exiccandæ & puluериſandæ.

SI ITAQVE SMARAGDVM CONficere volueris.

Sume prædictæ mixturæ ex ſilicibus, cryſtallis & minio optime inuicem contritæ, parum pulueris cupri admiſce, ita in ollam luto obturatam & operculo concluſam injice, vt media pars ollę maneat vacua, per quatuor vel 5. horas fornaci euaporationis impone, propeq; ignem fortẽ diſſolue, hoc facto ignem amoue & ollam confringe: inuenies materiam ſpuma plumbi contectam, & cum regulum confregi, apparebat Smaragdus pulcherrimus, quem curaui in fragmenta frangere, & prout volebam conſcindere. Non ſemper autem res bene cedit, ſed requiritur ſerenitas cœli: Itaque conſultum mihi viſum fuit: materiam hanc in quadruplo præparare, in quatuor ollas

diſtribuere & ita vno labore quatuor deſtincto: colores acquirere, vnum ſemper altiorem altero ad primum ſumebam pulueris cupri ℈j, ad ſecundum ℈ij. ad tertium ʒj & ad quartum ʒj ß, & nihil amplius, alias enim fiunt groſſi & non pellucidi Idem eſt iudiciũ de Hyacinthis & Topaſiis, cum croco Martis, & ſic de Sapphiro cum cœruleo.

## MODVS ARGENTVM Albificandi.

*℞ Sal. ammon. alum. rochæ, alum. plumoſ. Sal gemm. tartar. & rom. an. q. ſ. miſceantur & coquantur*

## MIXTVRA AD PRÆPARANDAS Formas ſeu Matrices.

*℞ Gumm. tragac. ʒvj, infundatur per triduum in aceto, contuſo adde gypſum optime contritum ve quoſcumque colores volueris, redige in duram maſſam iniice matricibus excauatis antea inunctis*, & permitte, vt *ſiccetur*; hoc enim modo quodcunque vis efformare potes.

## INDVRATIO FERRI.

Ferrum ſucco raphani, & ſucco vel aqua expreſſorum lumbricorum terræ intinge: hoc enim modo ita induratur, vt etiam lapides & ſaxa eo incidi poſſint.

## MODVS FERRVM deaurandi.

Ferrum ab omni ærugine politum cum vitriolo in vino trito tamdiu oblinito, donec colorem cupri acquirat: hoc facto etiam amalgamate de Sole & Merurio eodem modo optime obducito, quantumque poteris infrica: itaque obductum & frictum in ignem ponito, vt Mercurius exhalet, qualiter etiam cum argento fieri ſolet.

MO-

MODVS OMNIS GENERIS METALLA Argento obducendi.

*℞ Aq. fortis ℥ß, Mercurij ℈j, tartari alb. ℈l. Salis an. parum, in aliquo vaſe cineribus calidis impone, diligenter miſce*, & cuicunque metallo volueris, affrica; apparebit argento ſimile.

GLVTEN AD LIGNA ET Lapides.

*℞ Calc. viuæ ℥iij, tart. ℥j. contrita cum vernice miſceantur.*

LVTVM AD CRYSTALLVM, Vitra & Lapides.

*℞ Solis, minij & verniçis optimi an. q. ſ. contere & miſce, cumque reſiccatum fuerit, ad commodum tuum vtere.*

Item *℞ Calcem viuam & albumina ouorum optime conquaſſata. Miſce* & pro glutine ollarum & vitrorum fractorum vtere. Talia etiam præſtat cinis cum albumine ouorum mixtus.

MODVS CONFICIENDI CRVCIbulos vel Teſtas ad Tartarum.

Ad lutum pro Teſtis cum aluminis plumoſi & cretæ an. partibus æqualibus commiſce, cum albumine ouorum in puluerem redige, teſtaſque vel crucibulos intus cum hac mixtura ſæpius oblinito, ita tamen, vt, quoties oblinita fuerint, exiccentur: ita enim non modo durabilia fiunt, ſed etiam nihil eis interius adhæreſcit.

LVTVM AD FRACTA VITRA.

*℞ Partes ij, calc. viuæ, part. j. ſpumæ argenti part. dimid. hæc inuicem terantur, tantum vernicis calidi, vt in formam pultis tenuis redigi poſſit, addatur; ſub porphyrio tenuiſſime teratur, vt fiat ſubtile*, linteo obdu-

catur, & rimis fractorum vitrorum applicetur quamprimo enim exiccatum fuerit, omnia infuſa ita continet, vt nec aqua fortis etiam penetrare poſſit.

## ALIVD LVTVM VEL GLVTEN ad confracta Vitra.

Spumam argenti & vitrum Venetum contunde & in ſubtiliſſimum pulucrem redige, hoc facto iterum cum vernice & pauculo olei lini, qualiter pictores cum coloribus in porphyrio procedere ſolent, contere, & cum hac mixtura rimas fractorum vitrorum obline, & in Sole vel ad fornacem exicca, reſiſtit igni & aquæ.

## QVOMODO RIMÆ RECEPTAculorum perlutentur; ne ſpiritus tranſeant.

*℞ Stricturæ ferri ſubtiliſſimæ & minij ana part. æqual. inuicem cõterantur, cum glutine optime miſceantur, vt pulti fiat ſimile*, & rimæ receptaculorum eo obducantur.

## MODVS CVM VITRO VEneto vitriandi.

Cum vas vel olla iam ad vrendum ſatis fuit exiccata, cum fæce vini vndiquaque obliniatur, hoc facto vitrum Venetum ſubtiliſſime pulucriſatum cum ſpuma argenti miſceatur: (vbi tamen vitri Veneti maior portio eſſe debet) & in modum figulorum procedatur.

## LVTVM AD CONFRACTA Vitra.

Vitrum Venetum, minium, oleum lini, farina volatilis & albumina ouorum ſubtiliſſime conterantur, & aliquantulum craſſe rimis obliniatur.

SI-

## SIGILLVM HERMETIS.

*℞ Vitri Veneti contriti aliquoties candeſacti, & rurſus extincti part. 5. ſuccini pulueriſati part. ij. borac. part. j. mixta omnia & ſubtiliſſime trita, cum ſpiritu vini in maſſam agitentur, operculo, ad craſſitudinem medij digiti illinantur, & per fuſionem ſigilletur,* vt ſequitur.

*Vel,*

*℞ Vitri pulueriſati & borac. Venet. an. partes æquales cum modico ſuccini, aqua & ſpiritu vini redigantur in maſſam,* circa vitrum illinatur, hoc facto candelam accenſam vnam vel duas luto applica; canalem, qui in ſuperiori parte ſit amplior, in inferiore vero anguſtus cum paruo foramine ad craſſitudinem acus, hoc lente in candelam accenſam dimiſſo lutum deorſum liqueſcit & occludit. Oportet autem cum candelis circumire, vel alteri cuidam vt vitrum lente in gyrum vertat, commendare.

## LVTVM OPTIMVM AD Circulandum.

*℞ Colophon. ℥ij, ceræ flauæ ℥ij, his in crucibulo colliquatis, cinnam. pulueriſ. ℥iij vel tantundem farinæ laterum ſubtiliſſimæ adde, diligenter miſce,* cum ſpatula lignea vitris vbique applica, & cum ferro ignito adapta & æqua, vtque refrigeretur, ſepone. Neceſſe autem eſt, vt quotidie odoretur, an forte tranſpiret, hoc enim ſi fiat, cum ferro candente iterum erit adaptandum & vlterius glutinandum.

# DE CVRATIONE ET DIÆTA PESTILENTIA infectorum.

QVam primum quis ſe Peſte infectum putauerit aut aliquid huiuſmodi ſenſerit, ſtatim cochlearia quatuor vel quinque *aceti bezoardici* ſumat plus vel minus, ratione virium & perſonæ, cum ℥iij *aquæ Cardui bened.* vel *Pimpinellæ* & quantum poteſt, in lecto ſudet.

Hoc facto iuſculo aliquo conuenienti rurſus erigatur & confortetur, hora poſt hæc elapſa vena ſecetur, ſi ſcil. vltra octo horas patiens morbum non ſenſerit, alias enim venæ ſectio erit intermittenda. Vbi circa venæ ſectionem præterea hoc etiam eſt notandum, ne in perſonis infra 15. & vltra 50. annos inſtituatur.

*Venæ ſectio.* Item ſi characteres, bubones ſeu anthraces ſupra regionem cordis appareant, etiam in partibus ſuperioribus corporis & in eo ipſo latere vena erit ſecanda: ſi vero infra cor, in inferioribus lateri eiuſdem.

*Potus quotidianus.* Poſtquam vena eſt aperta & ſanguis emiſſus pro potu loco vini potus ſequens ordinetur, quem ſi egeni perſoluere nequeant, decoctum aliud, cuius titulus, Aqua potabilis, pro pauperioribus, eligant.

## POTIO QVOTIDIANA PRO ÆGRIS.

℞ *Sem. lactuc.* ℥ß,
*papau. alb.* ℥iij,
*Sem. 4. frig. maior. ana* ℥ß,
*Sacchar. alb.* ℥iij. *Miſce.*

*fiat omnium decoctio in lib. viij aq. fontanæ ad duorum digitorum tranſuerſorum conſumptionem;* poſte

ad

dde *Syr. de cotoneis Ferdinandi* ℥iiß. *Miſce.*

otio quotidiana potabilis pro pauperioribus.

℞ *Rad. tormentill.*
*petaſit. minut. conciſar. ana* ℥j,
*pimpinell.* ℥ij.
*hord. mund. excort.* M ij,
*paſſular.* ℥ij,
*coton. conciſor. & conquaſſ.* M j. *Miſ.*

*Fiat omnium decoctio in menſuris tribus aquæ fontanæ ad trium digitorum tranſuerſorum conſumptionem, percoletur, colatura parum ſaccharo dulcoretur & pauxillo aceto de fructibus rubi idæi acetoſetur.*

Die ſequenti acetum Bezoardicum in prædicta oſi aut cochleare vnicum minus vſurpet & ſudet, uod fieri debet, ſiue bene ſiue male habeat æger, uo facto potus quotidianus adhuc erit continuandus.

Et quia interdum accidit, vt æger conſtipetur, antes id non debent reticere, ſed Medico indicare.

Pro promouenda itaque euacuatione

℞ *Rad. tormentill.*
*petaſit. an.* ℥ij,
*cichor.* ℥j,
*polyp. querc.* ʒvj.
*fl. cordial.* p iiß,
*prunor. damaſc. n.* xij,
*paſſul.* ℥j,
*Sem. coriandr. præp.* ʒij. *coquantur leniter in* ℔ j. *aq. fontan. Colaturæ calidæ infunde per noctem*
*fol. ſen. Elect.* ℥j.
*Rhab. Elect.* ʒiij.

*latura adde Syr. roſ. Sol. ſimpl.* ℥iij, *f. potio pro duab.*

*doſib*. Si,vt ſæpe contingere ſolet,æger fuerit vald debilis, & lipothymiis frequentibus afficiatur, d Electuario Bezoardico ſequenti, quod alias vene num in corpore adhuc ſuperſtes expellere ſolet,ca ſtaneæ inſtar quotidie quinquies vel ſexies aſſu mat.Et quia hæc lues etiam noſtra opinione cura ta ſæpius fomitem ſuum in corpore retinet, & it cum ſummo hominis periculo reuertitur, ab h Bezoardicis etiam in poſterum per aliquod tem pus non erit abſtinendum, etiamſi quis putet ſe o mne malum euaſiſſe, & hoſtem profligaſſe; itaqu de aceto imprimis Bezoardico quotidie ter, mar ſcilicet,ieiuno ſtomacho, poſt meridiem,hora an te cœnam & immediate ante decubitum cochlea re dimidium ſumendum.

Electuarium Bezoardicum reſtaurans.

℞ *Conſeru.roſar.*
*borrag.ana ℥iiij,*
*cortic.citr.condit.℈ij,*
*ſpec.diarrhod.abbat.ʒj,*
*diamarg.frig.ʒiiij,*
*bol.arm.orient.*
*terr.ſigill. ana ʒij,*
*Ther.Androm.ʒj,miſce cum Syr.de limon.*
*f.Electuarium, acetoſetur modico olei vitrioli.*

De hoc ægrotantes in ſudore debilitati, eo ab ſoluto aliquid aſſumant, inſeruit enim ad præſe uationem & curationem ſimul.

*Nota.*

Hoc Electuario & mulieres grauidæ & pueri ſine noxa poſſunt vti.

Admonendi vero ſunt imprimis omnes in ge nere his ægris cohabitantes & etiã ipſi ægri vt f

toro

orem linteolorum, in quib. ſudarunt, vel induti
uerũt, ſumma cura euitent. Siquidem ſcitum, hoc
pſo fœtore non raro totas domos cum omnibus
nhabitantib. fuiſſe infectas, & maximam ſtragem
ıbſecutam, quia tale venenum ex huiuſmodi lin-
eis in corpore fuit per poros retractum.

Quantum ad curationem externorum chara-
erum, quiuis prudens & expertus Chirurgus no-
erit illos maturare, veneno liberare, aperire, tan-
emque debite conſolidare. Cui hoc opus remit-
imus.

Si quæ forte mulier grauida hoc morbo infi-
atur, ſtatim hanc potionem ſudoriferam vſur-
et, applicato tamen prius balſamo puerorum
im pane vel mica panis triticei, & modico aquæ
ſaceæ, vel cum pane marcio ad vmbilicum,
uod etiam in ſudore ipſo non erit amouendum.
ıdore abſoluto cum iuſculo aliquo reficiatur,
raque dehinc elapſa vena iuxta proceſſum præ-
ctum aperiatur, niſi mulier fuerit admodum
ebilis, & non valde ſanguinea: in talibus enim
næ ſectio eſt potius intermittenda. Die ſequen-
potionem ſudoriferam denuo ſumat & ſudet,
ſe in omnibus iuxta præſcriptum ordinem
ıbernet, hoc vno excepto, vt loco aceti ru-
cei pro præſeruatione reſtauratiuo bezoardi-
vtatur.

## POTIO SVDORIFERA PRO Prægnantibus.

℞ *Syr. de limon.* ℥j ß.
*acet. bezoar. noſtri* ℥ß.
*aq. fœnic.*
*pimpinel.*

*card.ben.ana* ℥ j.
*ſpec.diamarg.frig.*ʒj.
*man.Criſt.perlat.*ʒij.*Miſce & f.potio.*

Infantes quod attinet, detur illis ad promouendum ſudorem de ſequenti aqua cochleare vnum pro duabus vicibus, vel quantum fieri poteſt & vires eorum ferunt.

Qui vero ad annum ſeptimum vel octauum progreſſi ſunt, illis vna vice erit dandum:

℞ *Aq.veronic.*
*pimpinell.*
*card.ben.*
*fumar.*
*fœnic.ana* ℥vj.
*margar.præpar.*℈j.
*corn.ceru.præpar.*℈ß.
*tabell.man.Chriſt.perlatar.*℥iij.*miſceantur*

exacte, fiat potio, cuius, vt diximus, detur cochleare vnum in duas portiunculas diuiſum.

Ad refrigerandum autem ſanguinem & pro potione ordinaria, præparari debet Iulepus ex æquis partibus *Syrup.viol.& cydonior.* & cum modico *aceti rubi idæi* acetoſari.

## ACETVM BEZOARDICVM noſtrum.

℞ *Rad. Angel.*
*imperator.*
*pimpinell.*
*Valerian.*
*vincetox.*
*dictamn.*
*petaſit.*
*zedoar.*

*tormentill.*
*gentian. ana* ℥j,
*baccar. Iuniper. M.ij,*
*fol. rutæ M.iij,*
*ſem. citr.*
*acetoſ.*
*cortic. citri ana* ʒvj,
*Theriac. Androm.* ℥jß,
*Antid. Matthiol.* ℥ß,
*fl. ſulphur.* ʒiij,
*myrrh.* ʒiij.
*oſſ. de cord. ceru.* ʒj,
*Syr. de limonib.* ℥vj.

*ıciſa aut contuſa mixtaque omnia infundantur in vi-ro cum* ℔ *ij, ſpiritus vini ab omni phlegmate correctı* ℔ *vj. aceti deſtillati ac ſpiritus vitrioli* ʒj. *digeran-ır in loco calido* & ad vſum aſſeruentur.

## ELECTVARIVM BEZOARDICVM Vulgare.

℞ *Electuar. ex nucib. & ruta* ℥vj,
*bol. armen.*
*terr. ſigillat. ana* ʒij,
*Syr. acetoſæ* ℥ij. *M. fiat Electuarium.*

Eſt præſeruatiuum pro vulgo, miniſtrantibus & ınioribus, caſtaneæ inſtar mane vſurpandum.

## ELECTVARIVM EX NVCIBVS.

℞ *Fol. rutæ M. viij.*
*ficuum,*
*nuc. iugland. ana M.iij.*
*baccar. Iunip. M.ij.*

*num quodque per ſe piſtillo ligneo fortiter contundatur ıbtiliſſime in mortario & miſceantur exactiſſime, ad-endo aceti & ſalis parum, vt in antidoti formam redi-atur.*

## CERTISSIMVM EXPERIMENTVM contra Peſtem.

℞ *Fol.abſinth.*
*ſalu.acut.ana* ℥jß,
*rutæ* ℥vj ß.

*Herbæ in aqua fontana recenti lauentur, deinde in cidantur, in mortario contundantur, vt ſuccus exeat, ol læ nouæ mundæ injiciantur, menſura dimidia aceti for tiſſimi affundatur, diligenter cooperta per 24. horas, it ſtare permittantur; hoc tempore elapſo, percolentur, a ceto colato turpethi in mortario puluerisati* ℥j. *admi ceatur; iterum ita coopertum per 24. horas dimittatur Deinde percoletur, & ad vſum reſeruetur.* Huius a ceti per quatriduum continuum quotidie cochle are vnicum theriacæ inſtar piſi mixtum ex vaſ non ligneo, ſed argenteo, vel ſtanneo ſumito. Ho enim ſi feceris, Deo ſummo auxiliante per annum integrum à peſte tutus eris. Si quis vero peſte iam infectus fuerit, huius aceti cochlearia quatuo cum theriaca ad piſorum quatuor magnitudinem ſumere & quatuor horas agitando ieiunare debet ita enim ſine dubio ſaluabitur. Certum enim eſt, & in permultis ſæpiſſime probatum.

FINIS.

BASI-

# BASILICA ANTIMONII,

IN QVA

# ANTIMONII

## NATVRA EXPONITVR

& Nobiliſſimę remediorum for-
mulæ, quę Pyrotechnica ar-
te ex eo elaborantur,
quàm accuratè
traduntur:

*MANVALI EXPERIENTIA*
*comprobata & conſcripta*

AB HAMERO POPPIO THALLINO,
Philochymico.

# BASILICA ANTIMONII

## Cap. I.

### *De Natura Antimonij.*

DITISSIMA rerum procreatri Terra, cum plurima mineralia gremio ſuo foueat, haud infimu inter ea dignitatis locum Stibiu obtinet, quod licet Veteribus m nus cognitum ſteriliorque apu eos eius vſus fuerit: hodie tamen pyrotechnica a te præſtantiſſima entia Medica ex eo elabora tur. Vt autem ipſius Antimonij naturam recte e plicemus, ab eius definitione exordiemur.

Antimonium autem dicimus eſſe corpus min rale, plumbei coloris, partim ex impuro bitum noſo & arſenicali, partim puriſſimo ſulphure, ſ interna rubedine, Mercurio metallico indigeſ & exiguo ſale concertum, Spagyrica præparati ne in nobiliſſima medicamenta cedens.

A nominis itaque definiti impoſitione fili n ſtri principium trahimus: vbi ſtatim grauiſſim diſceptationum quæſtio oboritur, quinam hom num primo hanc mineruam inuenerint, eique ſ

nomin

omina indiderint. Theologis abſolutiorem deci-
onem relinquo: Num primus hominum Paradi-
incola Adam *Geneſ. c.2.* Antimonio & reliquis
ineralibus & metallis certa nomina impoſuerit:
ius negatiuam ſententiam maxima pars tuetur.
erræ enim mole mineralia obruta & occluſa, hu-
ano oculo imperſcrutabilia extiterunt. Scripta
iam ſacra, præterquam quod longe poſt Auri &
etallorum reliquorum mentio fiat, alio ſilentio
nc quæſtionem tranſgrediuntur. Arabiæ autem
emium primo eam in lucem protuliſſe ex Ge-
ro, Arabum Rege manifeſtiſſime datur, qui pri-
us huius mineræ mentionem ſub Magneſiæ no-
ine facit, eiuſque eleuationis modum omnibus
umeris abſolutiſſimum docet: qui etiam in ho-
ernum vſq; diem in Chymicorum officinis ex-
litur, dum cacabis inuicem ſuperimpoſitis albi
ntimonij flores elaborantur. Arabia autem in
inas ſibiq; confines regiones eam diſperſit, vn-
Græcia, artibus jam pridem exculta, ſibi quoq;
ius mineræ notitiam comparauit, eamque tan-
m in totum terrarum orbem diſſeminauit.

Hebræis Zadadah. Chaldeis Zedidah.

Græcis στίμμι, στίβι, πλατυόφθαλμον, quia mulie-
s eo oculis decorem ſibi conciliare ſolitæ fue-
nt, vnde apud *Ezec.c.23.v.40.* ἐστιβίζω τοὺς ὀφθαλ-
ὺς σου legitur, quo etiam ſenſu γυναικεῖον, quod
ulieres eo maxime vterentur, nominarunt, λάρ-
σον & χαλκηδόνιον etiam appellant.

Latinis Alabaſtrum, Lapis candide nitentisque
umæ, Magneſia, Stimmi, Stibi: In officinis ex
uicennæ interprete indigitant nomine Antimo-
j: cuius originem rerum Chymicarum otores

ἀπὸ τοῦ ἀντιμάχειν πρὸς τὸν βίον vel ab ἀνθ' ἡμῶν conjecturaliter deriuant: quod alij ex Gallorũ lingua deſumtum & Latinitate donatum eſſe volunt: alij ab Arabũ atzmet deducunt, alij ad primitiuorum claſſem, quorum ſententiæ plerique aſtipulantur, reponunt.

Germanis eſt *Spieſzglaſz* ſeu *Spieſzigglaſz* vel *Spieſzglantz* quod cuſpidum haſtarũ more ſcintillet, quo nomine Baſilius Valentinus Monachus Benedictinus Cœnobij Erfurtenſis bellicoſo Marti ſua natura id ſubiectum eſſe dicit.

Italis dicitur Stibio, Antimonio.

Hiſpanicis mulierculis ejus vſus in ciliorum pulchritudine concilianda fuit vſitatiſſimus: puluerem autẽ vocabant alcohol (quæ vox etiam adhuc in Hermeticorũ laboratoriis ſonat) vnde Antimonium crudum & nondum contuſum Piedra de alcohol nominarunt.

Variis inſuper Naturę ſcrutatores hoc minerale nominum ac characterum notis occultare ſolent: quorum nonnulla plane ſunt barbara, vt quando Antiſtini, Othi, Alkofol; Alcoſol &c. appellatur: pleraque metaphorica ſunt, quibus quadam ſimilitudine vis & facultas eius adũbratur, vt quando *Lupus* vocatur, quia ferocia ſua omnia metalla, præter Leonem, h.e. aurum abſumit. *Arietis* quoque nomen & character ei attribuitur, quod ſicut Sol cæleſtis in Ariete cõſtitutus fulgentiſſimis radiis noſtrum clima ferit, ita etiã aurum, quod Solem terreſtrem nuncupant, ab Antimonio purgatum fulgentiſſimo colore, & ab omni ſorditie purgatũ ſplendet. Baſilius Valentinus *circulo* comparat, quod eius natura ſit inperſcrutabilis, ſicut in cir-

in circulo principium & finis.

Paracelſus in medicamento Antimoniato *Tyro* comparat.

*Proteus* quod omnes colores Vulcani beneficio induat, dicitur: & quod Chymiaſtri totis viribus ex eo aurum ſibi pollicentur, *Chymicorũ Idolũ* nominatur. *Radix metallorum* dicitur non quod ex eo metalla generentur, ſed quod omnibus metallis quaſi adiaceat & adhæreat. Ex veteribus & recentioribus nonnulli magna affinitate hoc minerale Saturno coniunctum eſſe putarunt, vnde id *Saturnum Philoſophorum, Magneſiã Saturni, Filium atque nothum Saturni* appellarunt; quo vero ſenſu & rationibus, ingenij noſtri captum ſuperat. Dioſc. lib. 5. c. 49. docet ſi carbonibus paulo magis crematur, in plumbum abire: ſed forte oculorum teſtimonio nimium credulus, Regulum qui poſt calcinationem Antimonij forti igne ab eo ſecernitur plumbum eſſe ſibi perſuaſit. In plumbum enim ſola hac crematura & abſq; Saturni anima ſiue pinguedine nunquam traſibit: neque à Saturno Antimonium generari quiſquam affirmabit. Hæc tamẽ ſententia, vtpote quæ vetuſtior, ei quoque ſignorum ac characterum formas impoſuit, ex quorum numero magis in vſu viget, quæ ceu inuerſum Veneris ſignum circulo cruce ſuperimpoſita pingitur, quæ ex falcato Saturni circulo, falce eius ſolummodo clauſa promanauit: quæ plumbi cum Antimonio conuenientiam aperiet. Antimonium autem mineram, corpusque minerale eſſe in propatulo eſt: ex terra enim eruitur & malleo niſi in metallum exaltetur, extenſibile non eſt, quam naturam metalla ſibi ſolum reſer-

uarunt. Contrariam ſententiam hic aliquis ſtatuere poſſet, Antimonium eſſe Metallum, quia in metalla tranſmutatur, quod metallis proprium eſt: in metalla vero poſſe tranſmutari experientia docet: metalla autem ſolum inter ſe in perfectiorem gradum exaltari poſſunt, cui reſponſionis loco ſubiungimus Antimonium eſſe Hermaphroditicæ naturæ, h. e. partim metallicum, partim minerale. Habet enim in ſe mercurium metallicum, qui ſolum tincturam metallicam admittit & poſtea communia cum reliquis metallis munia obit. Neque quicquid metallicum mercurium habet erit metallum: requiruntur etiam adhuc ſal & Sulphur metallica eaq; cum mercurio perfecte digeſta, quod vtrumq; in Antimonio deſideratur: cum autem metallicam diſpoſitionem habeat, metallum imperfectum vel ſemimetallum quidam nominant: atque ita hac ſolutione reliquæ proprietates metallicæ quæ in Antimonio reperiuntur facile dilui poſſunt.

Plumbeus, niger & ferreus Antimonij color à principiorum Salis, ſulphuris & mercurij imperfecta mixtione ortus, in trito potiſſimum apparet Rubens quidem Antimonium præſertim in minera adhuc contentum ex Tranſyluaniæ finibus aliquando adfertur: in puluerem tamen redactum, omnino à nigro colore rubedo occultatur. Impurum, bituminoſum & Arſenicale Sulphur ipſa Chymia diſcernit. Sulphur impurum crudum inflammabile ſiue φλογιστὸν, oculis, naribus & pulmonibus, infenſiſſimū eſt, præſertim in eius calcinatione & florū alborum eleuatione percipitur, dum Sulphuratorum more cæru-

lea

ea flamma cum arſenicali nidore (qui quodámo-do dulcis non tamen diu tolerabilis) conſumitur.

Bituminoſum eſſe ipſa flamma & odor indicat: propterea que Ceram Hiſpanicam, vt nigro colore eam inficiat, præ reliquis coloribus nigris, minori conglutinandi facultate præditis, ingreditur.

Vitriolatam eius portiunculam liquor antimonii acidus præ cæteris ſignis maxime demonſtrat, qui ſpiritus vitrioli ſaporem & vires quam proxime imitatur.

Internum & fixum eius Sulphur maxime in lilio eiusque tinctura effulget.

Alterum principium eſt Mercurius, quem metallicum atque copioſum ſed crudum & indigestum in Antimonio reperiri ſupra docuimus: ad recipiendum metallicas tincturas idoneus. Mercurius enim ſolum metallorum tincturas aſſumit: ſal vero & ſulphur tincturas transmutantes conſtituunt. Mercurium autem copioſiorem præ ſale ei ineſſe ſaltem eius ſublimatio ſiue volatilitas (vt de eius Regulo & ſalis & ſulphuris ſeparatione taceam) clare demonſtrat. Paucitatem ſalis, præſertim metallici, ipſa extractio & friabilitas Antimonij docet. Fidem autem his omnibus dabit ipſa manualis elaboratio & experientia, quam vt propriis laboribus & ſumptibus nactus, ita ſincere me hic traditurum polliceor. Multis autem vſibus Antimonium hodierna luce inſeruit, vt ad typorum literarum, campanarum & tormentorum fuſionem, ad auri purgationem, & medicamentorũ tam internorum, quam externorum præparationem. Variis in regionibus eruitur. Matth. in comment. ſuis in Dioſ. c. 49. Agrum Senenſem & Co- *Vſus.*

mitatum S. Floræ eius fodinis abundaſſe tradit: præſtantiſſimum autem erui ex ſolo Maſſano ac Suacenſi docet. Noſtra Germania mineralium & metallorum fertiliſſima eius quoque vbertatem præbet: quod tam propriis venis, quam metallorum permiſtum, ad Hercinias in Miſnia, VVeſtphalia aliisque Germanię locis effoditur. Maxime tamen laudatur Vngaricum: præſertim in Tranſyluania natum, vtpote, quod ſulphure puriori, aurique minera conterraneo quaſi iure imbutum, ſtriis ſplendidioribus & longioribus, obſcuraque rubedine (quæ bonitatem eius inprimis arguit ob ſulphuris abundantiam) reperitur: cujus Paracelſus ſubrubentis Antimonij, & Baſilius Valentinus Monachus Benedictini ordinis in curru Triũphali ſub orientalis nomine meminit: & hoc maxime ad medicamentorum elaborationes eligimus & commendamus: Artifices experti hoc variis modis explorant, cum oculorum teſtimonio non ſemper fides ſit adhibenda & ſola inſpectio in clarioribus etiam expertiſſimis alias poſſit imponere. Quidam chartæ luteo colore in pharmacopoliis tinctæ & bene dente apri læuigatæ iſtud affricando explorant eiuſque certitudinis notam, rubram lituram, quam in ductione poſt ſe relinquit, ſtatuunt: alij fortiſſimo aceti Hiſpanici ſpiritu, drachmas aliquot, bene pulueriſati imbibunt, & in lamella ferrea vel figulina ad lentum ignem, ne Antimonium fluat, euaporare ſinunt: quod ſi poſt euaporationem puluis Antimonij rubeus relinquatur, vlterius de eius certitudine non dubitant.

Sed cum nobis animus non ſit inani verborum

ſonitu

ſonitu longam orationem de huius ſubiecti nominibus, ſpeciebus, eiuſque commendatione pertexere in quo Paracelſum, Suchtenium (qui interdum myſticum Antimonium intelligit) & alios, ſua arcana quæſiuiſſe, idque paſſim in ſuis ſcriptis ſummis laudibus proſecutos eſſe conſtat, ad ea aditum apparemus, quæ magis neceſſaria ad ægrotantium morbos profligandos ex eo parantur. Veteribus quidem huius mineræ notitia (vt ex Gebero dictum) non fuit adeo ignota, vires tamen plurimæ & excellentiſſimæ, quas ſucceſſu temporis vſus & experientia detexit, ipſos latuerunt, vtpote quod in venenatorum claſſem relatum, ad externa potius quam interna vſurpabatur (niſi quod Nicol. Myrepſus in Antidoti ſui quod Diacaſtorium vocat, crudum admittat: in cuius locum pyrethrum hodierni Medici ſubſtituerunt) vi aſtringendi, exiccandi, meatus corporis obſtruendi, refrigerandi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducendi, oculorum vlcera & ſordes mundificandi, ſanguinem è cerebri membrana fluentem ſiſtendi præditum eſſe dicebant: quibus etiam deiectoriam facultatem Dioſc. l.4.c.155. adiungit. Præparationes etiam quaſdam, leuiuſculas tamen, ſcriptis ediderunt, quas videre licet apud Dioſ.l.5.c.49. Oribaſium collect.med.l. 14.15.& de virib. ejuſdē apud Galen.de ſimpl. medic.facult.9. vbi inprimis ad collyria cōmendatur. Paulum Æginetā lib.7.de re Medica & alios multos, quos omnes ſi longa ſerie recēſerem plus forte tædij quam gratiæ afferrent. Triplici autem vſu Antimonium inſeruire diximus, nempe ad fuſionem metallorum, ad tormenta bellica maiora,

vt & campanas,quę magis concinunt, auribusque ſuauiorem ſonum ex Antimonij permixtione nâciſci dicuntur. Stannariis etiam expetitur & iis qui ſpecula metallica poliunt & literarios characteres & typos effingunt, & ad auri purgationem.

Ad duplicem autem ſcopum elaborationes Antimonij, quæ in ſactario Vulcani perficiuntur, collimant: Quædam enim ſpectant ad tranſmutationem, eamque vel ſui ipſius, vel aliorum mediante Antimonio in præſtantiora & perfectiora metalla: Quædam hominis ſanitatem ſartam conſeruant: afflictam vero in ſalubriorem ſtatum reponunt. Nos miſſa tranſmutatoria ( non quod egregiam tingendi vim in Antimonio latitare plane negemus: plus enim tranſmutatoriæ ſtudio deditī in hoc minerali laboris conſumunt, quam in perfectiſſimo metallo, ſed quod omnes ſemper labore ſuo fruſtrati, nunquam exoptatam tincturam inde elicere potuerint: tum quod nimium volatile etiam ſulphure & ſale metallico, quorum proprium eſt metalla exaltare, deſtituatur.) vtpote cuius nulla dum nobis ſit manualis experientia, ad medicamentorum apparatum nos conferimus: & hæc de Antimonij definitione, quæ eius eſſentiam & naturam explicare debebat, quam breuiſſime dicta ſufficiant.

## Cap. II.

### *De Minera Antimonÿ, eiuſque fuſione & purgatione, ſiue Regulis.*

Tri-

TRipliciter porro Antimonium ad Pyrotechnicos labores recipitur: nempe qua minera cruda, qua minera fuſa, & qua Regulus.

Minera rudis ſiue cruda eſt ipſa vena, qualis ex terræ viſceribus eruitur. Minera fuſa eſt ipſum Antimonium peculiariter ſic dictum: idq́; paratur fuſione mineræ per deſcenſum: Catinus in fundo pertuſus & minera repletus, alteri terra obruto imponitur & ignis adminiſtratur: Sic enim vi caloris Antimonium eliquatum ac à terreſtri & ſabuloſa impuritate ſecretum, per foramen catini ſuperioris in ſubiectum excipulum delabitur: idque remittente calore in maſſam coagulatur.

Regulus Antimonij eſt Antimonium à ſuperflua ſua nigredine & ſpurcitie magis depuratum, quam per ſimplicem illam eliquationem fieri poteſt. Peculiari enim artificio impuritas firmius Antimonio admixta, in ſcorias eſt propellenda, vt ſubſideat ſyncerior & ſplendidior Antimonij portio, quæ Regulus appellatur. Eius conficiendi modi plures reperiuntur, is tamen maxime laudatur, qui melius ſcorias ſecernit, adeoque ponderoſiorem regulum exhibet, qualis eſt ſequens. Capiatur Stibij ℔ß pulueris carbonum ℥j. nitri puri, Tartari crudi an. ℥iij. ſingula ſeorſim puluerifata & deinde omnia commiſta in crucibulum inter carbones viuos locatum, per vices injiciantur, vt inflammentur: ſemper autem operculum crucibulo poſt iniectionem imponatur, & toties iniectiones repetantur, donec omnis materia iniecta ſit: quo peracto fuſionis ignis adminiſtretur, vt Regulus inferiora crucibuli occupet, (vel in *Regulus.*

conum pyramidalem effundatur)qui poſt refrigerationem à ſcoriis ſuperaſtantibus ſeparetur: ſcoriæ vero (quas vocant) aſſeruentur, quarum vſum c. 7. & vlt. docebit.

Huic ſimplici Regulo affinis eſt compoſitus cum Marte, quem vulgo Regulum Martis, itemque ſtellati (à corona ſiue ſtella artificioſa, quam in fuſione ſub ſcoriis nanciſci ſolet) nomine indigitant. Duo eius elaboratio potiſſimum requirit: tempus nimirum fuſionis & materialia. Tempus fuſionis commendatur Luna creſcente præſertim in Leone cõſtituto Sole atq; inſuper ſereno cœlo. Experientia enim docuit tum maiorẽ felicitatem in ſtellæ fuſione vigere, quam aliis temporibus. Materialia autem ſint pura, nullis heterogeneis miſta, ſintque tria, Mars, Stibium & Nitrum, ſeu Sal petræ. Operatio ſic inſtituitur. Tempore, in-

*Regulus Martis.*

primis prędicto ♃ Ferri (nempe clauorum vel limaturæ puræ)℥jß. in crucibulo in igne fuſionis teneatur; donec intẽſe candeat & quaſi liqueſcere incipiat, tũ cochleari ferreo imponatur Antimonij puluerifati, ℥v. quibus optime liquefactis & inuicem miſtis per vices injiciantur ſalis petræ pugilli aliquot, quo facto affundatur in conũ pyramidalem calefactum & inunctum ſeuo vel cera labris eius nonnihil concuſſis, vt Regulus à ſcoriis ſeparatus ad fundum bene ſecedat. Regulus remotis ſcoriis puluerifatus igni rurſus in crucibulo committatur nitrique vt ſupra pugilli aliquot per vices injiciantur & in conum fundatur: hunc laborem ſi ter vel quater repetiueris, nec ſtella ſeſe manifeſtet, certo ſtatuas non ad amuſſim obſeruatum eſſe legitimum proceſſum: magis tamen in proſ-

pera

pera fortuna, quàm in artis præſcripto ſtella locata videtur, vt etiam expertiſſimus quiſque artifex labore ſuo quandoque in eo proferendo fruſtrari poſſit. Interim tamen etiam Reguli iſtius cum Marte parati nec coronati, ſuus eſt vſus, iſque varius, tam ad Medicinalia, quam ad Alchymiam. Scoriæ quoque ſuo loco ad Sulphuris aurati Diaphoretici confectionem proderunt. Sufficiat illas duas Reguli ſimplicis & cũ Marte compoſiti præparationes attuliſſe: longũ enim foret omnes procedendi formulas perſequi. Singuli enim fere artifices hic ſua nituntur experientia & peculiare aliquod encheirema adhibere ſolent. Poſtquam igitur triplex Antimonium ita in Laboratorio præ manibus fuerit, duplex conſequenter ſcopus in hoc medicinali campo, quo ab Antimonio auferatur ſulphur immaturum, fœtidum ſeu venenum, objicitur. Medicamenta enim ex Antimonio parata fiunt vel per modum fixionis: vt ipſum Antimonium ablata cruditate, magis fixum euadat: vel per ſeparationem ( vocabulo ſtrictiori ſignificatione ſumpto) qua in fundo relicta terrena impuritate, portio Medicamentoſa propellendo vel extrahendo ſeparatur. Fixionis autem quidam modi ſunt Calcinatio & Vitrificatio. Calcinatio per quam miſtum in calcem redigitur, inſtituitur vel per ſe vel cum aliis.

Calcinatio Antimonij per ſe fit miniſterio ignis vel cæleſtis vel Elementaris ſiue culinarij, carbonum, lignorumve fomite ſtructi.

Calcinatio Antimonij cum aliis, fit ſiccarum vel humidarum rerum adminiculo, ceu elaborationum ſeries demonſtrabit.

## Cap. III.

### *De Calcinatione Antimonÿ per ignem cæleſtem, ſeu Radios ſolares.*

INquieta hominum cogitatio, curioſitate ſua ſemper noua indagando eo peruenit, vt etiam calore quidem, abſque tamen prunarum flammarúmque vi multa ſanitatis præſidia præparare didicerit. Calorem illum è cœlo mutuatum & à Sole petitum ob ineffabilem ſuam potentiã Magicum ſapientes dixerunt, per eum ſequentibus encheirematibus Antimonium in præſtantiſſimam calcem redigitur.

*Calx per Solem.* Sit ad manus ſpeculum incenſorium ſiue lenticulare, ſiue metallicum concauum, quod nempe radios Solares refringendo vel reflectendo concentret, vt obiecta combuſtibilia inflammet: id Soli opponatur, ita vt pyramidis luminoſæ apex ante Antimonij pulueriſati & iuxta in marmore in modum metæ vel coni in acumen faſtigiati ſummitatem feriat, & breui faſtigium metæ Antimonij, cum multi fumi profuſione ad niuis albedinem calcinabitur, qua parte calcinata à corpore nigro, cultello remota, vlterius relinquatur donec ita per vices totus Antimonij conus ad albedinẽ ſit redactus: & (quod mirabile) licet copioſus fumus multum de Antimonio diſſipari arguat, tamen Antimonij pondus poſt calcinationem auctũ potius quam diminutum deprehenditur. Hæc eſt elegans & ſecreta calcinatio Antimonij, cuius vis eſt Diaphoretica, vſus ampliſſimus in Hydrope, Lue peſtifera & Gallica: in obſtructionibus hepatis & lienis, ictero, lepra, eiuſque ſpeciebus omni

omnibus: in podagra. Exhibetur in infuſo ℈vj, viij, x. & vt mirabilis hæc eſt calcinatio, ita non inferiores eius virtutes & effectus. Illud tamen monendum, Antimonium prius in flores redactum facilius iſto modo calcinari, quam crudum; cum eo longe tenuius ſit redditum.

## Cap. IV.

### *De Calcinatione & Reuerberatione Antimonij.*

PEr domeſticum ſiue culinarium ignem variis modis hoc minerale tractatur: quem aliæ præparationes breuiorem, aliæ diuturniorem requirunt.

Apertum & vnius diei ignem requirit Calcis Antimonij per ſe præparatio, cuius proceſſus ſic eſt. Antimonium pulueriſatur & ſuper tegulam prunis impoſitam ferrea ſpatula continenter mouendo agitatur, donec poſt repetitas conglobationes & pulueriſationes in griſeam calcem redactum ſit: ferroque ignito impoſitum, nullum amplius volatilitatis ſignum edat: nimirum neque ferrum inde inficiendo, neq; fumum vel odorem e ſe ſpirando. Hiſce notis apparentibus Calx Antimonij ſimplex habetur: quæ in crucibulo impoſita, vlterius eſt ignienda, vt ex albeſcente colore ſit puluis ad flauedinem inclinans. Laudabile ea eſt Calx Diaphoreticum & ſingulare Peſtis præſeruatiuum; cuius viij ℈ in vino generoſo veteri infuſa vel cum ſucci calendulæ ℥ij propinantur. *Calx per Ignem.*

Preſtantiorum virium eſſe compoſitam cum au-

to calcem Antimonij ipſa experientia & ratio di-
ctitat: qui modus cum parum diſcrepet à ſimpli-
cis calcis preparatione,eum annecto. ℞ Auri Vn-
garici p.j. Antimonij, vel (quod melius) eius Re-
guli ſimplicis p.ij. ea duo in crucibulo ante follem
funde: colliquata miſtura effundatur in canalicu-
lum, vel in mortarium æneum aut ferreum, vt re-
frigeſcat, ex ea maſſa paretur puluis, quem in ſcu-
tella figulina bacillo ferreo continuo mouendo
calcina, donec in griſeam flaueſcentem calcem
abſq; vlla fuſione abeat.Calcem alcooliſatam poſt
ignitionem aſſerua & in eosdem vſus in quos ſim-
plex Antimonij calx conuertitur: inprimis autem
præ ſimplici calcinato Antimonio, ad Articulo-
rum grauitatem à Podagra vel Lue Gallica reli-
ctam commendatur.

Cæterum ambæ calces in vitrum conflari poſ-
ſunt, ſicut cap.9. oſtenditur.

Atque hæ Antimonij calcinationes celerius, v-
no nempe die abſolui poſſunt. Diuturnior igni
Reuerberatione Antimonij adhibetur, quæ ele-
*Lilium.* gantiſſima in Lilio Antimonij demonſtratur. ℞
Antimonium, vel quod melius eius flores albos
include globo fictili,cuius medium itidem argilla-
ceus axis pertranſeat & in clauſo vulcani domici-
lio foue, donec quinquies vel ſexies aurora tran-
ſierit, quotidie paulatim reuoluto aliquoties glo-
bo,tandem poſt æſtatem circa axem rubicundum
ſiccum & durum Antimonium reperies, quod Li-
lium Paracelſus nominauit. Præſtans eſt hoc Li-
lium ad Tincturam Antimonij inde extrahen-
dam: maxime tamen etiam ipſius Lilij vſus in vi-
tioſa ſanguificatione, in cachexia & lepra lauda-
tur

tur. Eius grana 5. in Maluatico vino per noctem macerata & abſumta, Diaphoretici ſaluberrimi officio funguntur.

## Cap. V.

### *De Croci & fixi Antimonij præparatione.*

CAlcinatio Antimonij acceſſu aliarum (præter ignem) rerum, fit cum ſiccis vel humidis. Calcinationis ſiccarum acceſſu duæ ſunt ſpecies, Detonatio & Cementatio. Detonatio eſt calcinatio rei cum Nitro permiſtæ & poſtea inflammatę. Huiuſmodi autem Antimonij detonatio eſt leuis vel vehemens.

Leuis detonatio eſt, quando Nitrum, Antimonium calcinandum, pondere nequaquam vel non multum ſuperat, eaque potiſſimum ſemel inſtituitur. Tali Antimonij detonatione paratur crocus Metallorum, cuius talis eſt proceſſus. ℞ Antimonij & Nitri p. æ. pulueriſa ſeorſim, commiſceantur optime & in ferreo mortario, ferreo bacillo ignito, vel etiam pruna ſub dio vel ſub camino accendatur, & cum tumultuoſo fragore multam flammam fumumque & fœtorem ſulphureum eructabit materia: reſtante finita detonatione maſſa hepatis colorem referens, vnde quoque Hepar Antimonij dicitur: poſt pulueriſationem, elotionem & exiccationem croci colorem, vnde Metallorum (quod Antimonium vt quidam putarunt ſit prima omnium metallorum radix) crocum nominant. Hepar igitur vel crocum hunc optime pul-

uerisatum, elotum & edulcoratum pro vomiti-
Vſus. uo ſeruabis. Vſus eſt, vt pro perſonæ ratione vj.
vel vij. granorum infuſum, homini ad vomitum
compoſito, exhibeatur. Martinum Rulandum
in Centuris curationum Empiricarum Aquam
ſuam benedictam ex hoc croco præparaſſe mul-
ti pro certo ſtatuunt. Quidam infuſum huius cro-
ci cum aqua Limonum pro vera aqua benedicta
Rulandi propinant, & certe ſi non vera eſt, viri-
bus tamen illam, ſi non ſuperat, tamen æquat.
Felicioris tamen operationis eſt hic Syrupus ex
eius infuſo paratus. ℞ Infuſi croci metallorum
℥vj. Cinnamomi cõquaſſati ʒij, relinquãtur in lo-
co calido, cœloq; ſemel reuoluto coletur, colaturę
addantur Sacchari albiſſimi ℥viij. fiatq; coctione
Syrupus, qui doſi ʒj. vel etiam ʒij. in aqua cen-
taurij minoris, vel alio conuenientiore liquore aſ-
ſumtus, cum ſummo ſucceſſu catarrhos cor & pul-
mones ferientes (ſeruatis tamen methodi legibus)
exhaurit, omnibuſque morbis vomitum requiren-
tibus ſalubriter offertur.

Ex hoc croco bene edulcorato celeberrima a-
qua ophthalmica paratur: infundendo eius ʒj
vel ʒij. cum appropriatis oculorum aquis: cuius
infuſi guttulę aliquot ſubinde in oculum affectum
inſtillatæ, in primis ad nubeculas & ſuffuſiones
commendatur.

Infuſum etiam vel decoctum huius croci ʒß vel
ʒj, ad purgantia Enemata recipitur, cum bono &
felici ſucceſſu.

Et hæc fuit leuior detonatio Antimonij, fortio-
ri ex Croco metallorum iam præparato fit Anti-
monium fixum ſiue Diaphoreticum hoc modo.

℞ Cro-

℞ Croci metallorum, ſiue Antimonij ſemel detonati p. j. Nitri puri p. ij. puluerifata & commiſta per vices in crucibulum ignitum injiciendo ſinantur detonare , vt nitrum totum bene conflagret, quo facto griſeum euaſit Antimonium, eiq; edulcorato & exiccato commiſce triplum nitri, & procede vt prius detonando , niſi quod cum ægrius flammam concipiat in hac tertia elaboratione paruula pruna iniecta detonatio iuuari poſſit. Tâlem hunc puluerem probe edulcoratum intenſo igne candefac, vt regulus, quem ſecum retinuit ad fundum ſecedat & remoueri poſſit, quo peracto puluerem ex albo flaueſcentem ſerua. Eius g̃ vj ad ℈. vel ʒß. ( præſertim ſi cum ſucci calendulæ ℥ij, Bezoardici mineralis ſimplicis g̃ iij. exhibeantur) per Diaphoreſin curant , omnes obſtructiones viſcerum expediunt : à Quartana & Tertiana liberant, in qua in principio exhibitum etiam vomitum ciere ſolet : aperiunt Apoſtemata & ſimul ſuauem ſomnum inducunt. In primis autem eius vſus in Anaſarca commendabilis exiſtit.

## Cap. VI.

### *De Cæmentatione Antimonij.*

CÆmentatiò quædam eſt ſequens ſecreta Antimonij cum cinere fruticis ſuper caluariam creſcentis calcinatio. Sumantur Antimonij crudi pulueriſati & cinerum fruticis ſuper caluariam creſcentis partes æquales , vel horum plus quam illius ad placitum : optime permiſta per vices injiciantur in crucibulum ignitum , quandoque ba-

cillo ferreo commiſcendo & Antimonium ſine fuſione & detonatione, cum exhalatione tamen nidoris ſulphurei, admodum cito nigredinem, rubedinem & flauedinem percurret & in puluerem candidiſſimum calcinabitur, qui vt magis figatur, per horam vlterius igne vehementi vrgeri poteſt. *Vſus.* Vſus eius idem eſt, qui Antimonij laborioſe per detonationem cum nitro fixati, præ quo tamen maiorem habet vim bezoardicam.

## Cap. VII.

### *De Præcipitatione Antimonij.*

Calcinatio quæ interuentu humoris perficitur, vulgo Præcipitatio vocatur. Eſt enim Præcipitatio rei ſolutæ per ſeparationem humoris in calcem reductio. Ad omnem igitur præcipitationem requiritur primo corporis ſolutio & poſtea præcipitandi modus.

Antimonium vero præcipitandum in liquorem ſoluitur, vel per certum menſtruum liquando, vel aliarum rerum admixtione deſtillando. Poſt ſolutionem autem vel menſtrui ſoluentis abſtractione, vel tertij admixtione Antimonij calx ad fundum præcipitatur.

Præcipitatio Antimonij per abſtractionem menſtrui ſoluentis ita inſtituitur. Sit in promptu Regulus Antimonij ſimplex, quem ſupra capite deſcripſimus, cui affunde paulatim aſpergendo aquam ſtygiam, aquila alte volante exacuatam quam quod Regem deuoret Regiam appellant, ſolutionem puram à terreſtri fæculentia, quæ in

fun

reticus puluis ex Reguli Antimonij ſimplicis ſcoriis paratur, qui Sulphur Auratum Diaphoreticũ dici conſueuit. ♃ Scorias Reguli Antimonij ſimplicis, quas c.2. præparare docuimus & in lixiuio ex cineribus fagi & calce viua concinnato per ebullitionẽ ſolue, donec lixiuium illud aureum colorem acquirat & argentum immiſſum ſua flauedine inficiat,eoque à ſedimento transfuſo roratim affunde aceti deſtillati pauxillum & videbis ſulphur auratum paulatim ad fundum dejici. Lixiuium per filtrationem à Sulphure aufer, idq; multis ablutionibus, elotum & exiccatum pro ſingulari Diaphoretico aſſerua. Per ſudorem omnem morborum mineram ad ℈ x. exhibitum expellit. Similiter ſulphur ex compoſiti ſiue ſtellati Reguli Antimonij ſcoriis extrahitur.

## Cap. VIII.

### *De Præcipitatis ex liquore Antimonij per deſtillationem parato, tam ſimplicibus quam compoſitis.*

ENumeratis Præcipitatis Reſoluti Antimonii in alio menſtruo nunc ad ea quæ ex deſtillato eius liquore fiunt pergimus. In primis autẽ commendabile Butyrũ mediante Mercurio ſublimato ad præcipitatos excellentiſſimos ex eo paratur. ♃ Anti. Vng. Merc. abſq; Arſenico ſublimati ana ℔j. ſeorſim trita miſceantur in cõcha vitrea & ſtatim per Retortã vitream ampli colli ex arena igne per gradus aucto liquor inſtar Butyri deſtillatur, qui collo Retortę adhærẽs caute cum forcipe admota pruna in cucurbitulã excipuli loco appoſitam eli-

quan-

quandus eſt : qui poſtquam prodire deſiit , repoſita alia cucurbitula infra ſupraq; Retortã in copella arena tectam ignem (quẽ ſuppreſſionis vocant) ſubminiſtra per aliquot horas & aliquantulum Mercurij currentis (qui per calcem viuam eſt rectificandus) in præfixo receptaculo inuenietur. Infarctam vero reperies in collo Retortæ Cinnabarim, cuius vſum cap. 10. docebimus. Butyraceus vero liquor prius per ſe vel à proprio ſuæ radicis Regulo rectificetur deſtillando & ad vlterius ex eo elaborãda medicamenta ſeruetur: quanquam per ſe etiam vſum in Chirurgicis habeat: eo labra gangrænæ & Sphalcali illiniũtur, ne vlterius malum proſerpat & vt cõmodius ſectio neceſſaria abſolui poſſit. Carbunculus etiã peſtilentialis hoc oleo circumſcriptus paulatim excutitur, cuius cauerna poſtea ſarcoticis & conſolidantibus medicamentis expleri & perſanari poteſt.

Cæterum hoc Butyrum Antimonij præcipitatur vel per ſe vel per tertij adiectionẽ deſcendẽdo in puluerem, qui Mercurius vitæ & Mercurius Emeticus vocatur: vel per affuſi cuiuſdam acuti ſpiritus figentis abſtractionem, vnde exiſtit Antimoniũ diaphoreticum, quod quidam Bezoardici Mineralis nomine indigitant.

Mercurij vitæ præparatio talis eſt. ℞ Butyrum Antimonij præparatum & rectificatum, affunde ei aquam pluuialem tepidam, & corroſiua Salis & Vitrioli ſubſtantia, quam Mercurius ſecum in ſublimatione arripuerat in aqua ſoluetur & veluti niuei flores in imum vaſis præcipitabuntur, qui optime eloti & exiccati ſunt Mercurius ille vitæ, ſiue puluis Emeticus. Eius grana tria vel quatuor

in Peſte & Febribus ſurſum & deorſum mouendo purgant. In Hydrope vero tantum per alui deiectionem Sal reſolutum educunt. Optime autem notandum triduanum eius vſum ſæpe incurabilem fere ani procidentiam infligere, quare nimius eius vſus vitandus.

Iam eſt vt ad Præcipitatos, qui per abſtractionem humoris figuntur & Diaphoretica euadunt accingamur: quæ Bezoardica mineralia nominari paulo ante diximus. Suntq; ſimplicia vel cōpoſita. Simplicia, quæ præter Antimonium & Mercurium ſublimatum nihil ingreditur, ſunt vel album vel rubrum.

Antimonium præcipitatum fixum Diaphoreticum ſiue Bezoardicum ſimplex albi coloris fit quando à Butyro Antimonij ſolus ſpiritus ſalis Balſamici terna cohobatione, ſubinde pauxilli recentis additione fortificatus abſtrahitur, vt in puluerem album fixum abeat, qui iiij, vel v. granorum Doſi exhibitus ſudorem ſufficienter pellit.

Rubicundo colore vt Bezoardicum minerale effingas, extrahenda eſt cum aceto deſtillato tinctura ex ſcoriis Reguli Antimonij ſimplicis, eaque butyro Antimonij affundenda, id poſtea cum ſpiritu Salis centralis vſitato more in præcipitatū rubrum, propriæ ſuæ radicis tinctura impregnatum figatur & non paulo præſtantiorum erit virtutum quam prius.

Compoſita Bezoardica fiunt cum ſingulis metallis, cum quibus poſt ſolutionem butyrum Antimonij vnitur & per ſpiritum ſalis nitri figitur, eorumque ſeptem numerabuntur, quorum primas ſibi vendicat Antimonium præcipitatum auri-

aurificatum, quod Bezoardicum Solare in Chymicorum officinis nominare ſolent. Modus hic haud inutilis futurus, ſi aurum per Antimonium purgatũ cũ aqua ex nitro & Sale armoniaco (quam aquã pugilum & Philoſophicã ex Baſilij Valentini Monachi clauibus nominant) concinnata, aliquoties cohobando per alembicũ pellatur & poſtea cum Mercurio mundificato ad fundum præcipitetur, iterumq; ab auro præcipitato Mercurius eleuetur. Pręcipitatus vero auri puluis in martialis ſalis ſpiritu ſolutus cũ decupla Butyri Antimonialis proportione figendo vniatur, vt tandem purpuraſcẽtẽ colorem puluis induat. Huius Medicinæ doſis à ℥ v. ad vj vel vij. Diaphoreticum eſt vtiliſſimum, quod vires cõſeruando ſudores mouet, maſcule articulorũ dolores artuumque morbos, cum Hydrope & Lepra omnibuſque eius ſpeciebus in appropriatis vehiculis expellit.

Simili modo ex Luna in aqua forti ſoluta & ad oleaginoſitatem per abſtractionem aquæ ſoluentis redacta, cum eſſentia Falerni tinctura elicitur, quæ priori artificio cum ſpiritu ſulphurei ſalis in Bezoardicum Lunare cohobando redigitur ad capitis affectus ſulphureos ſingulare, priori doſi exhibitum.

Ex Croco Martis per ſe facto cum butyraceo ſtibij liquore extrahitur tinctura, quæ tinctura poſtea cum priori ſpiritu fulminantis ſalis figitur in ſolatium eorum, qui fluxionibus, pręſertim hepaticis affliguntur: priore exhibendi modo l. m. ſeruato.

Ex batitura Veneris cum oleo Antimonij dicto,

tinctura elicitur, quod fixatum ad Venereos affectus commendatur.

Similiter ex Vitro Saturni, ex minio cum Silicibus parato, cum oleo Antimonij extrahitur tinctura, quod poſtea ad Splenis affectus cum trinuni ſalis ſpiritu figitur.

Paulo aliter ex Ioue Bezoardicum paratur. ♃ Reguli Antimonij ſimplicis ℥ iij. Iouis puri in Anglia nati ℥ij. ſeorſim fuſa miſceātur & poſtea pulueriſentur, pulueri adde Mercurij ſublimati puriſſimi, ſine arſenico exaltati & prius ſubtiliter in marmore leuigati ℥v. omniaque commiſta ſubito in Retortam parum excalefactam ingere, & vltro butyraceum oleum videbis egredi, gradatim tamen ignem ſubminiſtra, vt etiam poſt duas horas ſuppreſſorium ignem adhibeas: hoc butyrum cum ſpiritu ſalis fuſilis ter cohobando in album præcipitatū fige, & poſtea ignitum in S.V. extingue. Doſis à ℈j. ad iij. vel iiij. potenter ſudores pellit, proptereaq; icterum, Hydropem, lepram, luis Venereæ & Podagræ reliquias cum tota radice funditus per Diaphoreſin euellit.

Bezoardicum Mercurij ita paratur. Ex Mercurio cum tinctura Smiridis vel Granatorum præcipitato & ſilicibus: vel ex Mercurio vitæ, ſeu Emetico ſupra deſcripto ſolo fundunt vitrum Mercurij, ex quo cum butyro Antimonij eliciunt tincturam ipſius vitri, quod poſtea more ſolito per ſpiritum ſalis Martialis in excellens Bezoardicum figunt: præſertim ad Luem Gallicam, ſiue Veneream commendabile. Doſis à gr. iiij. ad vj.

Quidam ex omnibus metallis coniunctis & Regulo Antimonij abſque metallis parato cum Mer-

curio

Mercurio exaltato ſeu meteoriſato oleum buty-raceum Heptaſtrum parant, idque poſtea opero-ſiori labore figunt & in Bezoardicum Heptaſtrum redigunt, cuius tamen laudes & ſumptus virtute eius maiores eſſe videntur, ſciens itaque eius præ-parationem omitto.

## Cap. IX.

### *De fuſione vitri Antimonij.*

SIc fuit calcinatio Antimonij, nunc ad fixionis alteram ſpeciem, vitrificationem tranſimus. Vitrum Antimonij proprie paratur ex eius calce per fuſionem. Calx Antimonij ſimplex ſupra c.4. parata præſertim Sole & Luna in Aquario vel Piſcibus exiſtente in crucibulum ignitum per vi-ces injiciantur & coram folle igne intenſo fun-dantur, donec bene ſit eliquatum & maturum (quod paulatim immiſſo bacillo ferreo extrahen-do explorari poteſt) tandem in peluim parum ex-calefactam effundatur & erit vitrum pellucidum Hyacinthinum. Eius iij. iiij. vel v. granorum in-fuſum vehementer vomitus ciere ſolet: robuſtiſ-ſimis itaque hominibus hæc fercula bilem ex cor-pore humano ſurſum ejicientia propinentur. In-ſaluberrimum vero porrecti in ſubſtantia huius (vel etiam cujuſuis alij) vitri vſum, vt qui grauiſſi-ma ſymptomata violentiâ ſuâ inducat, plane agro medico exterminamus. Hoc vitrum alias ad ſa-lubriores vſus transferri poteſt, quos cap.12.doce-bimus.

Simplici vitro Antimonij palmam præripit cō-

poſitum ſeu aurificatum. Calx Antimonij cum auro ſupra cap.4. parata, vt in ſimplici vitro Antimonij fit, quod ferreo bacillo immiſſo exploratur: quod ſi color placuerit in peluim modice excalefactam effundatur & boni auri portio iterum recruduiſſe & à vitro ſeparata inuenietur: Materiam omnem puluerifatam, vt prius funde & liquatam in peluim effunde, vitrum ab auro ſeparatum ſerua. Aurum vero relictum cum recente Antimonij Regulo calcinatum & ſecundum normam prioris elaborationis proceſſum, tandem totam Auri ſubſtantiam cum Antimonio in tranſparens vitrum redigere poteris. Huic vitro pulueriſato affunde ſpiritum vini dephlegmatum, quem vitro bene clauſo tene in Balnei modico calore, aut retro fornacem vel ad radios Solis, quoad rubicundiſſimum colorem extraxerit. S. V. tinctum à ſedimento ſeparatum ſerua: reſiduo v. pulueri nouo S.V. affuſo extractionem repete, donec omnis tinctura extracta ſit. Tincturas collectas tanquam pretioſiſſimum theſaurum repone. Hæc enim naturam confortando, ſudores mouendo, ſanguinemque depurando, tantum inimiciſſimis humanæ vitæ hoſtibus indixit, vt neque Hydrops, neque Podagra, Arthritis, Gallica Lues, Lepra & hiſce affines morbi contra talem Medicinam, quæ Auri potabilis veri efficaciam & vires quam proxime æmulatur, quicquid moliri auſint. Quidam vero artifex Regis mortem deplorans eum Saturni filij cineribus immerſum, puluere lapillorum ex pretioſiſſimo latice collectorum, conſperſit, & tam diu ſub alis

Vul-

Vulcani fouit, donec ille rurſus tam grato balſamo reſuſcitatus auream rutilantemque ſuam coronam cuiuis oſtenderet.

Vitrificationi Antimonij accenſeri poteſt illud enchirema, quo leui opera ignium, vitri formam, abſque tamen perſpicuitate induit. Antimonio in crucibulo liquato intinguntur ferrei bacilli bene politi & poſt eductionem quicquid eis adhæſerit decutitur: ſic per vices omne Antimonium extrahitur. Antimonium ita extractum & contuſum denuo eliquatur, atque bacillis ferreis toties extractio repetitur, donec vitrum optime pulueriſatum, rubicundo-purpureum colorem obtineat. Eius Doſis & vſus fere cum ſimplici vitro Antimonij communis eſſe videtur: rectius tamen ſpiritu Sulphuris, Vitrioli vel proprio Aceto prius aliquoties cohobatũ, vt euaneſcente purpureo colore, albicantem prodat, exhibetur: valde enim eius vis Emetica hac correctione emẽdatur, vt ſolam per aluum deturbandi vim poſtea obtineat. Verum Febrium curatiuum Doſis à gr.iij. ad v. in aqua Centaurij minoris vel alio liquore conuenientiore.

Ad vitrificationem etiam referri poteſt crocus ille metallorum, de quo ſupra in detonatione, qua Antimonium in vitrum, licet non pellucidum, redigitur.

Croci illius præparatio paulo alia ita habet. ♃ Antimonij, Salis petræ & Salis communis ana q. p. ſeorſim pulueriſata commiſceantur & in tigillum indantur, ſuper lutato operculo in medio perſpirabili & tigillum ponatur in ignem rotæ ſiue circularem, paulatim propius admouendo:

etiam ex Regulo Antimonij ſiue ſimplici, ſiue ſtellato, vt & ex pulueriſata Luporum Gelatina admiſto contrito ſolari ſale, ex arena in vitreum capitellum ſublimando, qui flores poſtea aqua calida à ſalſedine eloti & exiccati duorum granorum pondere aſſumti per vomitum venenum recenter aſſumptum citiſſime ejiciunt. In Febribus & Capitis doloribus à ventriculi impuritate ortis, vtiliter exhibentur.

Huc referri poteſt Cinnabrium Antimonij c. 8. deſcriptum, quod pulueriſatum ex pyxide cæmentatoria fictili lamella bene tecta ſublimando in arena aliquoties rectificare poteris. Hoc cinabrium mirifice ad ſequentis Antepileptici confectionem commendatur. ℞ Cinabaris Antim. rectificati & pulueriſati ℥ß, Mumiæ nó humatæ pueri viuexis primogeniti ℈iiij, Salis vel Magiſterij perlarum & Corall. an. ℈ij, Croci Orientalis ℈j, Cranij humani ſubtiliſati ℈ß, miſceâtur. Præmiſſa purgatione bis in ſeptimana adultioribus exhibetur, per diaphoreſin omnê iſtius mali fomitem excernit (in infantibus & pueris ſola mumia iã dicta horribilẽ iſtũ affectũ & hoſtem, vitæque humanæ tortorem omnino expellit & eradicat) cõmendatur etiam hęc confectio in paralyſi & capitis eriſypelate. Exhibetur à gr. vj. ad x. vel xii. in appropriatis morbo & parti affectæ vehiculis.

Rubri & purpurei Antimonij flores ſurſum euando etiam elaborari poſſunt, aptiore tamen & meliori via per cucurbitam lateraliter locatam: parantur hoc modo. ℞ Antimonium vel eius mineram tritam & inlateraliter, in furnum nudi ignis, locatam figulinam bociam, denſitate anſeri-

næ pennæ (quidam Antimonio arenæ duas partes admiſcent,qua tamen minera non opus habet) impone, appoſito poſtea bipedali eoque ſatis patente & apto figulino tubulo, cui luto annexus ſit alius vitreus & inſuper huic excipuli loco, cucurbita vitrea, vel alembicus cum roſtro terram ſpectante, aptetur:tum per diem & noctem gradatim aucto igne vrge & cum floribus rubris & purpureis(qui tamen nonnunquã etiam albi hac laboris methodo prodeunt) in tubulos pulſis, in præfixa cucurbita vel receptaculo(ſi alembico vſus fueris) acidum Antimonij liquorem collige. Flores ſpiritu aceti, ſulphuris, vel vitrioli prius cohobando, vel etiam abſolute leni calore à ſulphure venenoſo ſeparando rectificati,omnem vitioſam colluuiem per vomitum & aluum expellunt. Doſis à granis iij,ad v. vel vj.

## Cap. XI.

### *De Liquoribus ex Antimonio per deſtillationem prolectis.*

PRopulſio partium ſubtiliorum nempe aquæ & olei ex Antimonio fit deſtillando. Aqua Antimonij vitriolata, quæ acetum, ſpiritus, melancholia Antimonij aliâs vocatur, eadem opera colligitur in ſublimatione florum Antimonij alborum per alembicos,quam rubrorum (vbi tamẽ copioſius colligitur, præſertim ſi vaſa ſint de bono luto confecta & quaſi vitrea) per tubulos lateraliter locatos. Ea aqua cum propria minera digeſta per alembicũ, rectificari poteſt, jucundam acidita-

ditatẽ nanciſcitur,nec multũ habet diuerſum vſum à ſpiritu vitrioli. Nã febres curat,à putredine præſeruat, ciborum appetentiam excitat,ventriculum conſtringendo confortat, omnemque calorem præter naturam in corpore humano ortum extinguit, Epilepſiam curat, calculum frangit, lumbricos enecat,menſes & vrinam mouet: dolores etiã podagricos extrinſecus adhibita, mulcet,& multa alia tam in medicina quam in Chymia pręſtat.Ad ſuauem aciditatem temperatur cum appropriatis aquis, quæ poſtea in ore contentæ dentium dolorem citiſſime ſiſtunt.

Olea Antimonij varia parantur,ex quorum numero eſt Butyrum Antimonij (rectius Butyrum Mercurij nominaretur:cum vero ita vſu receptum ſit, vt antimonij butyrum dicatur, iſtud etiam hic retinere volui) ex eodem cum additione Mercurij ſublimati deſtillatum, de quo cap. 8. ſatis dictum.

Sequens oleum Antimonij dulce, rubrum multum in Medicina cõmendatur. ℞ quicquid de radice metallorum cum aquila alba in meteoron ſupra fuit redactum, cuius cruore ſalſas thermas per coctionem inficias, ſuper quas ſi poſtea ſpiritum vitriolatum ſummi vegetabilis deſtillatum irroraueris,cruorem grumoſum fundum petere videbis, quo exiccato, ſulphur Antimonij rubrum flammam concipiens paratum habebis: quod ſi in ſulphurea Falerni aqua ſolutum, benigno fimi equini calore per menſem foueas,& deinde per cornutam vitream propellas,primo ſoluens menſtruum, dehinc ſanguinem oleaginoſum dulciſſimũ prolicies, qui ceu vẽdibile vinũ ſuſpẽſa hedera nõ opus habet. Hoc oleum à guttis ij.ad v. in vino vel alio

conueniente vehiculo exhibitum Balſamum vitæ inſtaurat, ſanguinem purificat, obſtructiones reſerat & ſaluberrimi diaphoretici officio fungitur.

Rubicundum Antimonij oleum etiam ſequenti via paratur. ♃ Antimonij & glaciei paradiſi an. ℔ j. contritis & commiſtis affunde olei dulciſſimi ſalis vegetabilis ℔ ij. ſtent in putrefactione per 10. auroras: poſtea ex arena pellantur per Retortam, primo exibit inutile phlegma, dehinc rubicundiſſimum oleum, cuius vſus eſt tam internus quam externus in fiſtulis, vulneribus & vlceribus. Oleum hoc cũ Eſſentia Falerni aliquoties in Balneo cohobatum, prioris dulcis olei vices ſupplere poteſt.

Oleum autem illud ex ſale dulci vegetabili paratur per igneam aquam primæ eiuſdem regni radicis, aliquoties à ſale per deflagrationem abſtrahendo, donec ſatis olei glutinoſi collegeris: quod pro ſua natura nunquam anheloſos & aſthmaticos deſerit.

## Cap. XII.

### *De tinctura, Sale & Liquoribus Antimonij per deliquium.*

ENumeratis Medicamentis, quæ per propulſionem ex Antimonio ſeparantur, ea quæ extrahendo, ſiue diſſoluendo à terreſtri ſua mole elibrantur nunc annectemus. Extractio autem eſt vel Sulphuris vel Salis.

Extractio Sulphuris ſiue Tincturæ Antimonij pro cuiuſuis artificis opinione & experiẽtia inſti-

tui-

tuitur: ſequens tamen modus multum commendatur. ♃ Lilij Antimonij ſupra cap. 4. deſcripti q. p. ex eo trito cum V. S. dephlegm. rubentem colorem in leni calore extrahes, quam à ſedimento transfuſam ad iuſtam olei formam deſtillando redige & tincturam remanentem pro ſummo ſanguinis mundificatiuo aſſerua. Inprimis autem Lepræ, Morpheæ & omnibus cutaneis ab impuro ſanguine manantibus morbis opitulatur.

Quidam Lilio Antimonij acetũ deſtillatum vel propriũ ſpiritũ radicatum affundunt, & menſtruũ tinctum in M. B. ſeparant, vt tinctura in fundo relinquatur, quam denuo in S.V. diſſoluunt, atque à ſubſidentia depuratam ad remanentiam tincturæ intenſe rubentis abſtrahunt. Huiuſmodi tincturæ potiſſimum corrigendo, non purgando ſanguinem mundificant. Doſis à guttis iiij, ad vj. exhibentur in vino & hepati appropriatis vehiculis.

Salis Antimonij, cuius exiguam portionem habet, hæc eſt præparatio. ♃ Calcem Antimonij ſimplicem, vel relictam à floribus Antimonij terram pulueriſatam & affuſa propria acetoſitate vel aceto radicato extrahe ſalſedinẽ. Limpidum à ſedimento decantatum, in leni calore fac vt exhalet & in fundo relinquetur Sal Antimonij, quod per aquam nubium (per ſolutionem & coagulationem) aliquoties rectificatum, tandem clarum & ſplendens euadet. Commedatur in Podagra, Peſte, calculo renum & veſicæ. Doſis à gr. iij. ad vij. vrinam & ſudores mouet. Maiorum virium Sal vitri Antimonij eſſe creditur: præparationis proceſſus talis eſt. ♃ Vitrum Antimonij ſimplex, per ſe ex calce præparatum, affunde fortem aceti deſtillati

ſpiritum, & in calido digere, vt elegans fiat extra-ctio intenſæ flauedinis : menſtruum tinctum cau-te à reliquiis depletum ad conſiſtentiam blande abſtrahe & reſtantem puluerem aqua cæleſti ſæ-pius per deſtillationem elue, donec ab acrimonia aceti bene vacuatum, edulcoratum & liberum ſit redditum : quod ad ſuperioris ſalis vſus etiam re-ſerua.

Ad Salis extractionem pertinet diſſolutio per deliquium in aere frigido humido, cum ea non ni-ſi ſolis ſalibus & ſalium naturam habentibus com-petat.

Sic igitur ex Scoriis Reguli Antimonij tam ſim-plicis quam compoſiti ſiue ſtellati, quippe, quibus admiſta ſunt ſalia nitri & tartari, per deliquium fit liquor, cuius vſus potiſſimum in Chirurgia lo-cum habet; præſertim in fiſtulis & vlceribus fœ-tidis.

Præterea liquor ex Sale vitri Antimonij præ-ſtantiſſimus per deliquium paratur, ſi id in albu-minibus quorum ad duritiem coctorum, raphano vel Bryonia excauata in cella reſoluatur, qui liquor à ℈ß ad ℈j intro ſumtus podagricas defluxiones & paroxyſmos efficaciter cópeſcit & auertit : abſ-que mordacitate quoque vlcera, fiſtulas & vulne-ra à putredine conſeruat & ſanat. Et hæc potiſſi-ma ſunt medicaméta quæ ex Antimonio, minera-lium omnium celeberrimo, Pyrotechnica arte pa-rantur, ad præſentem hominis ſanitatem conſer-uandam, labilem confirmandam & morbos ex-pellendos & eradicandos. Innumeræ quidem de-ſcriptiones Antimoniatorum tam à veterib. quam recentioribus luce donatæ circumferuntur, quas

tamen

tamen omnes ad operationem ipſam reuocare laborioſum ſatis eſt & ſumtuoſum: partim etiam quod ſatis intricate conſcriptæ & infida hominum turba deprauatæ non ad veritatis ſcopum collimant. Præſtat igitur paucis expertis fidem adhibere, quam incertos proceſſus, quorum plena ſunt omnia, oleum & operam impendere. Hæc itaque de medicamentis ex Antimonio propria manu elaboratis conſignaſſe ſufficiat.

LAVS DEO.

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM IN HOC OPVSCVLO contentorum.


*A*

ABORTVM *præcauentia* 298.418. 419
*Abſinthij vſus & vtilitas* 472
*Acetum fortiſſimum comparandi modus* 450.451
*Acetum Terebinthinæ* 40
*Theriacale* 32
*Acetoſitas eſurina ex cupro abſque corroſiuo* 500
*Achor* 389
*Adamas* 581
*Adſtrictio* 182
*Aeris contagium ſeu malignitas* 417.432
*Æruginis oleum* 333
*Affectus externi* 510
*Affectus oculorum* 96
*Affectus ſoporoſi* 89
*vnguentum de Alabaſtro* 52
*Albugo oculorum* 98
*Alkermes extractum* 40
*Aloes extractio* 461
*Præparatio* 471
*Alui promotio* 434
*tarda deiectio* 189
*deiectiones cruentæ* 207
*Aluminis arcanum* 381
*Ambra rectificata* 36
*Amuletũ in catarrho* 92.93
*antepilepticum* 69
*Analepſia* 532
*Anaſarca* 245.613
*Antepileptica mixtura* 71
*Aneuriſma* 385
*Angina* 130.419.507.530. 531.553.571.574
*Angina notha* 132
*Anguſtia pectoris* 135
*Anguſtia grauidarum mulierum*


*lierum*

lierum 473
Anhelitus difficultas 531
Fœtor 413.418.434.553
Aniſum laxatiuum 21
Aniſi ſpiritus 567
Anodyna 44
Anodynum frontale 49
minerale 132
Antimonium 535
Antimonij optima præparatio 578
Antimonium per aluum ſolummodo & non per vomitum purgans 545
Antimonium ſalis nitri & ſulphuris 540
Antimonij cohob 538
Antimonium diaphoreticum 28
Antimonij balſamus, dulcedo & mumia 547
cæmentatio 613
calcinatio 609
per ignē cœleſtem, ſeu radios Solares 608
croci præparatio 611
Electuarium 14
Eſſentia 538.542
Antimonij fixatio 546.551
fixi præparatio 611
flores 7.15.23.30.536
correcti 25
flores optimi 527
rubri 552
fuſio 604
florum præparatio 624
liquores per deliquium 628
per deſtillationem prolecti 626
minera 604
natura 596
oleum cum berber. 13
præcipitatio 614
de præcipitatis ex Liquore Antimonij per deſtillationem parato, tam ſimplicibus quam compoſitis 616
purgatio 546.604
reguli 604
reverberatio 609
ſal 628
ſulphur fixum 28
pulcherrimum 549
ſublimatio 536.548
Tabulæ 540
Tinctura 306.536.628
Tincturæ vis 315
Turpethum 537
Vinum 544
Vitrum 7.23.30.539.621
Vitrum flauum & rubrum 544
Ani vitia 202
abſceſſus ibid.
condylomata 203
deiectiones cruētæ 207.208

*Ani Exulceratio* 202
*Ficus* 203.493.578
*Ficus maligna & ardentes* 419
*ſiſſura* 202
*Fiſtulæ* ibid.
*inflammatio* ibid.
*Mariſca* 203
*Mora* ibid.
*procidentia* 205.618
*Tubercula* 433
*Verruca* 203
*Vlcus* 202
*ſpiritus Aperitivus Penoti* 210
*Aphonia* 125.414.417.446.488.556
*Aphtha* 123
*Apoplexia* 74.75.76.79.414.417.433.445.447.488.522.524.556
*Apoplecticos excitantia* 74
*Apoſtemata* 437.530.533.556.613
*Apoſtemata interna* 515
*magna* 520
*Appetentia canina* 168
*Appetentiam ciborum excitans* 627
*Appetitus amiſſio* 423
*Aquas efficaciſſimas ex omnibus herbis deſtillandi modus* 450.451
*Aqua acuta* 497
*Antapoplectica* 76
*arſenici* 11[illegible]
*Benedicta Rulandi* 1[illegible]
*ad contracturas & impotentiam artuum* 457
*Cæſaris* 480
*de calce viua* 568
*Ad dolorem capitis* 50
*florum cichorij* 100
*ad cõſumptionẽ corporis* 23[illegible]
*Ad dolores colicos* 475
*Deoppilatiua* 212
*Dyſenterica* 475
*Ellebori nigri* 461
*Antepileptica* 73
*Epileptica Langij* 451
*Ad decorandam faciẽ* 473
*Fragorum* 454
*Hepatica* 475
*Hordei chalybeata* 220
*Ad hydropem* 474
*Antihydropica VVeckeri* 245
*hypochondriaca ſecreta* 59
*baccarum Iuniperi* 427
*Valde celebris ad omnis generis lumbricos expellendos* 456
*Magnanimitatis* 89
*Mercurialis* 334.34[illegible]
*Mercurij miracula præſtãs* 498
*Antinephritica* 258
*Antinephritica Fuckerorũ* 259

*Aqua O-*

qua Ophthalmica 473
Ophthalmica interna 97
Externa 98
albuminis ouorum 102
panis 454
perlarum 154
peſtilentialis 364.458.474
contra phthiſin 456
Antipodagrica Rulãdi 305
purgans 455
Ad ſabulum & arenulas renum 474
roſarum fragrantiſſima & optimi ſaporis 405.450
roſarum regia 405
ſanitatis 447
ſerpilli 92
ſplenetica 474
ſtomachalis 454
ad ſtrangulatũ vteri 474
Theriacalis 31
Tophorũ cornu cerui 30.31
Ad tumores præternaturales 474
contra venena lethalia & peſtem 451.458
ventriculi 171
viridis Hartmanni 110
Plateri ibid.
vitæ ad omnis generis morbos expellendos 449
vitæ contra colicam 452
vitæ mulierum admodum præſtans & efficax 453
vomitoria præſtantiſſima 13
contra ſuffocationem vteri 456
Aquila cœleſtis 500
Aquila præcipitata Theophraſti 480
Arcanum ex Antimonio 545
cõtra morbum gallicũ 499
aluminis 381
perlarum 569
Ardor vrinæ 271
Arefactio infantium 571
Argenti albificatio 584
depreſſio 484
præparatio ibid.
Argentum potabile ad confortandum cerebrum ibid.
Argentum viuum. vide Mercurium
Aridura 380
Arſenici aqua 112
Arſenico quomodo extrahatur venenum 572
Arſenici butyrũ fixum ibid.
Arthritis 300.304.428.433.441.524.563.622
Arthritis vaga 435
Articulorum dolorũ ſpecies 311
Articulorũ cõtractio 437.457
dolores 311.433.619
durities 413
grauitas à Podagra vel Lue Gallica relicta 610

Ichores 419.428
impotentia 457
tremor 416.422.530
vlcera 413
Artuum morbi 619
Aſari coagulum 12
folia 13
Aſcarides 201
Aſcites 239
Aſthma 133.417.447.512.
517.628
Aſthmaticus puluis Rulandi
134
Atrophia 230.232.443.524
Atrophiæ Cura Magnetica
233
Auditus amiſſio 414.425
Aurium affectus 107
dolor ibid.
fluctuatio 108
Aurium fluxus 107
inflammatio ibid.
obauditio 108
phlegmone ibid.
ſibilum 108
ſonitus ibid.
ſtrepitus ibid.
Tinnitus ibid.
vermes 107
vlcera ibid.
Auri calcinatio 482
Aurum ſtrepitum edens vt
puluis bombardicus 480
Aurum potabile 479.48
Aurum potabile Anglicum 4
Aurum potabile, omnes mor-
bos expellens 445
Aurum ſolutum 33c
Auri tinctura 479.48
Aurum vitæ 477.478
Aurum vitæ Theophraſti 487

B.

Balbuties 126
Balſamus Antimonij 547
Arſenici 572
artificialis 436.478
Cinnamomi 35
Fœniculi 172
Hypericonis 437
Maioranæ 409
Mercurij 490
Podagricus 313
pulmonum 514
ſanguinis humani 445
Saturni 508
Saturni duplex 185
Sulphuris 137.515
Sulphuris Rulandi 156
Tartari 573
ventriculi 171
vulnerarius 394.395
Bezoardicum animale 149
lunare 28
minerale ſimplex 27

Bezoar-

ezoardicum ſolare 28
yſtis Biliaris affectus 215
ilis adancta in cyſti fellis 216.621
ilis flauæ euacuatio 463
ilis venenata 445
ronchocele 384
rutorum artuum dolor 424
ryoniæ ſuccus 135
tractum ſplenis Bouis 287
ubones 383
ubonocele 275
um Bufonum 369
ulimus 167
tyrum arſenici fixum 572
um, Buxi 124

C.

Achexia 234.458.610
Calculus 424.435.437.522.529.543.557
lculum frangentia 418.423.627
lculus renum 256.415.459.501.510.629
lculus veſicæ 261.459.629
ligo oculorum 97
llus 390.546
loris naturalis conſeruatio 30.556
eſtitutio 413
lor nimius corporis 553
oleum Camphoræ verum 78
Cancer 157.384.422.435.455.487.507.547.572.574
quid ſit 158
Cancer mammillarum 157
Cancri remediũ ſpecificũ 37
Cancrorum color 159
curatio 160
differentiæ 159
ſyrupus de Canella 180
Canitiem præcauentia 413.530
Capillorum caſus 418.530
Capillamentorum excretio 274
Capitis æſtus 418
calor 435
dolor 47.51.416.418.426.530.625
dolor continuus 446
immenſus 563
eriſypela 625
frigiditas 428.433
imbecillitas 548
ſcabies 425
vlcera manantia 389
Caput purgium. 436
Caput confortantia 48.94
Carbunculus 383
Cardialgia 164
Carcinoma narium 112
oculorum 99

*ſyrupus de Caryophyllis* 180
*Caſus ab alto* 142
*Catalepſia* 532
*Catarrhus* 92.93.423.432.461.488.502.517.522.524.535.548.572.574.612
*Catarrhi ad pectus delabentes* 411.414.418
*Catarrhi frigidi* 413.418.435
*Catarrhus ſuffocatiuus* 92.135.433
*Cathartica mineralia* 21
*vegetabilia* 16
*Catholicum Paracelſi* 464
*Cauſticum* 486
*Cautela de ſpecificis* 349
*Cephalea* 15
*oleum Ceræ* 33
*Cerebri humani ſpiritus* 66
*Cerebri morbi* 445
*Cerebri commotio* 433
*debilitas* 414.415.484.524.555
*Frigiditas* 414.433
*immundities & ſuperflua humiditas* 530
*pediculi* 90
*aqua tophorum cornu Cervi* 31. *vide Cornu*
*Chiragra* 311
*Cholera* 178
*inanitio in Cholera* 216
*Cicatricum correctio* 440
*Cicatrices morbi gallici* 51
*Cichorij florum aqua* 100
*Cingulum ſapientiæ Rulandi* 91
*Cinis ſpongiarum* 377
*Cinnamomi balſamus* 35
*Clauus inciſus* 390
*Clyſter ad Apoplexiam, epilepſiam, paralyſin & lethargum* 75
*Coagulum aſari* 12
*Cœli flos* 455
*Coeundi impotentia* 264.299.437.457
*Cohob Antimonij* 53
*Colcothar dulcificatum* 53
*Colcothar vitrioli* 52
*Colica paſſio* 87.182.413.414.415.417.418.419.420.423.424.425.428.434.441.452.469.475.487.490.494.520.522.524.540.544.566
*Colli vlcera corrupta* 47
*Color croceus* 58
*Columellæ vlcera* 12
*Combuſtio* 50
*Complexionis debilitas* 44
*Conceptum retinentia* 41.419
*Conceptum confortantia* 4
*Concoctio ablata* 174.410.411.418.423.434


Co

Condylomata 419.492.513.
543
Confortantia 35.622
Conſtipatio diuturna 461
Conſumatum 43
Aqua contra Conſumptionem
Corporis 232
Cura Magnetica Conſumptionis 233
Contabeſcentia 435.520
Contractura membrorum 378
423.437.540
Contractura ex podagra 441
Conuulſio 91.420.437
Corallorum extractio 533.534.
571
liquor 200.533
oleum ibid.
proceſſus 569
tinctura 533
Cordis affectus 153.569
exhilaratio 529
imbecillitas 410.413.414.
418.419
palpitatio 29.154.419.530
tremor 548
vermiculi 154
Cornu cerui ſpiritus rectificatus 179
Corporis immundities 517
inflatio 535
Corroborans 529
Corroſiuum Anhaldinum 499
Coryza 114
Cremor tartari 576
Crepitus ventris frequens 206
Creta vitrioli 530
Croceus color 581
Croci extractum 46
Martis 115
fixatio & purgatio 503
Crocus Martis 197.502
Croci Martis oleum 197
tabulæ 212.285
Crucibulos conficiendi modus
585
Cruditas ventriculi 169
Crura œdematoſa 459
Crurum color nimius 575
dolor & intumeſcentia 423
laſſitudo ibid.
refrigeratio 437
relaxatio 423
Cryſtalli calcinatio 567
Cryſtalli ad gemmas fictitias præparatio 579
Cryſtalli Sulphuris rubri 512
Cryſtalli Martis 146.147
Cryſtallus tartari 18
Cuprum 500
Cupri crocus nobilis 501
Cutis fœditas 422
immundities 422.433.560
maculæ 433 morbi 629
tumor flatulentus 384
Cynones 377

Cynosbati glomorum ſpiritus 252
Cyſtis biliaris affectus 215
obſtructio. ibid.

D.

Degluttiendi difficultas 164
Delirium 64.418.433.530
Dentes albificans
Dentes carioſi 121
caui 120
corroſi 121
Dentium dolor 120.123.419. 424.427.437.574.627
eroſio 424
mobilitas 119
nigredo ibid.
ſtupor ibid.
vermes 418
Deſipientia 53
Deſtillatio ad articulum maxillæ 123
Diabetes 268
Diacubebæ Paracelſi 238
Diaphoretica 27.607.608. 611.612.615.616.618.619
Diarrhœa 504
Diarrhœa Epidemica 190
Diaſenæ puluis ſolutiuus 16
Difficultas anhelitus 531
Digeſtiua 11
Diſlocatio oſſium 396
Diſpnœa 133
Diuretica 32
Dolores artuum & qualescunque 433.559
Dolorē tripliciter auferri 48
Dolores interni intenſiſſimi 455
Dolorum articulorum ſpecies 311
Dolor capitis 47.51.625
Dorſi 433.434
Iſchiadicus 505.524.529. 543
Nephriticus 254.258
punctorius 520.530
Dormitatio 418
Dracunculi 233
Dyſenteria 192. 196. 423. 454.473.503.504.567
Dyſenteria alba 454.567
Hepatica 199
Epidemica 190

E.

Ecſtaſis 532
Electuarium Antimonij 14
Bezoardicum vulgare 593
confortans 222
Martiale 285
ex nucibus 593

de foliis

Electuarium de folijs Senæ 17
Elephantiaſis 318.416.419. 426.496.524.530.535.551. 556
Elixir peſtilentialis 364
Ellebori radicum præparatio 17
Ellebori nigri aqua 461
Extractum 14.16.461
Emeticus puluis 617
Emplaſtrum magneticū 371
mundificatiuum ad peſtem 369
Emplaſt. opodeldoch facillimæ præparationis 370
rumpens ad peſtem ibid.
Empyreumatis oleorum correctio 402
Enterocele 275
Epar 629
calidum 246
Epatis affectus 206
abſceſſus 215
apoſtemata 433
debilitas 207.484
dolor 428
Fiſſuræ 433
Fluxiones 199.619
imbecillitas 207
Inflammatio 214.419.507
Inflatio 414
Intemperies 206
Epatis obſtructio 208.227. 414.458.463.502.608
putredo 207
Scirrhus 213
Symptomata 226
Tumor 214
vlcera 215
vlcera maligna 422
Epatis ranarum præparatio 67
Epilepſia 65.69.71.73.79. 414.416.417.425.426. 427.433.444.446.447. 451.469.487.488.494. 517.521.524.530.531.538. 544.548.556.571.625.627.
Epilepſia in adultis 66.77. 78
Epilepſia puerorum 64
Epinyctis 385
Epiphora 99
Epiplocele 275
Epulis 121
Equorum vermis 572
Eryſipelas 385.419.428.497. 543.575
narium 112
Eſſentiarum ex aromatibus, herbis, floribus, radicibus & alijs huiuſmodi ſimplicibus extractio 459
Eſſentiarum ex lapidibus, gemmis & margaritis ex-

tractio 570
Eſſentia Antimonij 538
Margaritarum 38
Martis 207.501
Mellis 147
Mercurij 485.499
Sulphuris 513.515
Sulphuris vitrioli 316.317
foliorum tabaci 84
vitrioli 485
Exanthematum cura 332
Excreſcentiæ 575
Excreſcentiæ gallicæ 526
Excretio purulenta 200
Exhilarans 419.472.529
Exemphalos 277
Exputitionis promotio 434
Extractio ſpirituum ex omnis generis aromatibus, radicibus, gummatibus, & huiuſmodi ſimplicibus 405
Extractum alkermes 40
aloes 461
Catholicum purgans 463
Paracelſi 464
Corallorum 571
Croci 46
Croci Martis 115
Ellebori nigri 16
Gemmarum 568
Lapidis Lazuli 57
Lichenum 295
ligni aloes 469
Extractum Nepenthes ſiue laudani opiati verum & perfectum 464
Rhabarbari 16.461.470
Scammonij 19
Senæ 16
Splenis bonis 28

F.

Faciei vitia 117
impetigo 118
lentigo ibid
lichen ibid
maculæ 473.55
puſtulæ 117
rubedo præternaturalis 117. 433
ſugillatio 11
vari ibid
verrucæ ibid
Fæcum induratio 181
Faſtidium 16
Faucium affectus 12
Fauus 38
Febres 349. 407.423.455. 461. 510. 513.517. 522.525. 538.539.544.546.548.550. 618.623.625.627.
Febrium cura methodica 35
Febris ardens 31. 357. 46. 532
chronica 54

Febr

Febris compoſita 356
Ephemera 350.418
hectica 356
maligna 31.357.418.472.
478
peſtilens 416.418.469.472
Quartana 20.29.353.406.
417.426.472.487.520.
544.613
Quotidiana 356.428.529
Tertiana 351.412.428.472.
520.529.613
Fellis calculus in folliculo 216
veſicæ obſtructio 215
Ferri ſtrictura 505
induratio 584
Ficus malignæ & ardentes
419
Ficus ani 493
Fiſſuræ ani 202
labiorum 118.441
in volis manuum & plantis pedum 333
papillarum muliebrium 441
Fiſtulæ 392.422.435.455.
487.499.507.513.547.
572.628.630
Fiſtulæ depaſcentes & corrodentes 520
Fiſtulæ oculorum 101
Flatulentus ramex 384
tumor cutis ibid.
Flatus ventriculi 175
Floris æris præparatio 479
Flores Antimonij 15.30.536
rubri Antimonij 542.552
Flores Antimonij optimi purgantes 527
cœli 455
Sulphuris 517
Sulphuris albi 511
Fluxus hepaticus 199.504
inteſtinorum 189
menſium nimius 288
ventris 417.445
Fœniculi balſamus 172
Fœtor anhelitus ſiue oris 413,
418.555
Fœtor narium 115
Fœtus expulſio 299
Formæ, quibus materiæ infunduntur 582.584
Fractura 396
Frigore correpta membra
425.441.476
Fuliginis ſpiritus 36
Furunculus 383

G.

GAgatis oleum 295
Galbanetum paratum
85.86
Gallica vlcera 334
Gangræna 384.391.428.508.
617
Gargariſmus poſt vſum tur-

pethi mineralis vſurpandus 490.493
Gemmarum extractio & magiſterium 568
Gemma fictitia 579
Gemmas ex ſilicibus conficiendi modus 582
Genitalia emortua 458
Gilla Paracelſi 12
Gingiuarum hæmorrhagia 574
Gingiuarum laxitas & exeſio 122
putredo 122.553.574
Glomorum Cynosbati ſpiritus 252
Gluten ad ligna & lapides 585
Glutinatorius puluis 395
Gonorrhœa 265.418
Gonorrhœa muliebris 292
virulenta 266
Gummi de peru 247
Guſtus, deprauatus, abolitus & imminutus 126
Gutta Gummi 15
Gutta roſacea 515
Gypſi præparatio 582

H.

HÆmorrhagia 410.459.469.505
Hæmorrhagia critica 11
narium 11
Hæmorrhoides 41
cæcæ 203.33
Hæmorrhoidum profluuium 204
ſuppreſſio 20
Hartmanni laconicum 3
Hemicrania 42
Hepar vide Epar.
Herbarum ſumma & optim præparatio 40
Hermetis ſigillum 58
Hernia 44
Herpetes 51
Herpetes miliaris 38
Hordei aqua chalybeata 22
Hordeolum 10
Humidi radicalis conſeruatio 52
Humores vitioſi 62
Humorum vrentium correctio 55
Hyacinthi præparatio 57
liquor 35
Hydrocephalus 38
Hydrophobia 55
Hydrops 236. 238. 411.41 426. 461. 462. 472. 47 502.505.529.538.540.54 544.555.556.557.565.608 618.619.620.622
Hydropis tres ſpecies 23

aqua

*aqua antihydropica VVeckeri* 245
*pro Hypochondriis* 223
*Hypochondriorum dolores in grauidis* 473
*Hypochondriorum obſtructio* 458
*Hypochondriacum Zvvingeri* 58
*Hypochondriaca aqua ſecreta* 59
*Hypochyma oculorum* 104
*Hypoſphagma oculorum* 106

## I.

*Ichores artuum* 419.428
*Icteritia* 226.419.426.458 472. 487. 502. 505. 513. 540.555.556.608.620
*Icteritia alba* 413.417
*nigra* 227.458
*Icterus ſimplex* 226
*Ictus* 437
*Ictus venenati* 417
*animalium venenatorum* 452
*Iectigatio* 91
*Iecur vide Epar.*
*Iliaca paſſio* 182.428
*Immundities corporis* 517
*Impetigo* 118.387.507.514. 517.518.562

*Impotentia coeundi* 299.437
*Inanitio in cholera* 216
*Inappetentia* 167
*Incantamenta* 487
*Indigeſtio* 410
*Infantes à frigore præſervans* 571
*Infantium contabeſcentia* 571
*Infantium eiulatus ex dolore colico* 420
*Inflammatio* 428.497.509
*corporis* 530
*interna* 571
*membrorum* 476
*oculorum* 102.103
*Inflatio ventriculi* 175
*Infuſum Martiale* 286
*Inquietudo ex morbis capitis vel ſtomachi* 414
*Inſania* 55
*Inſomnia* 530
*Intellectum acuentia* 450
*Intemperies calida corporis* 553
*Inteſtinorum affectus* 181
*abſceſſus* 182
*adſtrictio* ibid.
*cancer* ibid.
*dolores* 420
*fiſtulæ* 182
*fluxus* 189
*inflammatio* 182
*obſtructio* 181

*Inteſtinorum paralyſis* 189
*vlcus* 182
*Inteſtini recti prolapſus* 433
*Intumeſcentia* 422.437.441
*Intumeſcentiæ calidæ* 433
*Iſchiadici dolores* 419
*Iſchuria* 270.424
*Iulepus diureticus* 34
*Iupiter* 507

L.

L*Abiorum fiſſuræ* 118.441
*paralyſis* 118
*Lac nutricum multiplicans* 415
*Sulphuris* 522
*Lac promouentia* 118
*Lactis redundantia* ibid.
*Lachrymæ inuoluntariæ* 101.507
*Laconicum Hartmanni* 30
*Lapidis Lazuli extractum* 57
*Lapidum extractio* 40
*Laſciuiam augentia* 419
*Laſſitudo* 423
*Laterum dolores* 422.441
*puncturæ* 507
*Laudanum antepilepticũ* 77
*Mercurij Paracelſi* 490
*Theophraſti* 547.548
*ad ſuffocationem icteri* 295
*opiatum* 46.47
*ſine opio* 44
*opiatum ſolis & lunæ* 468
*opiati vera extractio* 464
*Laxatiua* 21.24
*Lentigo* 390.509
*Lentigo faciei* 118
*Lepra* 314.449.454.551.610.615.620.622.629
*eius ſpecies omnes* 608.619
*Lethargus* 79.418.428.434
*Lichen incipiens* 387
*faciei* 118
*Lichenes* 333
*extractum Lichenum* 295
*Lienis morbi* 216.620
*abſceſſus* 224
*apoſtemata* 422
*debilitas* 222.484
*durities* 419
*inflammatio* 224
*inflatio* 413
*intumeſcentia* 413.417
*obſtructio* 217.458.463.502.608
*ſcirrhus* 224
*ſymptomata* 226
*tumor* 216
*vlcera* 224.422
*Lienteria* 504
*Ligamentorũ conſumptio* 428
*durities* 446
*exſiccatio* 428
*extenſio* 446

*Lienis læſio* 419
*retractio* 446
*Linariæ differentia ab Eſula* 204
*Linguæ affectus* 125
*exulceratio* 433
*feruor* 554
*nigredo* ibid.
*paralyſis* 125
*puſtulæ* 530
*ranula* 433
*Lipothymia* 153. 414. 418. 419. 450. 473
*Liquor corallorum* 200
*Ellebori nigri* 461
*ex herbis* 460
*hyacinthi* 39
*Sulphuris* 520
*tapſi barbati* 237
*tartari* 558
*Lithiaſis* 435
*Lixiuium capitale* 56
*Loquela amiſſa* 79. 414. 417. 446. 488. 556
*Lucij piſcis ſpecificum* 102
*Lud. Paracelſi præparatio* 250
*Lues Venerea, quære Morbus gallicus*
*Lumborum dolor* 422. 434
*Lumbrici & aliæ beſtiolæ in corpore humano natæ* 201. 418. 423. 425. 427. 434. 437. 455. 513. 574. 627
*Luna potabilis* 53
*Lutum optimum ad circulandum* 587
*ad Cryſtallum* 585
*ad lapides* ibid.
*ad fracta vitra* 485. 486
*Luti Paracelſi præparatio* 250
*Luxatio* 382. 396

## *M.*

M*Aculæ* 390. 440. 507
*faciei* 559
*Maculas ex pannis & manibus euellens* 565
*Magiſterium gemmarũ* 568
*perlarum Riuerij* 301
*Magnanimitatis aqua* 89
*Magnes* 506
*Eius præparatio* ibid.
*Magneticum emplaſtrum* 371
*Maioranæ balſamus* 409
*Malacia* 169
*Mammillarum morbi* 156
*cancer* 157
*exulceratio* 441. 575
*intumeſcentia* 441
*magnitudo nimia* 433
*tumefactio* 575
*Mania* 55. 56. 57. 64. 418. 469. 487. 530
*Manuum contractura* 423

*Manuum Dolor* 423
*Corruptio ex frigore* 425
*Margaritarum Eſſentia* 38
*Syrupus* 35
*liquor & ſpiritus* 571
*Mariſcæ in ano* 334
*vteri* 280
*Marmoris præparatio* 582
*Mars* 285
*Martis crocus* 502
*Cryſtalli* 146
*Eſſentia* 207.501
*præparatio* 208
*antihydropica* 239
*præparatio in virtute ſtyptica* 505
*oleum* 503
*Tinctura* 502.505
*Vitriolum* 506
*Martis vitrioli ſpecificum* 293
*Martiale Electuarium* 285
*infuſum* 286
*Maſticis ſpiritus* 566
*Matricis affectus, vide Vteri*
*dolores* 423
*hydrops* 280
*prolapſus* 433
*ſuffocatio* 295.418.532
*Maxillæ articuli deſtillatio* 123
*Medicamentum corrodens* 486
*Medicamentum exiccās* 562
*purgans vniuerſaliter & electiuè* 500
*Melancholia* 55.57.418.454 530.540
*Melancholia hypochondriaca* 228
*Mellis eſſentia* 147
*Membrorum atrophia* 443
*contractura* 378. 422. 423. 441
*contractura ex podagra* 441
*frigiditas* ibid.
*impotentia* 505
*inflammatio* 476
*oppilationes* 557
*Membra emortua* 379.422
*ex frigore corrupta* 425
*Memoria* 88
*pulvis Trithemij ad Memoriam* 89
*Memoriæ debilitas* 415.445
*amiſſio* 88.418.433
*Menſes albi* 417
*Menſium fluxus* 23.4[illegible]627
*obſtructio* [illegible]7
*ſuppreſſio* 281
*Menſtruorum fluxus inordinatus* 415
*fluxus nimius* 288.424. 455.469.571
*obſtructio* 281. 418. 427. 437

437.454.504
*Menſtrua alba* 432.567
*Mercurij cum ſole præparatio* 26
*Mercurius fixus* 498
*Mercurius ſublimitatus* 497
*Mercurius vitæ* 537
*laxatiuus* 24
*præcipitatus viridis* 345
*Mercurij aqua miracula præſtans* 334.343.498
*Dulcedo* 499
*Eſſentia* 485.486.499
*Mercurij panacæa alba* 24
*oleum album* 325
*diaphoreticum* 329
*rubrum* 326
*ſpiritus albus* 325
*dulcis* 254
*rubeus* 326
*Turpethum* 500
*cautela in exhibitione Mercurialium* 27
*Mercurius vitæ & Mercurius Emeticus* 617
*eorundem præparatio* ibid.
*Meſenterij morbi, obſtructio & inflammatio* 225
Miteſſer 233
*Mixtura antepileptica* 71
*Mola* 279.453
*Morborum omnium præcautio* 446
*Morborum expulſio* 449
*Morbi corrodentes* 497
*Morbus gallicus* 321.322.334.472.487.488.489.491.492.493.496.499.507.513.514.517.524.526.535.538.539.542.546.572.608.610.620.622
*Morbi maligni* 30.522.630
*peſtilentiales* 521
*venenati* 497.507.530
*Morbus regius vide Icteritia*
*Morphæa* 515.551.629
*Morſus venenati* 417.452.530
*Mulierum grauidarum anxietas & dolor hypochondriorum* 475
*Mumia Antimonij* 547
*Mundificatiuum emplaſtrum* 369
*Muſculorum læſio* 419
*tumor* 214
*Muſtelæ hepatis pinguedo* 98

## *N.*

N*Arium affectus* 110
*carcinoma* 112
*eryſipelas* ibid.
*fœtor* 113
*hæmorrhagia* 114.115
*meatus obſtructio* 433

*Narium ozana* 110
*Nauſea* 176
*Nebula oculorum* 98
*Nepenthes vera extractio* 464
*Nephritis* 254.258.259.261
*Neruorum contractio* 510
*debilitas* 435
*dolores* 428
*humiditas* 410.411
*læſio* 419
*obſtructio* 445

O.

*OBauditio* 108
*Obliuio* 433
*Obſtructiones reſerans* 628
*Oculorum affectus* 96.410.411.473.508.575
*albugo* 96.98.102
*Aqua externa* 98
*interna* 97
*Caligo* ibid.
*carcinoma* 99
*decor* 597
*diuulſio pupillæ* 98
*dolor* 100.437
*eroſio* 105
*Fiſtula* 101
*hordeolum* ibid.
*hypochyma* 104
*hypoſphagma* 106
*Oculorum imbecillitas* 415.418
*inflammatio* 103
*lacrymæ* 101
*Maculæ* 101.454
*Nebulæ* 98.102.612
*panni* 507
*paralyſis* 96
*phlyctenæ* 99
*procidentia* 101
*pterygia* 102
*pulchritudo* 598
*puſtulæ* 101
*puſtulæ ex lepra* 560
*rubedo* 106.107
*ſuffuſiones* 612
*vitia* 106
*vlcera* 99.107
*vngues* 102
*Oculare periapton* 99
*Odontalgia* 120.123
*Odoratus abolitus* 113
*Oedema* 383
Ohrenzvvang ibid.
*Oleum deſtillatum quid ſit* 411
*Olea deſtillata cur maiorem habeant efficaciam, quam ſimplicia, ex quibus deſtillantur* 397
*Oleorum deſtillatio ex ſeminibus, radicibus, herbis, aromatibus, &c.* 398

Oleorũ ex radicib. acutis, & pinguiorib. ſeminibus, herbis & lignis deſtillatio 402
Oleorum nobilium facultates & virtutes, & quomodo ea ipſa vſurpentur 409
Oleorum empyreumatis correctio 402
Oleum abſinthij 406
aloes 419
æruginis 333
aniſi 399.411.414
Antimonij proceſſus probatus 535
Antimonij aurificatum 528
Antimonij cũ berberibus 13
Antimonij abſque vlla corroſione 543
Antimonij laudabile 553
Antimonij, quod mirabiliter ſanat 541.543
Ad callos & fiſtulas 546
purgans 548
rubrum 550
Theophraſti 485.535
Argenti 484
arſenici 572
aureum 479
axũgiæ vel ſeui ceruini 442
boli armeni 575
buffonum 369
buxi 124
Calami aromatici 418
Oleum Calcis viuæ 568
Camphoræ 430.476
Camphoræ verum 78
Caryophyllorũ 408.410.413
Caſſiæ 419
Caſtorei 441
Cauſticum 443
Ceræ 33.439.440
florum chamomillæ 420
Chamomillæ cœruleũ ibid.
Cinnamomi 400. 407. 409.412
corallorum 200
ligni corylorum 427
Croci 407.418
croci Martis 197
Cumini 399.415
fiſtulas mortificans 443
fœniculi 399.415
Gagatis 295
radicis gentianæ 418
Ex gummis 428.431
Heraclium 427
hyoſcyami 428
Iouis 507
ex baccis Iuniperi 421.426
ex ligno Iuniperi 424
baccarum lauri 428
ex lignis 436
ex luto Theophraſti 458
Macis 410
Maioranæ 417
Martis 503.504

Oleum Maſticis 428.429. 430.433
Mercurij 599
Mercurij album 325
diaphoreticum 329
rectificatum 488
Mercurij rubrum 326
Mercurij cum Ioue 488
fixum dulce Mercurij ſublimati cryſtallini 494
Mercurij ſublimati cum Antimonio ad paſſionem colicam ibid.
myrrhæ 428.433
Nucis moſchatæ 408.413
panis 174
panis triticei 402
piperis 352.411
Capitanei Piſchij 498
ſeminis pæoniæ 416
purgans 419.457
reſinarum 434
reſinæ cum chamomillis 402
roriſmarini 407.416
roſatum 401.416
ſaccbari magiſtrale 141
ſalis 554.555
ſalis ammoniaci 507
nitri 553.554
ex ſanguine ceruino 442
humano 445
Saturni 498.499.508
ſolis 477.479
Oleum ſpicæ domeſticæ 401
ex ſpiritu vini 448
ſuccini albi 430
flaui 432
ſulphuris 510.512.517.518. 525
ſulphuris acidum per campanam 518
ſulphuris abſque omni corroſione præparatum 543
ſulphuris vitriolatum 517
ſulphuris ad maligna vlcera & impetigines ibid.
Tartari 525
Tartari dulce 557
nigrum eſſe diſcutiens præſtantiſſimum 337
Tartari ex tartaro crudo 563
Terebinthinæ 434.435.509
Vitrioli 526.529.532
corrodens 533
dulce 526
abſque omni corroſione 543
Theophraſti ſecretum 528
Vitrioli & Antimonij ſimul extractum 527
vngulæ alcis 443
vulnera in 24. horis ſanans 573
Zedoariæ 417
Olfactus amiſſio 433
Ophthalmia 99

Opodel-

Opodeldoch 370
Oppilationes membrorum 212. 557
Oris vitia 117.574
 fœtor 415.418.553
 humiditas ſuperſlua 410. 415
 parulis 122
 putredo 433.553
 tortura 418
 vlcera interna 520
 ventriculi dilatatio 165
Orthopnœa 133
Oſſium dislocatio, fractura, luxatio 396
Ouorum albuminis aqua 102
Ouorum teſtarum calcinatio 575
Oxymel diureticum 34
Ozœna 116

P.

PÆonia radicis collectio 70
Pallor virginum 235
Palpitatio cordis 154. 530. 548
Panacæa alba Mercurij 24
Panacæa Antimonij 28
Panchymagogum vegetabile 16.18
oleum Panis 174
Papillarum muliebrium fiſſuræ 441
Paralyſis 79.83.189.414.421 425.435.493.496.505.507 510.524.529.530.556.559. 625
Paralyſis ex colica 87
Paralyſis oculi 96
Paraphrenitis 64
Parotis 109
Paroxyſmos compeſcens & auertens 630
Partum retinentia 418.419
 confortantia 432
Partus difficilis 299.415.432 433.556
Partus emortui expulſio 436
Parulis 122
Paſſio colica & Iliaca 182
Paſſulæ laxatiuæ 21
Pectoris affectus 512
 anguſtia 135.423.434.445. 543
Pedum contractura 426
 tumores 208
Pedes frigore corrupti 425
Pediluuia 90
Pediculi cerebri ibid.
 totius corporis 91
Penis caruncula 267
 vlcera ibid.
Peregrinantium puluis 169
 ſal 176

*Periapton oculare* 99
*Peripneumonia* 135
*Perlarum aqua* 154
*arcanum* 569
*Eſſentia* 38
*liquor* 571
*magiſterium Riuerij* 301
*proceſſus* 569
*Spiritus* 571
*Syrupus* 35
*Peſtis* 363.364.421.422.432.
452.472.474.476.478.
488.489.496.500.516.
517.522.529.540.543.546.
556.566.573.588.608.
609.617.618.629
*Peſtem anteuertens* 415
*Peſtilentialis aqua* 364
*Phagedænica vlcera* 385
*Philtra exhibita* 60.477
*Phlegmatis ſuperflui correctio & aſſumptio* 415.462
*Phlyctenæ oculorum* 99.386
*Phrenitis* 61.64.418
*Phthiſis* 136.432.459.461.
512.516.524.565.57
*hæreditaria* 136
*Phypellæ* 383
*Pica* 168
*Pilulæ confortantes* 48
*ad febrem quartanam* 20
*de ſucco rhabarbari* 469
*Pinguedo hepatis muſtelæ* 98
*Piperis oleum* 352
*Piſchij Capitanei oleum* 498
*Plethora* 178
*Pleuritis* 138.150.422.441.
500.507.517.522.554.
555
*Pleuritis peſtilentialis* 522
*Podagra* 302.305.311.312.
423.425.441.442.443.
524.555.609.610.615.620.
622.627.629.630.
*Polypus* 113
*Præcipitati virtutes* 487
*Priapiſmus* 264
*Pruritus* 388.576
*Pſora* 388
*Pudendorum virilium puſtulæ* 487
*Puerorum Epilepſia* 64
*Pulmonum affectus* 133.445.
513.514.517
*adhæſio* 137
*catarrhi* 612
*exulceratio* 558
*imbecillitas* 548
*impuritas* 417
*inflammatio* 540
*intemperies calida* 507
*putrefactio* 455
*ſpecificum* 524
*ventoſitas* 133
*vlcera maligna* 422
*vomica* 136

Pul-

Pulmonia 573
Puluis arthriticus 304
  Aſthmaticus 134
  benedictus 160.162
  Antepilepticus 65.66
  glutinans 395
  incarnatiuus & mundificatiuus 161
  antiparalyticus 87.88
  pro peregrinantibus 169
  Diaſenæ ſolutiuus 16
  ſternutatorius 75
Pulueris ſecundinæ præparatio 60
Puncturæ 437.455.502.572
Pupillæ diuulſio & ruptio 98
Purgans 23.507.612
Purgans vniuerſaliter & electiue 500
Purgatio ex Antimonio 545
Purgatiuum ſpecificum ex tartaro 566
Purulenta excretio 200
Puſtulæ 332
Puſtulæ faciei 117
  gallicæ 498
  malignæ & feruidæ 487
Putredo 434 627
Putredinem arcentia 512.518

## Q.

QVinta Eſſentia, vide Eſſentia

R.

RAmenta vnguium 12
Ramex flatulentus 384
Ranarum hepatum præparatio 67
Ranula ſub lingua 125.433.507
Raucedo 140.418.419
Renum affectus 248.423
arenulæ 474
calculus 256.423.424.459.501.510.559
dolor 255.420.427.445
Exulceratio 253
immunditæs 423
inflammatio 248
obſtructio 249.418
Reſina ſcammonij 19
Rhabarbari extractio 16.463 470
ſuccus 469.470
Rimarum receptaculorū perlutatio 586
Roboris conciliatio 453
aqua Roſarum fragrantiſſima & optimi ſaporis 405
aqua Roſarum regia ibid.
Rubedo 580
Rubedo faciei præternaturalis 117
Rubini præparatio 579.582
Ructus 174.415
emplaſtrum Rumpens 370
Ruptorium vnguentum 368

S.

SAcchari oleum magiſtrale 141
Salis arcanum 556
oleum 554.555
Sal abſinthij 472
album 11
alcis vngulæ 445
amarum 497
armoniacum purificatum 170
Salis ammoniaci ſpiritus 305
Salis cryſtallini ex omnis generis herbis præparatio 475
Salis dulcis ſpiritus 366
Salis gemmæ balſamus 275
Sal peregrinantium 176
Salis nitri clarificatio 553
Salis nitri liquor ad confortandum cerebrum ibid.
oleum 553.554
præparatio in Pleuritide 554
ſpiritus 553
virtutes ibid.
Sal ſuccini 3[illegible]
tartari 557
tartari cœruleum 56[illegible]
Tartari rubrum 56[illegible]
vitriolatum 56[illegible]

Salis Tar-

Salis Tartari albi per ſpiritum vini in cryſtallinum conuerſio 560
Sal vrinæ 573
Sanguificatio vitioſa 610
Sanguinis auctio 445
Sanguinem compeſcens 459
Sanguinis humani ſpiritus 446
Sanguinis corruptio & inflammatio 472
Sanguinis corroboratio 462
Sanguis melancholicus 410
Sanguinis impuritas 416. 445. 488. 496. 498. 529. 555.615.622.628.629
Sanguinis mictio 435
Sanguinis ſputum 142.533
Sanitatem conſeruantia 422. 446.449.462.522.551.555 559.630
Sapientiæ cingulum Rulandi 91
Sapphyri præparatio 580
Sapphyrus cœruleus ibid.
Sarcomata 385
Saturni balſamus duplex 185
Saturnus 508
  eius balſamus ibid.
Scabies 333.375.425.426.509 513.562.576
  mala 493.526.562
Scabiei cura externa 375
Scabies volatica 376
Scammonij extractum 19
Scirrhus 213.224.384
Scorbutus 345.433.531
Scrophula 377.443
Scroti inflammatio 274
  morbi ibid.
  tumores ibid.
Scutum ſtomachale 173
Seceſſus promotio 434
Secretum ad omnis generis morbos eradicandos 527
  Summum in medicina 500
  ex Antimonio 545
  ad fluxum ventris 505
Secundinæ pulueris præparatio 60
Semimortuorum reſtitutio 446
Seminis auctio 445.449
  inuoluntaria emiſſio 418
electuarium de foliis Senæ 17
Senæ extractum 16
Senectutis retardatio 446. 449
Separatio 485
Serpigo 333.526.560.562
Serpilli aqua 92
Sigillum Hermetis 587
Singultus 175.415
Sitis 169.245
Smaragdi præparatio 579. 580.581.583

Smaragdi tinctura 192
Somnus inquietus 415
Soporifera 469
Soporoſi affectus 89
Spaſmus 418. 422. 433. 435. 437
Spaſmus cynicus 118
Specificorum cautela 349
Specificum lucij piſcis 102
Specificum in cancro 37
ex vitriolo Martis 293
Sperniola 459
Sphacelus incipiens 391
Sphalcali 617
Spinæ dorſi dolor 433
Spirituum emendatio 444
extractio ex omnis generis aromatibus, radicibus, gummis & huiuſmodi ſimplicibus 405
Spiritus aniſi 567
Aperitiuus 210
cerebri humani 66
cornu cerui eſſentificatus 179
glomorum cynosbati contra colicam 252. 452
Epilepticus 451.
Fuliginis 36
Heraclius 427
Iuniperi 426
Maſticis 566
Mercurij albus 325
Spiritus Mercurij dulcis 254
perlarum 571
roſarum 403
Salis 305
Salis dulcis 366
Salis nitri 553
Tartari 558
Tartari rectificatus 557
Vini 406. 448
Vngulæ alcis 445
Vitrioli 532
Vrinæ 42. 458. 476
Splen vide Lien.
Spongiarum cinis 377
Sputum ſanguinis 432
Stercoris incontinentia 206
Sterilitas 297. 419. 436. 455
Sterilitas per incatationem 265
Sternutatorius puluis 75. 90
Stomachi debilitas 504. 531
nimia frigiditas 418. 428
immunditiies vide Ventriculus
Strabiſmus 96
Stranguria 271. 424. 425. 559
Strictura ferri 505
Strumæ 377
Stupor 418
Succinum 22
Sudoris pronocatio 417. 510. 517. 528

*Sudores movens* 619.622.
629
*pellens* 618.620
*Sudor anglicus* 422
*Sugillata* 391
*Sugillatio faciei* 118
*Sulphuris fixatio* 509
*Sulphur album & fixum* 516
*Sulphuris balſamus* 137.156.
515
*cryſtalli rubri* 512
*eſſentia* 513
*liquor* 520
*flores albi* 511
*Sulphur Antimonij pulcherrimum* 549
*Solis* 197
*vitrioli* 531
*eius eſſentia* 316
*vires* 317
*Islandicum* 519
*Sulphuris ex vitriolo extractio* 533
*Surditas* 109.425.433
*Suſpiria frequentia* 419
*Syncope, vide Lipothymia.*
*Syrupus de canella & caryophyllis* 180
*perlarum* 35

T.

*Tabaci foliorũ eſſentia* 84
*Tabes* 520.524
*Tabes incipiens* 136
*infantium* 571
*Tabulæ caput & cerebrum corroborantes* 419
*croci Martis* 212.285
*antepilepticæ* 73
*ſtibiatæ* 540
*Tartari balſamus* 564
*cremor* 576
*Cryſtallus* 11
*oleum nigrum diſcutiens præſtantiſſimum* 337
*Sal* 556
*Spiritus* 558
*Spiritus rectificatus* 557
*Solutio* 561
*Tartarus vitriolatus* 19
*Teneſmus* 199.434
*Terebinthinæ acetum* 40
*Terminthus* 383
*Terræ vapores mali* 417
*Teſtas conficiendi modus* 585
*Teſticulorum morbi* 274
*Thapſi barbati liquor florum* 237
*Theriacale acetum* 32
*Theriacalis aqua* 31
*Tibiarum maculæ nigræ & vlcera* 422
*Timor* 415
*Tinctura Antimonij* 306.315
536

*Tinctura auri* 479.480.481
*Martis veriſſima* 502.505. 506
*metallorum* 583
*Tinea* 202.513
*Tinnitus aurium* 108
*Tonſillarum abſceſſus* 127
*inflammatio* ibid.
*Tumor* ibid.
*Topaſij præparatio* 580
*Tortura oris* 418
*Tragea antipleuritica* 150
*Tremor artuum* 416.422.530
*Triſtitia* 419
*Trithemij pulvis ad memoriam* 88
*Trochiſci purgantes ex Sale vitrioli* 525
*Tubercula* 437.443
*Tubercula ani* 433
*Tumores præter naturam* 382.417.474.575
*Tumor flatulentus cutis* 384
*hepatis* 214
*muſculorum* ibid.
*pedum* 208
*ſplenis* 216
*Turpethum Antimonij* 537
*Mercurij* 491.492.500
*Mercurij ad morbum gallicum & alios antiquatos affectus* 492
*minerale* 496
*Turpethum minerale Theophraſti* 487.489
*dulce Theophraſti* 550
*Tuſſis* 140. 414. 417. 424. 517.522.530
*Tympanites* 237.384

V.

*VAri faciei* 118
*Varices* 385
*Venarum contractio* 510
*obſtructio* 445.458
*ruptura* 533
*meſaraicarum obſtructio* 502.505
*Venena hauſta* 155.415.417. 422.425.427.451.452.454. 472. 477. 487. 490. 513. 625
*Venenoſi morbi* 496
*Venerea Lues* 321.608. *Vide Lues.*
*Venerei affectus* 620
*Ventriculi affectus* 163.559
*anguſtia ſeu degluttendi difficultas* 164
*animalcula* 179
*aqua vel balſamus* 171
*aſcenſio* 452
*compreſſio* ibid.
*cruditas* 169
*debilitas* 179.410.413.418. 419.

419.454.501.504.531.627
Ventriculi oris dilatatio 165
 dolor 179
 flatus 175.411
 occluſio 434
 fœtor 165
 humiditas ſuperflua 510
 imbecillitas 180.408
 immunditiês 501
 immunditiês pituitoſa 423
 indigeſtio 411
 inflammatio 530.540
 inflatio 175.411
 intemperies 165
 intumeſcentia 441
 frigiditas nimia 408.428.530
 Sciſſuræ 419
 Tumor 175
 vlcera 164
 aqua 171
 Balſamus ibid.
Ventris crepitus frequens 206
 fluxus 417.445.505
 inflatio 415.524
 intumeſcentia 423
 obſtructio 461
Ventris profluuium ex frigore exortum 410
Verbaſci florum liquor 237
Verbenæ vis in affectibus oculorum 97
 in capitis dolore 50.51
Vermiculi in corde ſeu ſub capſula cordis 154
Vermis 455.456.513.520.574
 dentium 418
 equorum 572
Verrucæ 389.443.509.520.560
Verrucæ ani 205
 faciei 118
 Gallicæ 526
Vertigo 91.410.411.414.416.418.446.530
Veſicæ affectus 261.424
 abſceſſus 265
 calculus 261.459.559.567
 dolor 420.427
 exulceratio 263.558
 immunditiês 423.507.554
 inflammatio 265
 priapiſmus 264
 prurilago 554
Veſiculæ fellis obſtructio 215
Vigiliæ 90.414.419.530
Vini rectificatio 522
Vinum Antimonij 544
 diureticum 33
 antipodagricum Paracelſi 302
Vini ſpiritus optimus 448.450
 præparatio ibid.
Virginum pallor 235
Virilitas extincta vel imbe-

cillis 264
Virium naturalium confortatio 417.524.619
corroboratio 462
Viridellus quid, quæ eius vires & vtilitas 315
Viſcerum obſtructiones 613
Viſci quercini collectio 71
Viſus imbecillitas 97.415.418.433.530.575
Vitæ balſamus inſtaurans 628
in multos annos productio 462
Vitriolum 525
vomitiuum 13
Vitrioli colcothar 526.530
creta 530
Eſſentia 316.485
vis & vſus 315.316.317
ſulphur 531
terra 372
Vitriolum Martis 506
Vitrum album 581
rubrum 580
Vitrorum albedo 581
rubedo 580
Vitra fracta 585.586
Vitriandi modus cum vitro Veneto 586
Vitrum Antimonij 15.23.539
Vitrum Antimonij flauum & rubrum 544
Vitiligo 518.574
Vnguentum de alabaſtro 52
ruptorium ad peſtem 368
Vnguium ramenta 12
Vomica pulmonum 136
Vomitus frequens 177.410.418.454
Vomitoria 11.501.612.613.621.624.625
Vomitoria aqua præſtantiſſima 13
Vomitiuum Conradinum 12
Plateri ibid.
Vlcera 102.392.421.422.440.455.489.505.508.522.544.551.574.628.630
Vlcera eſtiomena 487.572.575
antiqua 414.422.427.503.507.572.575
calloſa 546
cancroſa 547
capitis manantia 389
caua 554
columellæ 129
corrodentia 513.514
deſtillantia 575
faucium 111
feruidiſſima 530
fœtida 110.111.129.630
frigida 435
Gallica 334
gingiuarum 110
hepatis 422

Vlcera

Vlcera humida 575
lingua 110
maligna 517.546
narium 110
palati ibid.
penis 267
phagedenica 385
pulmonum 421
putrida 129.533.560
ſordida 515
tumefacta 435
venenata 487
ex Lue Venerea 111.129.334
vetuſta 503.504.524.544
Vrinæ ardor 271. Difficultas 415.627.629. fluxus 291. inuoluntarius 418. incontinentia 268. obſtructio 424.427.434.507.510
Vrinæ ſpiritus 42.43.458
ſpiritus præparatio 476
Vteri affectus 277. abſceſſus ibid. apoſtema 278. aſcenſus 296. conuulſio 297. Deſcenſus 506. Dolores 420.423.428.436.468.530 exitus 506. fluxus albus 411.567. fœtus expulſio 279. gonorrhœa muliebris 292. hydrops 280. imbecilitas 413.415. immundities 436. inflammatio 277. inflatio 415. mariſcæ 281. mola 279. nomæ 278. obſtructio 502. præcipitatio 532. prolapſus 296. 433. ſcirrhus 278. ſtillicidium 291. ſtrangulatus 292.433. ſuffocatio 294.295.413. 415. 418. 424. 433. 456. 467.474. tumores 417. ventus 279
Vteri vlcus 278
vulnera 441.573.574
Vulnera 393. 410.422.437. 489. 505. 508. 509. 544. 547.551. 557.560.628.630
Vulnera antiqua 418. globo bombardico inflicta 417. 440. ictu inflicta 417. ſordida 427.515
Vulnerum caro immunda & ſuperflua 507
Vulnerarius balſamus 394. 395
Vuulæ inflammatio 128
lapſus 433. laxitas 128
vlcera 110

Z.

Zedoariæ oleum 417

FINIS.

# MARCI CORNACCHINI

Practicæ Medicinæ in Gymnaſio Piſano Profeſſoris ordinarij

# METHODVS;

*QVA OMNES*

HVMANI CORPORIS AFFECTIONES AB HVMORIBVS copia, vel qualitate peccantibus genitæ,

*TVTO, CITO, ET IVCVNDE;*
*Chymicè & Galenicè curantur.*

Appoſitus eidem Rerum & Verborum memorabilium Index copioſus.

Ex libris

ILLVSTRISSIMO
# D. ROBERTO DVDLEO COMITI De VVarvich, &c.

M. CORNACCHINVS S. D.

*VErba quidem mihi deſint, Comes Illuſtriſsime; ſi te Virum ſummo genere ortum, totque virtutibus ornatum iis, quas meres, laudibus velim extollere. Tu enim ille es, à quo diſcant omnes eam vnam eſſe nobilitatem, quam ob rerum geſtarum gloriam cuncti admirentur. Rem certe difficilem, meiſque viribus imparem aggredior: attamen & tua fretus humanitate, & re ipſa impulſus, quam te omnibus gratum, quam omnes iuuandi cupidum oſtendas, quibus potero verbis enarrabo. Hinc fit, vt te omnes venerentur, vt Sereniſsimo Tuſcorum Magno Duci charus vinas, atque iucundus, vt quacunque geſſeris, omnes tibi proſpere cupiant euenire.*

*Nam quid aliud petant actuariæ, quæ ſummo tuo iudicio, ac ſingulari opere nouoque artificio fiunt naues, & quinqueremes, quæ piratas per-*

*ter-*

terreant, barbarorum oras aggrediantur, capiant, atque euertant, & non Italiæ ſolum, ſed totius Europæ tueantur? Vnde quidem oritur, vt plurimi tranquilla libertate fruantur, qui miſerrimam in ſeruitutem traherentur. Sed quanto maius eſt ab immatura morte liberari? Id te authore fit in dies, egoque ſum expertus, experior, & dum viuam, ſum experturus. Nam quid eſt aliud, quem tuo ſummo iudicio compoſuiſti, puluis, niſi mirus ab interitu receſſus, cum multi ad vitæ deſperationem ducti, eo mirifice conualeſcant? cum ipſum, quæ tua eſt humanitas, atque omnium ſalutis cupiditas, mihi vtendum tradideris, hæc pauca ſcribenda putaui, atque vtinam cumulate; Quæ tibi vni dicanda cenſui cum tibi imprimis omnibus de cauſſis debeantur. Vale igitur, diuque viuas, meque vt facis, in tuis habeas.

Piſis Id. Aprilis M. DC. XX.

PRÆLECTIVNCVLA

# IN ITERATAM METHODI IN PVLVEREM Editionem.

VBI primum hoc præſenti Anno M. DC. XIX. in Piſano Gymnaſio magnæ ſtudiorum omnium vacationes datæ fuerunt, & à publico legendi munere feriatum eſt; ſtatim Piſis ceſſimus, & Florentiam nos contulimus, vt METHODVM hanc in puluerem, quam typis ibi cudendam publicæ vtilitatis gratia iam curauimus, exciperemus, exceptamque traderemus Sereniſſimis Principibus, Illuſtriſſimo Comiti, cęteriſque ſtudia hæc non aſpernantibus; ſed precipuę iis, qui artem exercent, ac profitentur; ad hoc, vt citius, tutius, & iucundius, quam ad hanc vſque diem fieri ſolebat, ægritudines humorales curare poſſent. Et profectò quam tranquilla, quam ſerena fronte Sereniſſimi Domini Illuſtriſſimus Comes, & alij quamplures optimi viri has noſtras commentationes receperint, non ſolum ex oratione, ſed etiam (vt aiunt) ex vultu, & oculis perſpicere vnuſquiſque potuit. Quid plura? quotquot exemplaria in lucem data fuerunt (fuerunt autem non pauca)

pauca) tot vnius hebdomadæ ſpatio, Florentiæ, ac Piſis diſtributa fuerunt. Iam vero, quia innumeri ſalutis humanæ percupidi, qui non ſolùm Florentiam, vel Piſas, ſed alias quoque Italiæ, & extra Italiam, Vrbes incolunt, iſtius lucubrationis (qualiſcumque ſit) cupiditate flagrant, & partim à nobis eam quotidie efflagitant, partim propriis manibus eandem exarare contendant; cumque non paucos fore animaduerterim, qui quidem qua ægritudinis ſpecie præciſe ij laborauerint, qui pulueris huius beneficio ſanati ſunt, tenere velint; & alij, qui nouis quibuſdã probabilibus rationibus permoti, pulueris iſtius vſum adhuc recipere negligant, immo potius extra medicinæ campum prorſus rejiciendum, & vento projiciendum; his omnibus de cauſis equidem coactus temperare mihi nõ potui, quin METHODVM iſtam iterum in lucem prodire paterer; tribus tamen auctam appendicibus: Prima (quę ad ſecundi capitis calcem adiecta erit) varias, atque diuerſas variorum, ac diuerſorum ægrotantium Hiſtorias continebit tali potiſſimum puluere ſanatorum: in Altera, (quam poſt Sextum caput apponemus) nouæ difficultates à præſtantiſſimis quibuſdam Medicis Florentinis propoſitæ in medium afferentur: In Tertia tandem (quam ad operis finem contexebimus) difficultates iam propoſitas ſuperare pro viribus conabimur.

*Iterata huius Methodi editionis cauſa.*

*Appendices Tres.*

*Prima.*

*Altera.*

*Tertia.*

Cœptis faueat Deus, ac vota noſtra ſecundet.

CANDIDO LECTORI

# OCCASIO SCRIBENDI, ET AVTHORIS INTENtio aperitur.

COMPLVRES *anni ſunt, ex quo Illuſtriſs. Viro Comiti Roberto de VVarvich, Viro quidem omni laudum, ac virtutum genere ornatiſsimo, non minori (opinor) curæ fuit Mare noſtrum à Barbaris piratis, nefariisque prædonibus, Nomini Chriſtiano infeſtiſsimis hoſtibus, diligenter vindicare; quam corpus humanum à moleſtis ægritudinibus, ac periculoſis morbis frequenter ipſum oppugnantibus, & opprimentibus, ſtudioſe liberare. Itaque cum optime videret, viros, ac mulieres omnium generum, ætatum, habituum, ordinum, omnis denique fortunæ, atque loci quolibet,* 3. aphoriſ. 19. *anni tempore, variis corporis affectionibus corripi, ac nonnunquam etiam perdi, & extingui; iis potiſsimum, quæ ab humoribus ortum ducunt, vel copia, vel qualitate peccantibus: ad quos depellendos Medici accerſiti, modo ſanguinem mittere, non ſemel tantum.*

Rationes, quibus Comes permotus puluerẽ compoſuerit, I.....

*tum, & bis, verum etiam pluries: modo pharmaca ſubductoria nuncupata, infirmis exhibere coguntur, quæ male ſe habentem illorum guſtum, propter inſuauitatem magis, magiſque afficiunt, ſtomachum euertunt, vomitũ cient, torſiones pariunt, aluũ præterea ſæpenumero reſtrictam, corpusq; non parũ debile reddunt, & neque pluries poſſunt (ſi occaſio vrgeat) continuata ſerie exhiberi: alia non pauca ſymptomata inferunt: in vnũ hoc opus, & dies, & noctes incũbere cœpit, vt ægri cuiuſcunq; ſortis ab humoralibus vocatis ægritudinibus,* tuto, cito, & iucunde *omni tẽpore ſanari poſſent abſque ſanguinis miſſione, quam ipſi vel propter ætatem, vel propter anni tempus, vel propter alias contra-indicationes (de quibus* infra ſuo loco) *perſæpe admittere non poſſunt; nec non abſque medicamenti vel lenientis vocati, vel ſoluentis potione, quæ ob inſuauitatem, ac tetrum odorem, oculi fugiunt, aures horrent, os reſpuit, & animus reformidat, & nuper dicta incommoda ſolent afferre.*

Morbi humorales, quibus curentur.

Medicamentorũ ſubductoriorũ effectus.

Sanguinis miſſionis cõtraindicationes.

Medicamentorum ſubductoriorum inſuauitas, & incommoda.

*Tandem optimus iſte Vir poſt longam conſiderationem, contemplationemque in eam ſententiam deuenit; vt, ſi puluis aliquis inſipidus, inodorus, & mole quidem paruus, ſed virtute maximus adinueniretur, quippe qui commode hæc præſtare poſſet, illum toto corpore libenter amplexari, & in manibus habere debe-*

remus. Non paucos igitur ſecum commentari, multos conficere, eos denique experiri, ac tentare cœpit. Poſtremo Deus Optimus Maximus ei occurrit, & in optatis & in votis; pulverem enim quendam excogitauit; qui (dummodo, veluti decet, paratus ſit) non ſapore, non odore præditus eſt; dum deglutitur, dumque in ventriculo moratur, nauſeam non infert, vix vllum excitat triſtem ſenſum, perquam raro vomitum mouet, aluum non adſtringit, neque corpus admodum debilitat; ſed (ſeruatis, quæ in illius vſu ſeruari debent) blande, placide, ſedateque peccantes humores per aluum educendo, ægritudines quoque ab eis factas ſimul tollit, & extirpat. Hoc igitur puluere vti cœpit, & ſemel, atque iterum, ac ſæpius, quolibet anni tempore, qualibet ætate, habitu, temperatione: nec fere vnquam fruſtrata eſt eum hæc ſua ſpes. nam quatuor ab hinc annis rem, quomodo ſe habebat, mihi narrare cœpit, pulueremque ex quibus, & qua ratione pararetur, indicauit, iuratusque dicebat ſexcentos (adhuc ſunt inter viuos) iſtius pulueris vſu ſanitati ſe reſtituiſſe. Ego vero inter alia omnia; immo audacter, libere, & aperte reſpondebam, hoc ſuum commentum eſſe purum, ac verum figmentum, veterum dicta, & ſcripta penitus euertens, humano generi perniciosum, neque vllam peſtem in medicina reperiri maio-

Pulverē hunc in multis alia medicamēta vacuātia ſuperare.

Puluere cur Author antea vſus non fuerit.

maiorem; quemadmodum rationes, & authoritates inferius afferendæ, quas ipſi obiiciebam, luce clarius demonſtrabunt: proinde, vt à ſententia deſiſteret, ipſum hortari, ac rogare etiam, atque etiam non deſti. Quæ quidem ipſe omnia non ingrato animo, ſed obſtinatione quadam ſententiæ repudiabat.

Cum ecce Illuſtriſſimus Vir, in fine Veris proxime præteriti, dum Liburnio Piſas ſe conferret, in itinere animi gratia vehementiſſime in venando, & aucupando corpus exercuit; vnde fluxio ad membranam ſuccingentem circa mammam ſiniſtram oborta, dolorem in ea, veluti 1. de cri. 3. & 5. pungeretur, ac 5. de loc. aff. 3. tenderetur, cum febre 4. de cauſis pulſ. 8. acuta, ſpiratione exigua, & frequenti, tuſſi cum 4. de cauſis pulſ. 8. ſputo colorato, & cæteris 1. acut. 44. 2. acut. 15. 16. 17. pleuritidem comitantibus ſymptomatis, excitauit. Quod vbi ſenſit, ſtatim Piſas aduolauit; palatiumque ingreſſus, decubuit; & mutata victus ratione, 2. acut. 1. aph. 31. 9. de dec. Hip. & Plat. 6. & fotibus loco dolenti adhibitis, puluerem ſemel, bis, ac tertio aſſumpſit; cuius ope, & auxilio ſine ſanguinis detractione, ſine alterius medicamenti lenientis, vel purgantis potione ex morbo euaſit. Interim Illuſtriſſima illius Coniux (quæ iam per duodecim dies conceperat, ſed ignorabat) de totius cor-

Comitis pleuritide laborantis hiſtoria.

Curatio.

Comitiſſæ grauidæ affectus.

*poris grauitate, capitis, ſtomachi, ac renum (quemadmodum facere ſolent prægnantes in primis grauidationis menſibus) dolore conqueri cœpit.*

Curatio. *Sed puluere deuorato, corporeque multis vitioſis humoribus exonerato, melius ſe habere aperte indicauit, & poſt Idus Ianuarij marem in lucem edidit cæteris rite conſequutis*, 3. in primũ

Maria filia & Philippus obſonator pulueris vſu curantur. Epid. hiſt. 4. *Dum hæc aguntur, Mariam filiolam ſimplex febris, Philippum vero obſonatorem vna cum epinyctidibus per vniuerſum corpus inuaſit; vtriſque puluerem vna vice tantum exhibuit, & vtroſque ad priſtinam ſuam valetudinem reuocauit. Quæ quidem omnia ego præſens contemplatus; quin admirarer maxime, facere non potui; ac tot, tantiſque exemplis doctus, & ductus; ad morbos pariter à materia excitatos, ſiue cum febre forent, ſiue minus, profligandos,*

Occaſio ſcribēdi. *eundem puluerem adhibere inſtitui. Cumque rem proſpere ſemper euenire animaduertiſſem; illius vires non ſolum admodum efficaces, ſed etiam tutas, admirabiles, incredibileſque palam vera cum gloria prædicare non dubitaui. Hæc cum non pauci quoque oculati, & cordati non ſolum Medici, verum etiam alij ſalutis humanæ ſtudioſi conſpexiſſent, admirati; multa ex me*

Intentiō. *petierunt, quæ & commoditatis, & breuitatis gratia reduci poſſe videntur.*

Ad ſe

d ſe-tem æc apita:

- **Primum** — Qualisnam ſit iſte puluis, ex quibus, & quomodo paretur.
- **Alterum** — Puluerem hunc omnes humani corporis ægritudines ( dummodo à materia, copia, vel qualitate peccã-te excitentur) generatim profliga-re; experimentis demonſtratur.
- **Tertiũ** — Eundem puluerem eaſdem ægritudines generatim depellere, rationibus comprobatur: ſimulque oſtenditur, vacuationem per ipſum factam, illam non parum ſuperare, quę vel per venæ ſectionem, vel per cætera medicamenta ſubductoria pręſtatur.
- **Quartũ** — Febres putridas pulueris iſtius beneficio *ſpeciatim* tolli non ſolum non experimentis, verum etiam nec rationi, nec Galeni, nec aliorum veterùm placitis repugnare demonſtratur.
- **Quintũ** — Quę ſint obſeruanda pro recto pulueris vſu.
- **Sextum** — Quibus argumentis nonnulli ad pulueris vſum improbandum vtantur.
- **Septimũ** — Quem finem, & exitum habeant argumenta propoſita.

*Quibus pro virili, & quantum per aſsiduum publicè legendi, diſputandi, ac medendi munus licet, explicatis; & iuſta petentibus me ſatisfeciſſe; & de tuta, cita, & iucunda morborum humoralium curatione bene meruiſſe arbitrabor. Vobis igitur aſpiret Deus Optimus Maximus, & à capite ad calcem vſque bene cœpta ſecundet.*

# QVALISNAM SIT ISTE PVLVIS, EX QVIBVS ET quomodo paretur.

## CAP. I.

*Puluis iſte cur Cerberus dici poſſit.*

QVEMADMODVM fabuloſi Poëtæ Cerberum tricipitem fingebant, inferorum cuſtodem, Cerberumque appellabant quaſi κρεοβόρον, id eſt, carnem vorantem: ita nos puluerem noſtrum Cerberum quoquo pacto nuncupare poterimus; quandoquidem ex tribus conſtat, & humana corpora cuſtodit, humoraleſque illorum morbos depaſcitur, ac depopulatur. Conſtat igitur (ſed quæſo, ne ceu pueri voces, quæ ad timorem proponuntur, timent, ita viriles animi nominibus res, quibus puluis conficitur; ſignificantibus auditis, terreantur) *Scammonio*, ſeu *Scammonia*, ab omnibus ſic dicta; nec non *Antimonio* ſic à noſtris, Στίμμι *Dioſcor. lib.* 5. *cap.* 58. 9. *ſimplic.* 6. *de val. tuen.* 12. à Græcis, Stibium à Latinis appellato; & denique *vini ſæce*, Italice (*Gromma di botte*) præparata, quæ poſtmodum *cremor**, ſeu *ſal Tartari* vocatur. Et quamuis tria hæc ad huius pulueris compoſitionem con-

*Ex quibus conſtet.*

*Ingredientibus auditis viriles animi terreri nō debent.*

currant;

currant; baſis tamen in *Scammonio*, & *Antimonio* poſita eſt; Tartarum vero additur propter rationes, quas paulo infra, ex Hippocrate, 2. *acut.* & Galeno 11. *de iis, quos, quando, purgare oportet, in fine.* afferemus. Iam vero quid ſit Scammonia, quid Antimonium, quid Vini fæx, lippis, atque Tonſoribus notiſſimum eſt; ea propter in re tam clara, atque aperta diutius immorari non eſt neceſſe: verum enim ſi dicere volumus, *Scammonia* iam inde ab Hippocratis 4. *acut.* 64. tempore vſque ad hęc noſtra ſemper in frequentiſſimo fuit vſu. *Antimonium* pariter Veteres non latuit: ſiquidem non modo à Dioſcoride, & Galeno, & ab iis, qui poſt ipſos floruerunt, illius mentio fit, verum etiam à Spiritu Sancto in ſacra pagina; .. *Regum c.9 Hieren.4. Ezech.* 23. eo enim potiſſimum mulieres vtebantur ad venuſtatem ſibi cóciliandam, præcipue ſecundum oculos, aufert enim ex eis ſordes, & ſupercilia denigrat. *Tartarũ* ſimiliter notiſſimum exiſtit, præcipue mulieribus, quæ ad rutilandum capillum eo vtuntur; & ad maculas delendas, gutta olei ex ipſo extracti diluta ex aqua; efficaciſſime enim abſtergit faciem, Fulloibus quoque in aperto, & in propatulo exiſtit, vt ote quòd ad præparandas varias colorum infectiones *Tartarum* hoc adhibeant.

*Baſis pulueris.*

*Scammoniũ, Antimoniũ ac Tartarum quid ſint, vt notum nõ explicatur; fuerunt enim & ſunt in continuo vſu.*

*Tartari vſus.*

At dicet quiſpiam, ſi hæc medicamenta vſurpatiſſima ſemper fuerunt, ad quid igitur, puluerem hunc ex ipſis conflatum, tanquam nouum aliquod pharmacum, tot tantiſque laudibus, ac plauſu ad ſydera vſque celebrare, ac tollere? Certe negare non poſſumus, quæ pulueris compoſitionem ingrediuntur, vnicuique nota non

*Obiectio vtrum puluis medicamentum nouum dici poſſit.*

*Solutio.*

*Pulueri, quæ nobilitatem, & præſtã-tiam afferant.*

eſſe, & in Medicinæ vſu iam diu poſita; at diuerſus præparandi, & vſurpandi modus eſt, qui non ſolum nouitatem, præſtantiam, ac nobilitatem; verum etiam mutationem ſecundum ſubſtantiam huic remedio affert.

*Scammonij communis, & antiqua præparatio.*

Nam quod ad Scammoniam pertinet; ipſa ad hæc vſque noſtra tempora parata eſt per decoctionem in furno, ex cydonio, vel permixta cum eiuſdem cydonij ſucco; & ſic parata, non quidem ſubſtantiam, vel qualitatem calidam, ſed duntaxat nomen mutat; dicitur enim à Græcis διακρύδιον, à Latinis vero, modo Diacrydium, modo Diagrydium, modo vero Diadagrydium. Iam vero Scammonia, ex qua puluis noſter conficitur, ſulphuris fumo accommodatur hunc in modum.

*Scammonij noſtra præparatio, & eius vires.*

*Accipitur Scãmonij electiſſimi certa quædam quantitas, eaq; craſſiuſcule trita, ſuper chartam exugentem appellatam, extenditur: mox ſulphure ſuper ignitas prunas iniecto, ſuper fumum, qui ex ſulphure attollitur, charta iam dicta eo vſque detinetur, quouſq; Scammonium liquari, & chartæ adhærere incipiat*; nam tunc ſtatim à fumo charta remouenda eſt; alias, ſi diutius ibi permaneret, vim ex toto amitteret.

At, ſi vt dictum eſt paretur, medicamentum redditur ſine odore, ac ſapore efficaciſſimum quidem ad bilem, cæteroſque calidos, ac tenues humores blande, placide & abſque caliditate ac moleſtia (contra ac faciat Scammonium communiter paratum) educendos, quemadmodum in fine Veris proxime præteriti, tota hac Æſtate, per Autumnum, & per Hyemem fœliciſſime in ſexcentis fere ægrotantibus ſum expertus.

An

Antimonium vero alia arte, & aliis ingeniis paratur, quam huc vſque paratum fuerit; nam Accipiuntur *Antimonij optimi pars vna*, verbi gratia, *vncia vna; ſalis vero nitri ſic nuncupati partes duæ*, verbi gratia, *unciæ duæ; ſimul negligenter triturantur: mox in vaſe teſtaceo* (crucibulum vocant) *ſupra carbones ignitos collocato, ponuntur ad comburendum, ſeu vt dicunt, ad calcinandum. Sed notandum; ne talis calcinatio fiat igne admodum vehementi. Hoc facto, iterum tantundem ſalis nitri, ſcilicet ad vncias duas ponitur; & denuo comburuntur. Tertio denique rurſus tantundem ſalis nitri ſuperadditur, videlicet ad vncias duas, & cōburuntur. Quoniā vero ſecunda, ac tertia vice difficulter admodū combuſtio, ſeu calcinatio ſequitur; ea propter, vt vis ignis quoquo verſus penetrare poſſit, ferro, ſeu carbone ignito continuo res dictæ ſunt verſandæ, donec ex æquo vndequaque penitus combuſtæ ſint*; id, quod ex colore cognoſcitur, nam vel ſubalbæ, vel ſubflauæ redduntur; *& quod ſi ſuper ignitos carbones iterum ponantur, non amplius crepitum, vel fumum emittunt. Inſuper idem Antimonij pondus, vel parum excedens quod ante calcinationem acceptum fuerat, poſt calcinationem remanere debet.*

*Antimonij noſtra preparatio & eius vires.*

*Antimonij bene præparati ſigna.*

Hoc pacto Antimonium paratum mutatur ſecundum ſubſtantiam; quia quæ vtuntur, Galeno authore 5. *ſimpli.* 15. 3. *de temperamentis.* ſecundum ſubſtantiam (quicquid nonnulli dicant, vt poſtea videbimus) mutantur, & (quemadmodum *infra ſuo loco* demonſtrabimus) nullam adipiſcitur caliditatem; & *coprioſe* quidem, ſed *iucunde*; non enim moleſtiam infert; *ſuauiter*, non enim prauo odore, non ſapore præditum

*Vſta ſecundum ſubſtantiam mutantur.*

eſt, corpus noſtrum à frigidis, & craſſis humoribus (veluti decem menſiũ ſpatio ſum expertus) purgat ſine vlla fere virium iactura, non aliter, ac aurum omni admixtione liberum, ac purum abſq; propriæ ſubſtantiæ imminutione eiuſdem Antimonij beneficio redditur: id, quod metallici, aurifices, & alij omnes, qui aurum tractant, in eo defæcando, mundando, & depurando bene norunt. Antimonium vero quomodocunque aliter paratum, efficacius quidem (negari non poteſt) vacuat; at quanta cũ moleſtia, & quãto cum periculo, miſeri illi, qui tale medicamentum ſumpſerunt, quique hos miſeros viderunt, referre poſſunt.

*Aurum Antimonij ope ſine ſui diminutione defæcatur.*

*Antimonij aliter parati vires.*

Quod vero ad Vini fæcem ſpectat; hæc vt fiat cremor, ſeu ſal, cum puluere noſtro permiſcendus, hac arte vti debemus. *Accipiantur ex Tartaro albo craſſo modo puluerizato, & multiplici aquariũ ablutione repurgato, donec clariſſimũ euadat, libræ quinque vel ſex: indantur in patinam terream vitreatam; inde aquam affunde claram fontanam, vt quinque aut ſex digitos materiam ſupernatet, & bulliant in vaſe per ſpatium duarum horarum: poſito dein vaſe in loco frigido in ſuperficie cõcreſcet cremor cryſtallinus, quem ſeparabis cum cochleare perforato: reiterata ſæpius eadem ebullitione, poſt materiæ refrigerationem ſemper cremor adimatur, qui in frigido coagulabitur, & fac, vt exiccetur in aëre, & vtere.*

*Vini fæx quomodo fiat cremor, ſeu ſal Tartari.*

Caret hoc quoque omni odore, ac fere omni ſapore, ita, vt medicamentum nulla ratione ingratum reddere valeat. Et quamuis eximia huius celeberrimi pulueris vis, & poteſtas in duobus duntaxat primis medicamentis verſetur; nihilo tamen minus, quia ex præcepto 2.

*Cremoris, ſeu ſalis Tartari vires.*

*acut.* 11. *viij. catatop.* Hippocratis, & Galeni 3. *de iis qu .s, quando purgare oportet in fine. non ſolum non malũ, ſed maxime vtile eſt, permiſcere cum medicamentis purgantibus, aliquid eorum, quæ aut boni odoris ſunt, ne ſola ſinceraque ipſorum virtus os ventris tangat, quod maxime tum neruoſum, tum ſenſile exiſtit, ſed aliqua ex parte retundatur; vel vt attenuare, & incidere valeant, vel vt craſſos humores ſecare, vel vt vias per quas educi debent, aperire, & patefacere poſſint*, hoc tertium medicamentum ſi non propter primam rationem, ſaltem propter alias huic pulueri addendum, ac permiſcendum eſt. Et recentiores omnes, qui de huiuſmodi cremoris, ſeu ſalis Tartari viribus pertractant, tales illi præciſe tribuunt virtutes, nimirum incidendi humores craſſos, & tartareos, meatuſque obſtructos aperiendi.

*Cur Purgantibus alia medicamenta ſint peradmiſcenda.*

*Puluerem hunc omnes humani corporis ægritudines (dummodo à materia, copia, vel qualitate peccante excitentur) generatim profligare experimentis demonſtratur.*

## Cap. II.

DVo ſunt potiſſimum organa, ſeu inſtrumenta iudicandi; vel duo ſunt ea, ex quibus iudicandi materiam (vt ita dicam) petimus; vel duo ſunt argumenta *κριτήρια* à Græcis dicta, ad quæ reſpicientes iudicamus. Alterum eſt *ſenſus*, ſeu *experientia*, cui tantum tribuebat Epicurus,

*Κριτήρια duo ſunt. Experiẽtia, & Ratio.*

*Epicur⁹, & Empirici experientia vtebãtur.*

vt rationem omnem contemneret;& illa Medicorum ſecta, *de ſectis* 2. 3. *de loc. aff.* 2. qui Empiricè medicinam faciebant, iſtius Viri veſtigia ſequebantur; quia ſola experientia nitebantur, & cauſſas, & rationes, ac naturas rerum contemnebant.

*Plato, & Methodici potius rationem admittebant.*

Alterum eſt *ratio*; cui tantum Academicorum Princeps tribuebat, vt ſenſum, & experientiam parui faceret; quam opinionem Medici Methodici *de ſectis* 6. appellati tenuiſſe videntur, qui ſolum communitatibus quibuſdam vtebantur, & reliqua omnia negligebant.

*Ariſtoteles, & Galenus vtrumque.*

At vero nunquam ſatis laudati Ariſtoteles, & Galenus; vt neque rationem deſpiciendam, ſic neque ſenſum vnquam dimittendum eſſe, exiſtimarunt; immo Peripateticorum Princeps *Ariſtot. 8. Phyſ. partic. 22. 26. & 3. de generat. animal. cap. 10. pri. poſter.* 134. eo deuenit, vt ſcriptum reliquerit; relinquere ſenſum, & quærere rationem, imbecillitatem eſſe mentis. Quare vtrumq; accipiendum ac retinendum eſſe fatentur; 1. *Method.* 3. & ſenſum ac rationem ſimul conferenda, comparandaque ſic eſſe; vt quando alter alteri in iudicanda alicuius rei veritate ad amuſſim, ad regulam,& examinate reſpondeat, & alter cum altera exæquetur; tunc veritatem, quæ, vt Democrito aliquando placuit, in profundiſſimas tenebras demerſa eſt,ex vmbris longe quam Cimmeriæ vnquam fuerit denſioribus, erutam, & in hanc ſplendidiſſimam lucem elatam;pro certo habendum ſit. Quamobrem (vt ad penſum redeamus) puluerem de quo loquimur, ſine venæ inciſione, vel alterius medicamenti, ſiue lenientis,

*Veritatẽ tunc nos habere, tenendũ eſt, quando experientia ra io conſenſit.*

*Veritas in tenebris demerſa iacet, ex Democr.*

ſiue

ſiue ſoluentis vſu, humorales, vocatas ægritudines, humores, qui illas excitant, blande per aluum educendo, & lenire, & finire; innumera, ac propemodũ infinita teſtãtur experimenta, partim ab Illuſtriſſimo Comite, partim ab aliis præſtantiſſimis Medicis Florentiæ, ac Piſis publice medicinam profitentibus, partim quoque à nobis ipſis experta, atque perſpecta. *Puluerẽ auferre ægritudines humorales abſque venæ ſectione, & abſq; vacuatione per medicamenta experimẽtis probatur.*

Qui vero tali medicamento conualuerunt, adhuc ſunt inter viuos; poterit vnuſquiſque ex proprio ipſorum ore, vera ne, an falſa ſint, quæ diximus, accipere; vel ex eorundem chirographis, quæ tum apud Comitem ipſum, tum apud me fideliter ſeruantur, manifeſte, ac certo deprehendere. Præter modum enim, ne dicam, in infinitum creſceret opus, ſi vnumquemque ſingillatim attingere vellem, qui cum aliqua ex humoralibus affectionibus prius laboraſſet, mox ſine venæ ſectione, aut alterius medicamenti ſubductorij ingeſtione, iſtius pulueris auxilio *cito, ſuauiter, ac tuto* voti compos factus eſt. Illi vero, quibus alicuius artificij ſuſpicio dictorum teſtimoniorum fidem abrogat; accedant, & Perilluſtrem, atque admodum Reuerendum Paulum Troncium Canonicum Piſanum. I.V.D. Protonotarium Apoſtolicum, Virum integerrimum interrogent, & quodnam præſidij genus hac proxime præterita æſtate ipſum à febre acuta prauis comitata ſymptomatis integrum, & omnino liberum bidui ſpatio ſeruauerit? *Experimenta particularia.* I.

Rurſus; & quodnam Eliſabeth matrem, Matronam honeſtiſſimam per ęſtatem, & autumnum ter in febres delapſam, totidem ab iiſdem ſa- 2.

nauerit? Item, & quod confratres Clauorum Do-
3. mini Noſtri IESV CHRISTI congregatio-
nis (cuius idem Canonicus clauum tenet) toties
à variis, & diuerſis ægritudinibus vindicauerit? &
4. quod Venerabilem, & egregium Iacobum Bor-
rium humanarum Eccleſiæ Metropolitanæ litte-
5. rarum profeſſorem? Et quod non paucos eiuſdem
Eccleſiæ Sacerdotes? Ingrediantur iſti minus cre-
6. duli. D. Frigdiani Collegium, religioſiſſimos illos
regulares congregationis D. Pauli Clericos ſciſci-
tentur, quot ex eis liberauerit, aut alios viderint in
domibus priuatis huius eiuſdem auxilij auxilio li-
beratos? Adeant ſacras D. Ioannis, D. Pauli, D.
7. Laurentij, D. Bernardi, & D. Dominici Abbatiſ-
ſas; ab eis petant, vtrumne hoc ipſo anno per ve-
næ ſectionem, vel per medicamenta ſubductoria,
an potius per vacuationem tali puluere molitam
ægritudines humorales, & ipſæ, & cæteræ, ſorores,
ac virgunculæ, cum ipſis inſtitutæ, & educatæ à ſe-
8. ſe propulſauerint? In Almum Piſanum ſe confe-
rant Gymnaſium; Perilluſtres, & Excellentiſſimos
Iulium Cæſarem Bulengerium artium humana-
rum, Petrum Accoltum Ordinarium Iuris Pontifi-
cij, Thomam Dempſterum Ordinarium Pande-
ctarum, Franciſcum de Schipſis Inſtitutionum Iu-
ris Ciuilis Profeſſores alloquantur, nec non Cla-
riſſimos Angelum Michaëlem Saccum, & Fabri-
tium Bartoletum Anatomicos Bononienſes, qui
hoc anno in Amphitheatro Piſano ſumma cum
ipſorum gloria, tum Audientium vtilitate viuam
Anatomen Sereniſſimi Principis noſtri nutu ad-
miniſtrarunt; hi enim de pulueris præſtantia cer-
tiores facti, admirati, puluerem vna cum præpara-
tionis,

tionis, & vſus methodo ſecum, quaſi theſaurum quoddam aureum Bononiam perferre voluerunt; illos vero vno, eoque pleno ore reſpondentes audient; iſtius admirandi præſidij vim, & efficaciam, & in ſemetipſis, & in domeſticis ſuis eſſe pluries expertos, idque nunquam ſatis ſuſpicere. Conſulant vigilantiſſimos Collegij, & Ducalis, & Ferdinandi Moderatores, eos queſo rogent; & quo Medicamenti genere CORNACCHINVS Ordinarius vtriuſque Collegij Medicus in alumnis ſuis ea fœlicitate, qua ipſi viderunt, vacuandis paſſim vtatur? vnanimes proculdubio reſpondentes percipient, nullo alio, quam ſuo puluere. 9.

Non dico, vt Illuſtriſſimum Comitem interrogent, quonam medicamento in fine Veris præteriti (quemadmodum ab initio monuimus) ad morbum lateralem depellendum vſus fuerit; neque vt ab eodem petant, quodnam pariter auxilium hac Hyeme adhibuerit, vt ſe à fluxu dyſenterico, & à febribus, quæ talem fluxum ſecutæ ſunt, liberaret; nam certo ſcio bonos hoſce viros reſpóſuros, Comitem ita fateri, quod res agitur ſua, & honor eius in diſcrimen adducitur; Quare tranſeat hoc. At quæſo Viros Illuſtriſſimos D. Stephani Equites, ac ſtrenuos Duces, Octauium Barbolanium ex Montis Acuti Comitibus, Petrum Capponium Equeſtris militiæ Piſanæ Præfectum, & Marcum Barbauarium Generalem Naualis Piſani Prouiſorem audiant; ipſi enim viui, ac præſentes teſtes adfuerunt, & verane, an falſa hæc, quæ dicuntur, ſint, renunciare poſſunt. Immo idem Prouiſor, cum Æſtate præterita tertiana febre grauiter laboraret, hoc puluere ſemel accepto; ſuo, Adſtantium, ac

Nobilium turbæ ſtupore, ſanus factus eſt; & Comitem etiam, atque etiam rogauit, vt pulueris propria manu præparati ſibi copiam faceret; & ſimul efflagitauit me, vt Methodum præſcriberem pro rectoillius vſu: & hæc omnia Mediolanum tranſmiſit ad Ludouicum Fratrem Ordinarium Metropolitanæ Mediolanenſis Eccleſiæ Canonicum, nec non Cancellarium Archiepiſcopalem quartana laborantem curandum; & Deus Optimus Maximus (quæ ſua eſt benignitas, & clementia) ſuis votis, atque optatis, vt ſpero occurret. Sed miſſa iſthæc faciamus, & cauſas potius perquiramus, propter quas puluerem exhibitum ſuo munere interdum fungi non videamus.

*Puluis cur ſemel exhibitus non ſemper muuere ſuo fungatur.*

Si igitur quandoque contingat, vt ſemel exhibitus puluis non ea præſtet, quæ dicta ſunt; is ad memoriam reuocare debet, quæ Galenus 2.*de rat. vict. in morb. acut. comment.* 11. obſignauerit, & nos *paulo infra* ſubiungemus. Neque ob id Medicus cordatus animo cadere debet; propterea quod, vel puluis plene, & perfecte ſuo munere functus eſt (& tunc nil aliud ſollicite tentandum erit; nam *quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, ſed ſinere,*) Hippocrat. 1.*aphoriſm.* 20. vel diminute, & ſimul cum dolore, atque torminibus; & tunc vel clyſtere aliquo defectui ſupplendum eſt; vel iterum in maiori Doſi eundem nobis exhibendum: quemadmodum cuidam acuta febre laboranti contigit, cui cum, neſcio, quis Medicus puluerem in minori quantitate dediſſet, quam natura illius exquireret, humores in illius corpore non ſine moleſtia fuerunt agitati: vnde febres adauctæ, ſitis, inquietudo, vigiliæ, & huiuſmodi alia

ſym-

ſymptomata: ſed clyſtere iniecto, & cum conferentia, ac tolerantia reddito, puluereque iterum noſtro conſilio in maiori quantitate aſſumpto; cũcta (Deo fauente Maximo) ſedata fuerunt; vel quia cũ in maiori quantitate puluis exhibitus fuerit, quam patientis natura expoſtulet, vacuatio ſupra modũ ſequitur: ex quo, & laſſitudo, ſitis, diarrhœa, dyſenteria, & febricula excitatur. Tũc Auicenna Authore *l.4.f.1. tr.1.cap.16.* confert refectio per ea, quę multum nutriunt, ac facile concoquuntur, quę etiam refrigerent, adſtringantque, ſomnus quoque iniungendus, & quies; cor inſuper, hepar, & ventriculus roborandus; & denique fluxus ſiſtendus. Vtcunque tamen ſit; ſi *experientiæ* ſtandum eſt, 1.*aphoriſmor.2.& 23.* veluti *procul omni dubio ſtandum*, præſertim vero in purgatione, quemadmodum Hippocrates 4.*aphoriſm.2.* innuit, & potiſſimum in ea, quæ per medicamenta purgantia præſtatur; hæc enim Galeno authore, *Secundo acutorum* 11.*& in libris de ſimplic.medic.facult.* per experientiam inuenta ſunt, non demonſtratione aliqua; poſtea igitur quam, qui puluere ſeruatis omnibus ſeruandis vſi fuerunt, omnes beneficium receperunt, nullus fere noxam; conſtat medicamentum hoc ad quaſlibet ægritudines à copia, vel mala qualitate humorum factas profligandas ſaluberrimum eſſe.

*Vacuationis ſuperflua ex medicamento ſymptomata.*

*Curatio.*

*Purgatio bene, vel male ſit adminiſtrata, ex experientia coniiciendum.*

*Purgãtia medicamẽta per experientiã ſunt inuenta.*

# APPENDIX AD CAPVT ANTECEDENS:

*VBI PARTICVLARIBVS NONnullis Hiſtoriis, quaſi exemplis demonſtratur, quas præciſe ægritudines humorales, & qua fœlicitate puluis propoſitus aſſumptus, ſanauerit.*

QVANDO ſuperioribus diebus Florentiæ morabar, nonnulli, ad quorum manus hæ noſtræ lucubrationes peruenerant, cum antecedens caput perlegiſſent; in quo experimentis demonſtratur, puluerem, de quo eſt ſermo, omnes humani corporis ægritudines humorales generatim profligare; me conuenerunt, ſimulque cupiditatem, quam mente, ac ſenſu conceperant, eam voce pura, & integra mihi aperte ſignificarunt; præter generalia illa experimenta, peculiaria aliquot ſeſe libenter viſuros, in quibus tota ægritudinis, & curationis ſeries ſingillatim explicaretur; ad hoc, vt non mo-

*Particulares ægrotantiũ hoc puluere ſanatorum hiſtorias cur Author addiderit.*

do

do quanta in huiuſmodi præſidio vis inſit, & poteſtas, ipſis innoteſcat; verum etiam vtendi modus, tempus, & alia id genus.

Horum igitur authoritate, nutu, atque conſilio varios ægritudinum humoralium caſus ſubiungere non grauabor: qui vero propoſitas perpeſſi ſunt affectiones, adhuc viuunt, & ſpirant; poterit vnuſquiſque de iis quærere, vera ne, an falſa ſint, quæ conſcribemus. Si cui vero tempus; & ſpatium datum non eſt, quominus hæc perlegere poſſit: hiſtoriis prætermiſſis, ad caput Tertium pertranſeat; quandoquidem experimenta generatim iam *ſupra* allata, ſatis certum (vt opinor) integritatis, & fidei teſtimonium dederunt.

*Opus abſque hiſtoriis legi poteſt.*

## *Aegrotus primus.*

AVguſtini Gymnaſij Piſani Apparitoris filiæ virgini, annorum circiter decem ſeptem, habitus mollis, & candidi, coloris ruffi; iam per decem menſes purgationes ab vtero defecerant: in ipſo autem circuitus tempore ſanguis è naribus fluebat: & ab vtero fluxio muliebris aſſidue manabat. Ex quo roſeum amiſit colorem; facies ſubtumida facta eſt; aluus intumuit cum duritie; ſcalas aſcendere non poterat; ac demum ex cachexia in hydropem præceps ruebat. A duobus Medicis à principio variis, & diuerſis tam pharmaceuticis, quam chirurgicis præſidiis tractata fuit, at vani ſemper fuerunt ipſorum conatus. Quapropter ſub præteriti Menſis Auguſti finem parentis precibus permotus illius curationem ſuſcepi: & conuenienti victus ratione imperata; leuiter præpa-

*Mẽſtruorum ſuppreſſio, Alui tumor, ac tenſio, & inchoata hydrops tali puluere tolluntur.*

rantia, occaſione bidui ſpatio arrepta; nonnulla illi exhibui; mox vero Comitis Puluerem. Certe dici non poteſt, quanta cum conferentia, ac tolerantia per ſuperiora, & inferiora vitioſorum excrementorum omnis generis copia excreta fuerit. Inde aptis, & accommodatis ſyrupis humores parare, & vias paulatim aperire cœpimus. Vix primum aſſumpſerat Syrupum, cum de alui dolore conqueſta eſt: demiſſo autem altero ſyrupo (quis crederet?) menſtrua, ſed varij coloris copioſe, ac diu fluere cœperunt. Aluus interea paulatim detumeſcere, ac molleſcere læti videbamus: vetus præterea forma, ſolita venuſtas, elegans gratia, & floridus, ac roſeus faciei color, ad priſtinum ſtatum rediere. Aluus ſponte large fluere cœpit, & ſana Deo dante ex toto facta eſt.

## *Aegrotus ſecundus, ac tertius.*

DOmina Margarita Iachinia, quæ Puellam iam decimeſtrem oblactabat, annorum ſupra triginta, habitus gracilis, temperationis ad Melancholicam, ſimplici tertiana ab initio correpta fuit: cumque nullum ſibi præſidij genus adhibendum curaret, poſt tertiam acceſſionem, quinta ſcilicet ipſa die, ex vnica tertiana duæ factæ fuerunt; filiolam vero ſimplex inuaſit tertiana. Mater de capitis conquerebatur dolore, ſitiebat, lingua ſicca, ſubnigra, aſpera; anxioſa, nauſeabunda; parum dormiebat; vrinæ coloratæ. Septima ego vocatus in febris declinatione clyſterem communem. (Aluus enim ſtyptica erat) iniecι; conuenientem victus rationem inſtitui, iuſcula

*Tertianæ duæ, & vna tolluntur hoc puluere.*

alte-

alterata. Octaua in febris acceſſione puluerem dedi, qui contulit, & facile tulit; febris namque, & cætera omnia mitiora reddita fuerunt. Nona, & Decima eadem præſtabantur. Vrinæ bonæ, & ipſa celebrata tertia per puluerem purgatione, filiola vero ſecunda, iudicatæ fuerunt.

## *Aegrotus quartus.*

ADmodum Reuerenda Mater Soror Victoria Monialium Diui Ioannis Hieroſolymitani Abbatiſſa, annorum quinquaginta ſeptem, habitus boni, temperationis ad Sanguineam; iam elapſo Septembri menſe, acutiſſima (ſic enim ab Alexandro *l.7. cap.16.* vocatur) illa fuit affectione correpta, quam Græci, Gal. *2.meth. 2.* & Latini elegantiores Choleram dicunt, Barbari *vt Gradius & aly.* vero cum Hippocrate, *7.epid.81.* Cholericam, ſiue Choliricam paſſionem, non quidem arida, ſeu ſicca, 4. *acut.* 103. ſed humida: poſtea quam per os, & per aluum acrem excernebat materiam, 4. *acut.*103 *in introduct. ſeu medico.*13.3. *apho.* 30.3.*de ſympt. cauſis c.2.3. de nat. fac.13.* cum cardialgia, nauſea, inappetentia, immo potius cuiuslibet cibi abominatione; non dormiebat, erat anxia, ſitibunda. Sexta die, (non prius, propterea quod ſacræ illæ Virgines huius Reuerendæ morem optime tenentes, quod nullum medicamenti genus aſſumere poſſet) me accerſiri iubent. Ego ſtatim illud curationis adhibui genus, quod Galenus, *6.6. epid. commento 5. 12. meth. in fine.* non ſemel perſcripſit, & ſimul puluerem hunc exhibui, qui magnam humo-

*Cholera, cardialgia, nauſea, inappetentia, vigilia, ſitis, & anxietas hoc puluere ſedantur.*

ſum crudorum (hos enim in Cholera partem quoque habere, Actius, non ignobilis Auctor, teſtis eſt locupletiſſimus) & acidorum; qui proinde mordendi vi præditi ſunt, copiam per vomitum eduxit; Sed multo maiorem, & pituitoſorum, ac bilioſorum valde fœtidorum per inferiora. Ex quo ſeptima die circa ſtomachum meliuſcule ſe habere; aliquid aſſumere, ac retinere, & modicè, placidéque dormire cœpit. Interim octaua, nona, ac decima, illa præſidia intrinſecus, & extrinſecus adhibebantur, quæ ab Auctoribus præſcribuntur, eaque nunc memorare non eſt neceſſe. Vndecima eundem puluerem iterum exhibuimus, qui contulit, facile tulit. Iudicata eſt.

## *Aegrotus quintus, ac ſextus.*

DOmina Camilla, Bartholomæi, quæ in Charitatis Domo degit, annorũ circiter vigintiſeptem, habitus gracilis, temperationis ad bilioſam; continuo ſine febre delirio correpta fuit, modo cum furore, modo cum timore, ac triſtitia; nunquam dormiebat, verba multa, riſus, fletus, cantus; Puluis iſte à principio datus, munere ſuo functus eſt, venam ſecauimus, ſed quia ſanguinem flauum, tenuem fluere vidimus, ſtatim ſuppreſſus fuit. Capiti extrinſecus Oxirrhodinum, & Embrocationes Soporiferæ; Intrinſecus vero ſoporifera itidem inſtituta fuerunt.

*Delirii ſine febre.*

Cumque fieri nullo modo poſſet, vt aliquod aſſumeret Pharmacum; iterum puluerem in ferculo (quemadmodum Galenus 13. *meth. c.* 11. 14. 15. 16.

15. 16. *Hippocrat. l.de alimento.*ſua quoque medicamenta exhibebat) dedimus: mox è vena frontis recta ſanguinem hauſimus, & poſt aures, hyrudines applicauimus. Ipſa paulatim reſipiſcere cœpit.

Hanc eandem curationis normam præſcripſimus cuidam iuueni Butenſi, Sebaſtiano nomine. Et curatio eundem optabilem habuit exitum.

## *Aegrotus ſeptimus, octauus, ac nonus.*

EXcellentiſſimi I. C. Piſani D. Franciſci de 7.
Schipſis Sorores Virgines, habitus boni, temperationis ſanguineæ, altera annos nata erat 8.
decem ſeptem, altera vero decem octo; vtraque eadem die decubuit ob febrem, cum capitis, ventriculi, ac renum dolore, inappetentia. Vrinæ erant craſſæ, & coloratæ. In diei quintæ fine vocatus Clyſterem communem injiciendum curaui, conuenientem victus rationem inſtitui, puluerem que ſeptima die in ipſomet paroxyſmo dedi: Qui adeo belle munere ſuo functus eſt, vt ſub illius diei veſperum, ambas conſueto cultu ac veſtitu exornatas rectas obambulantes domi conuenerim.

*Tertianarum curatio per puluerem hunc.*

Nuperrime vero Domina Alexandra earum 9.
mater, fœmina lectiſſima, cum ſimplici laboraret tertiana, quinta irruente, & inuadente acceſſione, puluere deuorato, corporeque blande exonerato, febrem non amplius vidit.

### Aegrotus decimus.

RODulpho Rodulphio Aurifici, annorum viginti duo, habitus boni, tēperationis ad ſanguineam, poſt itinera, & alios in ſex rebus non naturalibus appellatis, errores, dexterteſtis intumuit cum dolore, & abſceſſus poſt aures apparuerunt; Ad ſummam decumbere coactus eſt, quotidie enim cum febris inuadebat cum frigore, & horrore, erat ſitibundus, cum capitis dolore, nares merum ſtillabant, Hypochondrij dextri tenſio, ab aluo ſtercoracea multa ſponte prodibant, vrinæ coloratæ. Quinta die puluerem aſſumpſit, qui contulit, facile tulit, dormiuit, ſudauit, vrinæ meliores; cætera omnia mitiora facta fuerunt. Sexta ſudor, diarrhœaque bilioſa ſequebatur; bene ſe ad ſomnum, & ad oblata habebat; vrinæ quoque meliores, at depoſitæ conturbabantur. Septima dictis deiectionibus iudicatus eſt.

### Aegrotus vndecimus, & duodecimus.

GEneua, & Raphael Baptiſtinius, hic annorum decem & octo; illa vero circiter quinquaginta, habitus boni, temperationis ſanguineæ; ab Iſchiadico dolore miſere diuexabantur, & vix ſe mouere poterant; ſed puluere accepto, aliis non neglectis præſidiis, breui ad conſueta munera obeunda rediere.

*Iſchiadici dolores puluere hoc mitigantur.*

### Aegrotus decimustertius.

ILluſtris Annibal Primius Patritius Piſanus, annorum ſupra ſexaginta, habitus pinguis, tempe-

rationis pituitoſæ ad ſanguineam, doloribus arthriticis pluries præſenti anno excruciatus eſt; Sed menſe Decembri in lecto iacebat, & vix ſe mouere poterat; poſt multum autem temporis quadam die in Aurora puluerem noſtrum aſſumpſit, & ea ipſa die è lecto ſurgere, & recta baculo innixus obambulare cœpit. *Arthritici dolores leuantur.*

Hic idem nobilis, & optimus vir teſtari poteſt, quam grauiter, & acute filiola ipſius vnica, amores, & deliciæ eius, quæ vix biennium exceſſerat, æſtate præterita ruri ægrotaret, nil aſſumebat, non dormiebat, faſtidioſa febris erat continua, vires omnes ferè deperditæ; ad ſummam adducta erat in maximum periculum, & extremum pene diſcrimen. Quis vnquam venam illi ſecaſſet? Quis vnquam Pharmacum oblatum, vt deglutiret, ei perſuadere poſſet? At bis clanculum puluere deuorato, ſuoque munere placide perfuncto, iudicata eſt. *Febris acuta extinguitur hoc puluere.*

### *Aegrotus decimusquartus, decimus quintus, decimusſextus, & decimusſeptimus.*

PVluerem hunc tum aliis humoralibus febribus, tum potiſſimum quartanis (quæ quo magis medicamentis tractantur, eo magis exacerbari compertum eſt, *lib. de præcognitione ad Poſthum. c. 2. & 3. 1. ad Glauc. 11.*) finem imponere, quatuor ſequentes hiſtoriæ teſtes, nuntiæ ac luces, ſempiternæ veritatis erunt. *Quartanæ multæ finiuntur.*

Frater Paulus de Franchis Piſtorienſis Capuccinus Concionator non ignobilis, annorum 14.

circiter quadraginta quinque, habitus medio-cris, temperationis ſanguineæ ad Melancholicam; iam per tredecim Menſes Quartanam pertulerat: vbi autem ad ipſius aures peruenit iſtius puluieris fama, me ſtatim conuenit, vtque talis medicamenti ſchedulam, atque ordinem illi præſcriberem, me vehementer etiam, atque etiam rogare cœpit; quibus acceptis; puluerem in prima ſequentis febris acceſſione deuorauit: qui cum in minori, quam illius natura exigeret, quantitate exhibitus fuiſſet; ab aluo nihil quidem eduxit; non tamen vllam ipſi moleſtiam intulit. Verum cum in alterius ſequentis febris acceſſione eundem puluerem ea doſi, qua decebat, accepiſſet, aluus cum conferentia; ac tolerantia mota eſt; neque amplius Quartanam expertus eſt.

15. Ioannes Baptiſta Accoltus, annorum decemnouem, habitus mediocris, temperationis ad melancholicam; in eandem incidit febrem: & parum habita victus, & medicamentorum ratione, ſeu cura, ex vnica, duæ factæ ſunt. Quapropter Excellentiſſimus illius patruus conſilio quidem proprio, maxime (vires enim iſtius pulueris optime tenebat,) ſed me auctore puluerem nepoti in maioris febris acceſſione exhibuit. Ea die multa per aluum abſq; moleſtia, cum conferentia educta fuerunt. Sequenti die (qua minoris quartanæ acceſſio futura erat) puluerem iterato dare decreueramus; at quia præcedentis diei vacuatio adhuc perſeuerabat; à pulueris exhibitione abſtinendum duximus, in futuram, quam expectabamus, maiorem exacerbationem reſeruantes. Sed nunquam poſtea febris comparuit; & ipſe conualuit, Piſiſque

que ceſſit, Florentiamque ſe contulit;vbi cum non paucos committeret errores; quas iam per menſem amiſerat febres, iterum adinuenit. Quod vbi præſtantiſſimus illius Patruus ſenſiſſet; pulueris præſidio denuo pluries vſurpato, febrem exturbauit, & expulit.

Magiſtrum Sebaſtianum Xenodochij Piſani Chirurgum, annorum circiter vigintiduo, habitus gracilis temperationis ad bilioſam, eadem febris inuaſit, ac integro menſe cum dimidio ipſum deturbauit. Cumque quodam die id mihi ſignificaſſet; petij ab eo, cur puluere noſtro non vteretur? Reſpondit, ſe ignorare doſim, tempus, modum, & cætera in illius vſu ſeruanda; Hæc illi cum aperuiſſem; ſemel tantum illo hauſto, ſanus, Immortales Deo Optimo Maximo gratias egit. 16.

Poſtremo circa hyemis proximè præteritæ finem, Reuerendus Dominus Andreas Ringherius Sacerdotalis Diui Stephani Eques, nec non Sancti Ægidij Parochus, annorum ſupra quinquaginta, habitus gracilis temperationis Melancholicæ, hac eadem febre affectus, poſt quartam acceſſionem puluere noſtro vti cœpit: ex cuius vſu ſingula quaque febre, febres ipſas minui manifeſto deprehendebat; quandoquidem minus perdurabant, & minus eum affligebant. Vix quinquies puluerem ſumpſit, & ex toto febres diſceſſerunt. 17.

*Aegrotus decimusoctauus, decimusnonus, vigeſimus, vigeſimusprimus, vigeſimusſecundus, & vigeſimus tertius.*

HOc ipſo anno Piſis per totam vrbem Variolæ longe atque late paſſim vagatæ ſunt, & adhuc vagantur. Et profectò non pauci iugulati ſunt, multi ſua ſponte ſanati, plures auxiliis ab Auctoribus pro tali affectu propulſando propoſitis, (quibus & nos nonnullos etiam ſeruauimus) liberati. Verum enimuero cum quinque præ cæteris in maximum periculum, & in extremum pene vitæ diſcrimen adductos conſpexiſſemus, quibus neque ſolita præſidia magnum quiddam afferebant, neque remediis magnis (nimirum ſanguinis miſſioni, & propter ætatem, 11. *method.* 14. 15. *de curand. ration. per ſang.* 13. 4. *de valet. tu.* 4. 2. *catatop.* 1. *Auic. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 20. & vomitum, 1. *ad Glauc.* 14. diarrhœam, & vermium copiam, & humores crudos, & vitiatos in primis viis, 4. *de valet. tu.* 5. *de curand. ra. ton. per ſang.* locus daretur; neque pharmaci potione, quod propter ætatem, cum rationis ſenſu carerent, ad ſumendum perſuaderi non poſſunt; rum propter vomitum, vel alui fluxum, & alia huius generis: nos puluere dato, voti compotes facti ſumus, quemadmodum inter cætera exempla, quæ ſequuntur perſpicue demonſtrant.

*Variolæ hoc puluere curatæ.*

18. Vrſulam Magiſtri Nicolai Aurificis filiolam quinquennem febris cum alui fluxu, inappetentia, vomitu, ſiti, & aliis ſymptomatis inuaſit. Tertia puluerem aſſumpſit, qui cum conferentia, ac tolerantia multa, eaque praua eduxit excrementa cum lumbricis pluribus. Ex quo Aluus ad ſtatum naturalem redacta eſt, ſymptomata mitigata, & Variolæ poſtea feliciter, ac placide apparuerunt, & ad exitum ſalubrem deductæ.

19. Domini Pompilij Tripallij Pharmacopolę puellus

lus,biennis,febri cum delirio correptus eſt, inſcius in lecto minxit, ſitibundus; peſſime ad oblata, clyſterulus eluens,ac dulcis inditus,contulit.Secunda puluerem accepit, ex cuius vſu corpus à multis vitiatis humoribus non ſine vermibus expurgatum fuit. Tertia variolæ erumpere cœperunt; cæteris ritè ſubſecutis.

Dominici Frumentarij filiolus quinquennis in febrem cum vomitu aſſiduo incidit; ita, vt deuorata omnia ſtatim rejiceret vnà cum excrementis quibuſdam ſubnigris. Tertia puluere ſumpto, paulatim per inferiora tot vermes excreuit, cum aliis vitiatis excrementis,vt matulæ dimidium caperent. Variolæ poſtea ſecutæ ſunt cũ ſalubritate. 20.

Domini Franciſci Cannauoti Vallorum; & Foſſarum (ſic enim dicunt)Cancellarij filij tres febricitantes,ante quam variolæ efflorefcerent,pulrerem ſumpſerunt; cuius ope vermes non pauci cum conferentia, ac tolerantia ſimul cum vitiatis humoribus excreti fuerunt. Coſmo vero natu minori, quod peſſime omnium tractaretur, puluis iterum datus alios inſuper eduxit vermes,cumque fera ſuperueniſſent ſymptomata, & peticulæ etiam ſimul cum variolis apparerent, oleo Magni Ducis aduerſus venena deuorato, noui vermes educti fuerunt; Ex quo ſymptomata mitiora, ipſe vero meliuſcule ita ſe habere cœpit, vt tandem præter ſpem conualuerit. 21.22.23.

## *Aegrotus vigeſimusquartus.*

IAcobus Iuliani Caſtancoli viri optimi filiolus, annorum ſex,habitus mollis, & candidi; in la-

*Pleuritides puluere hoc terminatur.*

teralem incidit morbum, vix reſpirare poterat, de continuo, eoq; pungenti circa ſiniſtrum latus dolore conquerebatur; tuſſis erat aſſidua, ſic febris; pulſus paruus, debilis, durus, & inæqualis, vrinæ crudæ. Secunda clyſterculum inieci; fotum loco dolenti adhibui; & conuenientem victus ratione inſtitui. Tertia lateris dolor circa iugulum erat ingens, maxima erat ſpirandi difficultas, febris etiam valde acuta: at cum tuſſi ſputum facile reddidit coloratum, & vrinæ non malę; ſudauit per totum, dormiuit. Quarta puluis datus, pauca eduxit: at clyſterculi ope multa, fœtidaque reddita fuerunt. Sputum copioſe cum facili tuſſi rejiciebat. Quinta parum dormiuit, clyſter fœtidiſſima eduxit. Sexta omnia mitiora, & ab aluo ſponte ſtercoracea prodibant. Septima copioſe ſudauit per totum. Iudicatus eſt.

## *Aegrotus vigeſimus quintus.*

*Tertianæ nothæ duplicis curatio per puluerẽ.*

GInum Buonamicum Pratenſem almi Collegij Ferdinandi Alumnum, annorum viginti, habitus gracilis, temperationis bilioſæ ad ſanguineam; duplex inuaſit Tertiana notha; vrinæ erant admodum coloratæ, & craſſæ. In tertia acceſſione puluerem accepit, qui quanta cum conferentia, ac tolerantia ſuo munere functus fuerit, æger ipſe ore proprio confitebatur, & familiares omnes, quotidianique illius conuictores vna mecum viderũt; vrinæ non adeo craſſæ, neque adeo coloratæ, dormiuit. Quarta vix febrem percepit. Puluerem iterum aſſumpſit; qui pariter contulit, facile tulit. Quinta friguit, incaluit; puluis tertio datus, eum perfectè iudicauit.

Poſſem

*Cõtraria contrariis curari.*

citur labiis.medicinam guſtauerint) eſt in confeſſo; & Medicorum omnium parens Hippocrates 2.*aphoriſ.* 22.non modo id Ionice, verum etiam in *veſtibulo ſecundi de natura humana* Attice teſtatus eſt; & Galenus vtrobique in Commentariis ſuis *præſertim ſecundo de natura human.in princ.* ſententiam hanc pro axiomate recepit: ita, vt in re tam clara diutius morari turpe ſit.

*Præter naturam tria ſunt in nobis.*

*Cõtraria quo ordine cauſſis, morbis, & ſymptomatis adhibenda ſint.*

Iam vero, quia mala, quæ nobis accidunt, vel ſunt cauſſæ, vel morbi, vel ſymptomata; 10.*de differ.ſympt.c.*2.*&* 7.3.*meth.* 1.10.*meth.*1.11.*meth.*11. *&* 13.12.*meth.*1. *&* 2.*de conſtit. art. med.*12.1.*ad Glau.* 14. cauſſis primum, deinde ipſis 3.*meth.*1.4.*meth.*1.*&*3.morbis per ſe,& primo, nonnunquam etiam 3.*meth.*1.3.*de art.medic.*99.1.*ad Glau.*1.*ſect.*2.ſymptomatis contraria ſunt adhibenda. Verum curatio legitima à ſublatione cauſſæ incipere debet; nam Hippocrates 4.*epidemion* ſcriptum reliquit; *ad cauſſam deuenire oportet, cauſſæque principium.* Et Galen.*in allegatis* inquit commentariis, *ſæpenumero vna cum ipſis & morbi, qui ab ipſis fiunt, deſtruuntur.*

*Cauſſæ internæ morborũ duæ.*

*Medicina eſt adiectio & ablatio.*

*Puluis in morbis ab euacuatione factis locũ nõ habet. Sed bene in iis, qui à repletio-*

Cum igitur duæ ſint ex toto internæ morborum cauſſæ, repletio nimirum, & vacuatio teſte Hippoc.& Galen.*locis citatis*, & etiam *alibi*, vt quando in aphoriſmis ſcripſit; *ſi menſtrua* 5.*aph.*57.*plura fiãt, morbi accidunt, & ſi non fiant, morbi ex vtero cõtingunt*; & rurſus, *cõuulſio fit*, 9.*aph.*39.3.*de loc.affect.c.*6.*vel à repletione.vel ab inanitione*: cui etiã videtur aſſentiri.quod *libro de arte*, medicinam definiens dixit Hippocrates; *medicinam eſſe adiectionẽ, & ablationem.* Nos dimiſſa vacuatione, vtpote quę à puluere noſtro auxilium non expectet; dicimus pro curandis morbis à repletione obortis, nullum poſſe nos ſalubrius, præſtantius, & efficacius præſidium

ſidium adhibere, & quod tuto, cito, & iucunde id præſtet, quod optamus, quam ſit puluis noſter; etenim ſi aliquis venæ ſectionem extollere velit, quòd cito vacuationem præſtet; vere quidem, ſed ſtatim illi objiciciam innumeras illas contra-indicationes, quas *in Præfatione* generatim innuimus, & in *fine quinti capitis* ſpeciatim afferemus: quæ quidem ſunt in cauſſa, vt, vel hoc præſidium multoties adhiberi nequeat, vel non ita tuto, vt mirandum non ſit, ſi Galenus 4. *de valet, tuend. cap.* 4. propter timiditatem, vel ætatem, vel propter alias cauſſas permittat, vt à venæ ſectione abſtineamus, & eius loco purgatione vtamur, tanquam præſidium ſalubre, quodve illius vſum ſupplere poſſit. Neque ſit, qui dicat Hippocratem *locis citatis nempe* 2. *aphoriſm.* 22. per repletionem intelligere plethoram, quæ (nullo non conſentiente Authore) per venæ ſectionem per ſe, & immediate tollitur; nam Græcè habetur πλησμονὴ, & Galenus in commento interpretatur, tali voce Hippocratem voluiſſe non ſolum plethoram, verum etiam cacochymiam. Et, ſi quis rurſus inſtet, venæ ſectionem magis è directo plethoram demere, quã purgationem per puluerem. Ego ſtatim huic objiciam ex Galeno 9. *Meth.* 11. 2. *aph.* 17. ſanguinem bifariam peccare, & vitiari; vel ſcilicet, quia multitudine creuit; vel, quia propriam qualitatem ad vnguem non ſeruet: & Galenus quidem affirmat, neque nos id negamus, pro tollendo primo ſanguinis vitio venæ ſectionem è directo, primo, & per ſe conuenire. Neque tamen quis ob id inferre debet; ergo in tali ſanguinis vitio purgationem nullum habere poſſe locum: ſi quidem cum (Galeno authore *de plenitudine*, *cap.* 10.)

*ne, & quomodo.*

*Pulueris vacuatio ſuperat vacuationem per venæ ſectionem.*

*Pulueris vacuatio venæ ſectionis vicem ſupplere poteſt.*

*Plethora venæ ſectione tollitur.*

*πλυσμονὴ quid ſit apud Hippocratem.*

*Sanguis bifariam vitiatur.*

*Eius vitia quomodo curentur.*

*Sanguis in venis nunquã ſincerus.*

*fieri nequaquã poſſit, vt adeo ſincerus in venis reperiatur ſanguis, quin illi aliquid, aut bilis, aut pituitæ, aut ſeroſi humoris permixtum ſit;* conſequẽter quoq; fatendum eſt, in huiuſmodi etiam vitio dari locum

*Puluerẽ habere locũ in plethora, demonſtratur.*

iis medicamentis (in quorum cenſu puluis noſter exiſtit,) quæ tales humores educendi vim habent. Sed redeat illuc, vnde noſtra deflexit, & aberrauit oratio. Verum in altero ſanguinis vitio (cacochymia nimirum dicto) venę ſectio non conuenit è directo, nec primo, nec per ſe; ſed) vt idem Galenus inquit 9. *method.* 11. *de curandi ratione per ſanguinis miſſion.* 11.) reuulſionis, vel deriuationis gratia: quandoquidem teſte Hippocrat. 2. *aphor.* 8. 6. *aphoriſ.* 31. 47. ad tale ſanguinis vitium è directo, primo, & per ſe remouendum, purgatio requiritur, & per puluerem pręſertim noſtrum, quẽadmodum inferius (Deo dante) demonſtrabimus.

*In Cacochymia quomodo venæ ſectio, & quomodo purgatio cõueniat.*

Neque, ſi ſanguis putredinem, veluti fit in ſynochis putridis, cõcipiat, in quibus Galenus, 11. *meth.* 14. 15. & alij omnes (vno excepto Medicorum malleo Auerrhoe 7. *collig. c.* 8.) ſanguinem detrahunt, & vſque ad animi deliquium, 1. *aphor.* 23. 11. *Meth. c.* 4. & cum fructu, & nos etiam non raro experti ſumus: nihilo tamen minus non ob id pulueris vſus improbandus, rejiciendus, deteſtandus: propterea quod, ſi vera eſt ſententia Galen. quam pluribus in locis, vt 2. *de differ. feb. cap.* 2. & 9. 2. *de criſib. c.* 6. 9. 12. ſcriptum reliquit *quando ſanguis putreſcit, pars eius ſubtilior, ac pinguior omnino in flauam conuertitur bilem, craſſior vero in atram:* vnde Medicus ex neceſſitate cogitur medicamentum exhibere humores illos educendi vim habẽs, in quos ipſe ſanguis putreſcens, conuerſus eſt; tale

*In ſynochis putridis omnes (Auerroe excepto) ſanguinem mittunt vſque ad animi deliquiũ.*

*Sanguis quando putreſcit, in quos humores conuertatur.*

autem

autem noſter puluis exiſtit, vtpote qui beneficio Scãmonij humorẽ bilioſum, Antimonij vero atribilariũ educat. Huc accedit, quod quando ſanguinem detrahimus, illius vncias decem plus minus exire permittimus. Hoc ſtante; dico ego, in iſtis decem ſanguinis extracti vnciis, quotnam erunt humorum prauorum vnciæ? certe quatuor, aut quinque, vel ſeptem; nam reliquæ ſunt boni ſanguinis. At vero, ſi puluerem exhibeamus, multas humorum duntaxat peccantium libras exhauriemus. Sed iam ſatis ſuperque circa primam rationem digreſſi ſumus.

*Puluis quos educat humores.*

*Purgatio per puluerẽ ſuperare euacuationẽ per venæ ſectionẽ.*

Altera, quam mox ſubjiciemus, nos vocat. Habet Galenus 4. de valet. tuen. *cap.* 4. *conſimile* 2. *aphor.* 17. hæc verba. *Id, quod omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt naturæ ſuæ gratiam recipiat, ſed educere id quam primum eſt tentandum.* At vitiati humores ſunt alieni, quippe quia morbos in corpore noſtro producunt, ſiue ſint calidi, ac tenues, ſiue frigidi, craſſi, & viſcidi, pulueris autem ope, *tuto, cito, & incũde* foras trahũtur. Ergo rationi quam maxime conſentaneum eſt, hoc puluere vti.

*Secunda ratio.*

*Vitiati humores, cum ſint alieni, quã primum vacuandi.*

Non negamus, quin alia quoque medicamenta ab Hippocrate, Galeno, cæteris Græcis, Arabibus, & Latinis excogitata, & in vſu poſita id præſtent: at vel multis indigent, ad hoc, vt ipſis tuto poſſimus vti; vel ex eorum vſu aluus adeo ſtyptica perſæpe redditur, vt non niſi poſt multos dies ad naturalem reuertatur mollitiem; id quod iis, qui puluerem aſſumunt, non contingere videmus; vel vſque adeo inſuauia exiſtunt, vt multi ſint, qui nulla ratione adduci poſſint, vt ea deglutiant, vel non qualibet ætate, non quolibet anni tempore,

*Puluis cur alia medicamẽta vacuantia ſuperet.*

neq; in multis aliis caſibus,de quibus *infra ſuo loco.* Quapropter poſſumus(venia mihi danda eſt) nos puluerē hūc ſuper omnia alia pharmaca extollere.

*Tertia ratio.*

*Vacuandum cur in principio.*

*In exitialibus nihil mouendum.*

*Coctiones fiunt in vigoribus.*

Tertiam rationem colligimus ex iis, quæ Hippocrates, & Galen. obſignarunt 2. *aphoriſmorum* 29. *Cum morbi*(ſcilicet ſalutares,nam in exitialibus nunquam mouere oportet, Galeno authore *in commentario*; & etiam nos circa *finem quinti capitis* narrabimus) *inchoant* ( non in vigoribus, coctiones enim morborum tunc maxime fiunt) *ſi quid mouendum videtur, moue; cum vero conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quieſcere:* & ratio eſt,quia (vt ſubiungit in *ſequenti aphoriſmo*) *circa initia, & fines omnia,* (*id eſt, ſymptomata,acceſſiones nimirū febrium, & vigiliæ, & dolores, & faſtidium, & ſitis interpretatur* Galenus *in commentario*)*imbecilliora; circa vigorem vero fortiora.* Huic progreſſui tanquam maiori propoſitioni, ego ſubinfero minorem; *At in morbis a materia* (copia, vel qualitate peccante) *adeſt id, quod mouendum eſt,* nempe materia humoralis peccans: *Igitur in morbis a materia excitatis, ea, quæ mouent, adhibenda ſunt.* Quærens autem in *commentario* Galenus; *quæ ſint iſta inſtrumenta medicinalia,quæ mouendi vim habent,dicit eſſe debere remedia maiora, quæ habentur in arte, venæ nimirum ſectionem, & purgationem.* Vtrum vero huic,vel illi primus locus ſit tribuendus; *in commentario huius aphoriſmi* videturGalenus primas tribuere ſanguinis miſſioni, nam inquit, *ſunt autem hæc*(ſupple maiora remedia) *maxime quidem venæ ſectio; nonnunquam vero,& purgatio:*vbi per particulam (*maxime*) venæ ſectionem magis extollere videtur, per particulam vero (*nonnunquam*) purgationi detra-

*Venæ ſectio, & purgatio maiora ſunt artis remedia.*

*Cui prima laus tribuēda.*

tra-

trahere videtur. Verum enim vero Galenus alio in loco nempe 2. *a.utor.* 11. aliud agens, cum eadem de re diſputationem inſtituiſſet, quæſtionem hanc dirimit hunc in modum ; *venæ ſectionem minus quidem auxilium eſſe, quam purgationem, ſecurius tamen; contra vero purgationem maius quidem auxilium eſſe, ſed minus ſecurum.* Quærens autem poſtmodum Galenus rationes, cur periculoſa ſit purgatio, vnam duntaxat *eo in loco* affert, & eſt, *quod laborantis naturam expertus quis non eſt, vtrum facilis, vel difficilis ad purgationem ſit:* alibi vero alias; videlicet, 1. *aphor.* 24. *quod medicamenta omnia purgantia poteſtate ſint calida, febris vero)* ad quas depellendas Medici potiſſimum accerſuntur, & in quibus profligandis, veluti *ſequenti capite* copioſe demonſtrabimus, puluis iſte plurimum valet) *quatenus febris eſt , & ſui ratione, non calefacientibus, neque exiccantibus, ſed maxime contrariis, hoc eſt, humectantibus, & refrigerantibus egeat. inſuper quod ægrotus non erit ante purgationem præparatus. Ad hoc enim, vt æger ad purgationem idonee ſe habeat, hæc requiruntur.*

*Purgatio cur periculoſa.*

*Febris quibus egeat.*

*Ad purgationem qui ſint idonei.*

*Multa cruditate non laboret;*
*Tenaces, & craſſos cibos non ſumpſerit;*
*Extenta, atque inflata hypochondria non habeat;*
*Neque ſupra modum calida, atque ignea,*
*Nec inflammata.*

Hæ igitur ſunt rationes, vel ſaltem ad has reduci poſſunt, quæ purgationẽ periculoſam reddunt. Ita vt, ſi aliqua arte, vel ingenio ab huiuſmodi periculis purgationem liberaremus, vel aliquod medicamentum purgans reperiremus, quippe quod à dictis periculis immune foret ; præſidium in

*Purgationem per hunc puluerẽ eſſe immunẽ*

*à periculis, quæ cætera pharmaca afferunt.* manibus haberemus, non ſolum venæ ſectione efficacius(hoc enim Galenus iam vltro admittit,) verum etiam, vel ex æquo tutum, immo (liceat mihi dicere) tutius: quandoquidem multo plura ſunt illa, quæ ſanguinis detractionem contra-indicant, de quibus *infra*, quæ nullum purgationi per puluerem impedimentum afferunt. Iam vero exiſtimamus nos purgationem per puluerem noſtrum(ſi ſeruentur ea,quæ in *quinto capite*, ſeruanda proponemus)eſſe tale præſidium,quod quæritur. Et prima ratio non officit, neque pulueris noſtri purgationem impedire poteſt,quemadmodum in primo ſcopo, ſeu animaduerſione *capite quinto* oſtendetur. Et Galenus ipſe 2. *acut.* 11. demonſtrat, quomodo effugere poſſimus iis verbis.

*Purgantis medicamenti quantum exhibendum.* *Quibus igitur dare quadrabit, his medicamẽti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuari tum noueſti, tum ſis expertus.* Altera ratio nullam habet in puluere noſtro partem; quòd (vt in diſputationibus circularibus probare conati ſumus, *& inferius* demonſtrabimus) non eſt poteſtate calidus; & tantum abeſt, vt febres putridas augeat, quod potius illas (veluti vſu, & ratione *inferius* indicabimus) ſuffocet,cum frigidi,& ſicci ſit temperamenti, eſt enim, *teſte Galen.* 4. *ſimpl.* 3. 8. *ſimplic. de cinere*, veluti cinis quidam, à quo vi ignis fomes omnis igneus ablatus eſt: putredo vero in calido, & humido conſiſtit, *teſte Ariſt.* 4. *Meteoror.* Omitto quod per Galenum 2. *acut.* 11. *in de ſimplic. medicamentorum facult. medicamenta purgantia, non quia calida, vel frigida ſint, purgant, ſed quia per experientiã huius naturæ exiſtere inuẽta ſint.*

*Puluerẽ iſtum nõ eſſe calidi temperamenti ſed frigidi & ſicci.*

*Febres nõ augere, ſed finire.*

*Purgantia cur purgent.*

*Obiectio.* At quiſpiam poſſet hoc in loco Galenum repre-

hen-

**Materias, &**

- **Venenatas**
  - Hæ profecto celerrime corrumpere, & homines interficere poſſunt; ac proinde ſtatim à principio, licet ſint crudæ, purgandæ ſunt; nam ſi coctionem expectaremus, mors interim interponeretur: propterea quod concoqui non poſſunt, neque alterantibus cedunt.
    - Hinc eſt, quod Galenus 1. *de diff. febr. cap.* 8. *meth.* in peſtilentia ſuperſtites reman ſe dicit, qui per vomitum, vel alui flux purgati fuerunt.
- **Ruentes actu, & euidenter ad partem**
  - **Principem.**
    - Hæ ſimiliter magis vrgent, quam materia ipſa turgens; quia de hac imminet duntaxat, non actu periculum, ne impetum faciat in partem principem. At materiæ, quæ actu iam, & euidenter partem principem ruunt, non minantur, ſed iam actu afferunt periculum, niſi purgentur. Quam obrem, ſi in illa procraſtinatio eſt periculoſa; in his erit periculoſiſſima. Vnde in Apoplexia ne mo eſt, qui ſtatim pilulas, & illas quidem validas non exhibeat. Et Galenus *de curandi ratione p ſang. c.* 8. & ſanguinem mittit, & purgat, vbi ſuſpicio eſt de aliqua magna inflammatione; nam pre parantia illam prohibere non poſſent; & facta iam inflammatione, non amplius tutum eſt pur gare; quod materia collecta, & impacta non cedit medicamento purganti.
  - **Principi conſentientem.**
    - Expedit etiam materiam ad partem talem ruentem ſtatim purgare, quemadmodum facit
      - Hippocrates 2. *acut.* 11.
        - Qui dolore in pleuritide vergente ad hypochondria, purgatio ne vtitur.
      - Galenus 6. *meth.* 2.
        - Qui in nerui punctura vitioſam purgat materiam, non expecta ta coctione; nam prius, quam abſolueretur coctio, cerebrum traheretur in conſenſum, & mors ſequeretur. Ita pariter ſanguinis ſputo ex catarrho ſalſo pilulas vehementiſſimas dem Galenus 5. *meth.* 14. exhibet à principio materia exiſte te cruda, & ante coctionem; quia niſi illa vacuaretur, ſan guinis ſputum excitaret, quod eſt vitium neceſſario mo tale.
- **Quæ coctionem admittere non poſſunt vt,**
  - Lapis, vermis, aqua in aſcite, materia venenata, & huiuſmodi.
    - Hæc enim cum præter *de differ. morb.* 6. 3. *de cauſis ſympt.* 4. naturam ſint, neque à natura 4. *de valet. tu.* 4. gratiam amplius recipere valeant, euacuare quamprimum tentandum eſt. Et quamuis puluis in lapide locum non habeat; niſi eatenus, quatenus cauſam euacuat antecedentem, materiam nimirum, ex qua lapis conficitur; habet in ferme, & in aſcite, & in materia venenata, vt in febre peſtilentiali.
- **Quando ſunt multæ.**
  - In præſenti caſu præcipit Galenus, 2. *aphor.* 29. vt vacuationem adhibeamus à principio, etiam ſi cruda ſit materia, „ quia cum coctio fiat maxime in ſtatu, [ & in ſtatu facultas animalis ſit maxime fatigata, ægre coquere poteſt.] I- „ gitur nos conſulit, [ ad hoc, vt criſes citius eueniant, melius eſſe, vt in principiis vacuemus; quo minorem iam fa- „ ctam materiam, facilius natura poſſit concoquere.] Huc accedit, quod natura onere Æthna grauiori grauata, niſi à ſarcina aliqua ex parte leuaretur, procul dubio opprimeretur.

[*Tabulam hanc ad verba*: & bene, eſſe: poſt paginam 45. Lit. Ccc. *refer.*]

hendere,quod ſibi non cõſtet:quandoquidem modo, vt 2. *aphor.* 19. purgationem à venæ ſectione ſuperari ſtatuit; modo vero vt 2. *acut.* 11. è contra venę ſectionem à purgatione. At repugnantia tollitur, ſi dicamus, Galenum, quando venæ ſectionem extollit; tunc pericula, quæ purgationem ſequi ſolent, reſpicere: quod ſi vice verſa quandoque purgationem magis laudare videatur, id eſſe intelligendum, dummodo pericula, quæ à purgatione impendent, vitentur. *Purgatione an vena ſectio ſit præſtãtius auxilium. Solutio.*

Rationibus huc vſque allatis poſſumus & aliam ex Galeni officina *de totius morbi temporib.cap.* 2. *in fine.* depromptam ſubiungere. Concedit ipſe cum Hippocrate 1.*aphor.*22.24. cruda eſſe purganda in principio, quando turgent; id, quod vno etiam ore fatentur omnes: at addit inſuper Galenus, eſſe quoque illa eadem cruda purganda, non modo quando turgent, verumetiam quando vrgent, inquit enim (*interim ſi res vrgeat, etiã purgare*(ſupple tu)*oportet à principio.* Quærũt Interpretes,quãdo res vrgeat, quid ſcilicet ſit Vrgentia? Genitor meus cũ doctiſſimis Capiuaccio, Mercuriali,& aliis reſpondet, Vrgentiã, ſeu materiã vrgentem eſſe illam, quippe quæ maius portendit periculum, quam materia turgens, ſeu furioſa, vel ſtimulans ab aliis vocata; & quæ proinde purgationem magis exigit, quam illa. Et, ſi quis quærat quænam ſit ſpeciatim, & in particulari, ac præciſe iſta materia vrgens, quæ purgationem magis, quam materia turgens indicet; reſpondent, & bene, eſſe *Quarta ratio. Purgãda quando ſint cruda. Vrgentia quid ſit. Quotuplex.*

*Vrgentiæ & virtutis, cur nō meminerit Hippocrates, quæ tamē in purgatione ſūt conſiderandæ.*

Neque valet Hippocratem 1. *aphor*.22. 24. nullam de huiuſmodi Vrgentia mentionem feciſſe; propterea quod, neque 11. *meth*.10. de Virtute vllum verbum facit; quæ tamen in qualibet vacuatione conſideranda eſt; quia, ſi debilis fuerit, nullam feret vacuationem. Si igitur non meminit Vrgentię; non meminit; quia communiter in adminiſtratione cuiuſlibet vacuationis, hæc ſimul cum virtute conſideranda eſt.

*Quinta ratio.*

*Purgatio adhibenda quando maior expectatur vtilitas, quam noxa.*

Rationibus iam allatis hanc pro coronide addimus, quamve à Galen. 1. *aph*.24. accepimus, & eſt; quod *quando maiorem expectamus ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quam id, quod neceſſario conſequitur ex purgantib. medicamentis detrimentum (eſt autem vtilitas maior, ſi abſque moleſtia omnis humor noxius, & infeſtans ſit euacuatus) tunc adhibendam eſſe purgationem.* At vero per puluerem noſtrum; pluries (ſi opus fuerit) exhibitum; & ſeruatis ſeruandis, abſque moleſtia (quemadmodum innumerata iam experimenta nos docuerunt) omnis humor noxius, & infeſtans euacuatur. Vtcunq; igitur à noxiis, & vitioſis humoribus corpus humanum infeſtetur, dummodo (vt dictum ſupra ex Galeno eſt) 1. *aph*. 8. 2. *aph*. 29. 11. *meth*. 9. 9. *meth*. 10. *de opt. ſecta*. 22. deſperatus non ſit caſus, & vires non omnino proſtratæ; ad purgationem cum puluere noſtro; tanquam ad ſacram quandam anchoram cōfugere licebit; præſertim cum (vt retro diximus) inſuauitate, qua cætera medicamenta ſunt prædita; careat; neque (vt illa) corpus ſtypticum, vel debilitatum, vel excalfactum reddat; & contra-indicationes, quæ alia medicamentorum genera præpediunt, huic pulueri

*Pulueris exhibitionem quæ cōtra-indicent, & quæ minus.*

pulueri nihil officiunt, veluti qui in *quinti capitis calce* copioſe oſtenditur.

## *Febres putridas pulueris iſtius beneficio ſpeciatim tolli, non ſolum non experimentis, verum etiam, nec rationi, nec Galeni, nec aliorum Veterum placitis repugnare demonſtratur.*

## Cap. IV.

QVoniam vero inter mede̅dum quotidie paſſim videmus, ex conuenienti huius pulueris vſu, non aliter ac ignis ex ſuperinfuſa extinguitur aqua, ſic febres ipſas putridas finiri: ea propter magnum operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi demonſtrauero, non modo non experientię (hoc enim ſenſu iam patet,) verum nec rationi, nec Galeni, nec aliorum Veterum placitis id repugnare; immo potius iis per quam maxime conſentaneum exiſtere. Vtque reliqua prætermittam; accipio, tam reſolutiuam, quam compoſitiuam curandi febres omnes putridas methodum à Galeno, 11. *meth.* diligenter; & caute excogitatam, & poſteris obſignatam in libro 11. *ſuæ methodi med. c.* 2. 8. 9. 10. 13. 15. Docet ibi longo progreſſu Galenus, debere eum, qui febres putridas radicitus euellere in animo habet,

*A puluere febres vt ignis ab aqua extingui.*

*Febrium putridarũ curatio iuxta Galeni methodũ.*

Auferre
- Multitudinem — 11. meth.cap.13.
- Craſſitudinem — ibidem.
- Tenacitatẽ, ſeu viſcoſitatem. — ibid. cap.2.
- Obſtructionem — ibid.cap.13. In qua eſt
  - Faciendum, vel id, quod futurum eſt. — 11.meth.2. 10.14.
  - Factum. — 11. meth.10.
- Prohibitam tranſpirationem, — ibid.c.8.10. In qua inhibita tranſpiratione eſt
  - retinendum.
  - retentum.
  - — 11. meth. cap.10.
- Putredinem, in qua eſt
  - fiens
  - factum
  - — 11. meth. 8.

Hæ nam-

- Hęc præſidia
  - Sanguinis miſſionem
    - 11.meth.13.15. & 14. eiuſdem 7.
    - 2.aphoriſm.22.& 4.aphoriſm.2.
  - Medicamenta ſubductoria, qualia ſunt
    - lenientia ſeu minorantia 2.aphor.29.
    - ſoluentia 1.aphoriſm.22.
    - clyſteres 2.aphoriſm.29.
  - Inediam 2.aphoriſm.17.27. 4.aphoriſm.2. 14.meth.7.
  - Exercitationem, frictiones, & balnea relaxantia. { locis nuper citatis.

*Craſſitudo quib⁹.* Pro craſſitudine, attenuationem, & diſſectionem per alimenta, & medicamenta. 11.meth.13.

*Tenacitas quibus.* Pro tenacitate, vel viſcoſitate, inciſionem, ac deterſionem, per alimenta ſimiliter, & medicamenta incidentia. 11.meth.2.

*Obſtructio quibus.* Pro obſtructione penes id, quod
- Faciendum, vel futurum eſt
  - Inhibitionem, ne fiat. (11.meth.2. & 10.) nimirum, ſi compeſcatur affluxus humorum obſtruentium per vacuationem adhibitam per venæ ſectionem, medicamenta, & inediam. 11.meth.14.
- Factum
  - Apertionem, vel recluſionem per incidentia non valde calida vſurpanda, dempta prius multitudine. 11.meth.10.

*Prohibita Tranſpiratio quibus.* Pro prohibita tranſpiratione penes id, Quod eſt
- Retinendum
  - Inhibitionem, ne retineatur 11.meth.10. quod pręſtabitur amota
    - Obſtructione, vt dictum eſt
      - vacuatione.
      - attenuatione.
      - inciſione.
    - Stipatione facta à cutis
      - aſtrictione
        - indicatur relaxatio per balneum aquæ dulcis calidæ, & moram in ambiente calidiore.
      - denſitate
        - ab hac indicatur rarefactio per relaxantia, vt ſunt frictiones ex ol. cam. & balneum aquæ dulcis.
      - non eſt vtendum fundentibus, nec relaxantibus ante totius corporis vacuationem 11.meth.cap.8.
- Retentum
  - Vacuationem tum per
    - Venæ ſectionem
    - Medicamenta ducentia per
      - Deiectiones,
      - vrinas,
      - ſudores,
      - & inſenſibilem tranſpirationem
      - 11.meth.8.9.10.11.

*Putredo quibus.* Pro putredine, in qua eſt
- Fiens, id eſt, quod putreſcit 11.meth.8. à quo indicatur inhibitio, ne putreſcat per
  - Confirmationem, & refectionem virium. 11.meth.cap.10.
  - Spiritum refrigerantem per
    - pulſum, &
    - reſpirationem
    - 11.meth. cap.13.
  - Ventilationem per
    - Deiectiones,
    - vacuationes per
      - vrinas, &
      - aliter
    - Pulſum & reſpirationem.
    - 11.meth.8.9.13.
- Factum, id eſt, quod iam putruit. 11.meth.8. à quo, cum ſit omnino alienum, indicat. vac. per
  - Sanguinis miſſionem
  - medicamenta non valde calida ducentia, quo natura vergit, per loca conferentia. Vergit autem natura per
    - Vomitum,
    - dejectiones,
    - vrinas,
    - ſudores.
    - 11.meth.8.9

[ *Subiiciatur Tabula hæc verbis*, Latinis aſſentiuntur. *folio* 49. *Lit.* D d d. ]

Hæ namque ſunt ex toto cauſæ, quæ ad febrem putridam excitandam concurrunt, partim mediate, partim immediate, partim remote, partim proxime, & partim ſunt antecedentes, partim continentes, ſeu coniunctæ.

*Febrium putridarum cauſæ omnes.*

Poſtea igitur quam hæ omnes cauſę reſcindendæ, & auferendæ ſunt (auferuntur autem per ſua contraria; (ergo à multitudine indicatur paucitas; à craſſitudine attenuatio; à tenacitate deterſio; ab obſtructione apertio; à prohibita tranſpiratione, inhibitio, ne retineatur, à putredine inhibitio, ne fiat, & vt facta vacuetur.

*Scopi, ſeu Intentiones per indicationẽ elicita ad tollendas febrium putridarum cauſas.*

Hi ergo ſunt ſcopi; hæ ſunt intentiones, hæc denique ſunt opera præſtanda per indicationem à cauſa febris putridæ à Galeno locis allegatis vt 2. *meth.7.* elicita. Nunc eodem *de marcore.6.6. de valed.tuend.* præcipiente, materias, ſeu inſtrumenta reperire debemus, quæ iam dicta opera præſtare valeant. Pro paucitate igitur præſtanda; proponit Galenus 11.*meth.*13.15.2.*aphor.*17.22.29. 4.*aphoriſ.*2. 1.*aph.*22.14.*meth.*7. (& optime ſane quidem) cui omnes Arabes, & Latini aſſentiuntur,

*Multitudo quibus inſtrumẽtis tollatur.*

*Puluis vtrum ſuperet, vel ſuperetur à medicamentis febris putridæ cauſas tollẽtibus.*

Hæc ſunt ex toto præſidia à Galeno, & cæteris Medicis hucuſq; excogitata pro reſcindendis ſingillatim cauſis excitantibus febrem putridã. Modo ad lancem, ac trutinam, quæſo, pedetentim ipſa cũ puluere noſtro examinare incipiamus; ad hoc, vt perſpicere valeamus, vtrum puluis iſte hæc eadem præſtet, nec ne, & an efficacius. Igitur quod ad Venæ ſectionem pertinet, negare non poſſumus, quod iuxta 2.*aphor.*17.22. 4.*aphor.*2.14.*meth.*7.

*Vtrũ ſuperet quæ multitudinẽ tollunt Venæ ſectio ex-*

*quiſite,ac ſtatim euacuat.* tale præſidium non ſit exquiſite vacuatiuum, & ſtatim etiam.

Verum ex altera parte, quod habet contra-indicationes illius vſum impedientes? Illas nunc omitto, quod proprio loco afferentur. Præterea quando ſanguinem euacuamus, ſecta vena ad libram vnam vſque, vel minus permittimus exire. Quæro ego, cum iſta ſanguinis extracti libra, quot vnciæ vitiatorum humorum detrahũtur? certe quinque, vel ſex, vel ſeptem; nam reliquæ ſunt ſanguinis boni. Ad hæc, ſanguinis miſſio per Galenum ipſum 11.*method.* 14, non euacuat abſolute id, quod putrefactum eſt, neque etiam obſtructionem curat; non refrigerat, niſi per accidens, teſte Galen. 11.*meth.* vacuando ſcilicet ſuccos excalfactos. At vero ſi ad puluerem propoſitum animum & oculos conjiciamus; proculdubio perſpiciemus, illas contra-indicationes (quemadmodum *ſuo loco* demonſtratur) pulueri nihil officere. Preterea (ſi iuſta doſi exhibeatur) non vnciç, ſed librę prauorum educuntur humorum. Ad hęc puluis abſolute vacuat, quod putrefactum eſt. Obſtructionem inſuper, & jam factam (quia beneficio *Tartari*, quod aperit, & recludit ſua inciſione) tollit; & faciendam (quia vacuando humores illorum affluxum compeſcit) inhibet, & refrigerat per ſe; cum ſit cinis quidam, ex quo fomites ignei ex toto ablati ſunt, quemadmodum ſuo loco, ac tempore oſtenditur.

*A puluere tamẽ multis nominibus ſuperatur.*

Quod vero ad medicamenta ſubductoria pertinet, vltro concedimus cum Galeno 2.*aphoriſm.*29. 1.*aphoriſ.*22. conuenire, ſed habent & ipſa ſuas contra-indicationes, ſunt ingrata, inſuauia; & ſi de ſol-

*Puluis medicamẽta ſubductoria in purgãda febris*

uen-

dentibus ſit ſermo, ſunt calida eodem Galeno au- *putrida*
thore, 1. *aphoriſm.* 24. non poſſunt quotidie exhi- *cauſa ſu-*
beri; aluum adſtrictam relinquunt; magnam cor- *perat.*
pori moleſtiam inferunt, ex quo debile admodum reddunt; ita, vt antequam priſtinas recuperet vires, longum tempus requiratur. Contra vero puluis ab illis cõtra-indicationibus eſt immunis, quẽadmodum *ſuo loco* demonſtratur; non eſt ingratus, non inſuauis, non eſt calidus, poteſt pluries (ſi neceſſe ſit) aſſumi, aluũ adſtrictam nõ relinquit; corpus non debilitat; ita, vt vires cito reaſſumat.
Quod vero ad inediam ſpectat; hæc per Galenum; *Superat*
2. *aphoriſ.* 17. 22. 4. *aphoriſ.* 2. 14. *meth.* 7. cui omnes *& ine-*
aſſentiunt, euacuat per accidens, hic autem puluis *diam.*
per ſe: iam vero efficacius, & præſtantius eſſe a- *Inedia*
gens, quod aliquẽ producit effectum per ſe, & pri- *vacuat per acci-*
mo, quã id, quod per accidens, & ſecundario, ne- *dens, Pul-*
mo eſt, qui neſciat. Mitto exercitationes: non *uis per ſe.*
enim cũ puluere iſto comparandæ ſunt, propterea *Puluis*
quod ſua excalefactione maius afferunt febrici- *ſuperat*
tantibus nocumentum, quam ſua vacuatione iu- *exercitationes in*
uamentum: ac proinde auhores omnes vno ore *curandis*
fatentur, febre putrida laborantes in lecto decum- *febr. putr.*
bere debere; contra vero euacuationem in ea omnes (vt *ſupra* dictum eſt) extollunt.

Quod vero ad balnea, & frictiones attinet; iã Ga- *Superat*
lenus, 11. *meth.* 9. & alij præcipiũt, & iure quidẽ opti- *& bal. &*
mo, ante totius corporis vacuationẽ non eſſe adhi- *frictiones.*
bẽdas; puluis autẽ ſtatim ab initio vſurpandus eſt.

Ecce igitur, quod iam patet, puluerem in paucitate (quæ erat primus ſcopus) præſtanda, non ſolum æquare, verum etiam non parũ alia ſuperare præſidia huc vſque adminiſtrari ſolita: vt minime

mirandum ſit,ſi (¶) Galenus 2. *acut.* 11. (vt alias diximus) purgationem venæ ſectioni præpoſuerit. Hactenus de multitudine demenda, quæ remotiſſima erat febris putridæ cauſa. Accedamus ad alteram nimirum ad craſſitudinem. Ad hanc remouendam Galenus 11. *method.* 13. proponit attenuationem per ea, quæ diſſecant, tum alimenta, tum medicamenta: & optime quidem: at puluerem noſtrum maximam habere & diſſecandi, & attenuandi vim, tam certum eſt, vt demonſtratione haudquaquam indigeat.

*Puluis vtrum ſuperet, quæ craſſitudinē auferunt.*

Quod ſpectat ad tertiam febris putridæ cauſam, quæ erat tenacitas, ſeu viſcoſitas. Pro hac tollenda inciſionem, atque deterſionem laudabat Galenus, 11. *meth.* 13. per alimenta & medicamenta. Hanc Galeni cogitationem non poſſumus & nos non libenter amplecti; & ob id Tartari vſum recipimus, vtpote quod mirifice detergat, quemadmodum non ſolum qui de eo pertractant, verum etiam Fullones, ac Mulieres nos certiſſimos reddunt.

*Puluis viſciditatem perbelle tollit.*

Poſt viſcoſitatē ſequitur obſtructio, in qua (veluti *ſupra* diximus) Galenus 11. *meth.* 10. conſiderabat, & faciendum, & factum. Pro remotione illius faciendi, 11. *meth.* commendabat (& ſumma quidem cum ratione) inhibitionem, ne fieret, id, quod 11. *meth.* proprie ad prophilacticem, id eſt, prouiſionem pertinet. Inhibetur autem inquit 11. *meth.* 14. iſtud faciendum, ſi humorum obſtruentium affluxus compeſcatur: compeſcitur autē per euacuationem adhibitam per ſanguinis miſſionem, medicamenta & inediam. Iam vero puluerem noſtrum in vacuatione præſtanda pri-

*Puluis in obſtructione tollenda quantum valeat.*

*Inhibitionem ad prophilacticem ſpectare.*

mas

*Puluis veluti ſal carnes, & piſces, ita ſuccos à putred. tuetur.*

Per hæc tria nimirum per

Confirmationem, & refectionẽ virium, vt ipſæ ſuperantes putredinem ſuccos concoquant.

Pro his duobus ſcopis obtinendis, faciunt; pro primo quidem alimenta boni ſucci; pro altero vero mora in aëre frigidiore, ſiue ſit talis natura, ſiue arte. Puluis autem iſte, quoniam frigidus exiſtit, refrigerare profecto & ipſe poterit; cumque rurſus ſit etiam ſiccus, putredinem abſumere, & prohibere, non aliter ac ſal, carnes, & piſces à putredine, per multum tempus præſeruat. Quo fit, vt multoties videamus puluerem hunc abſque vlla vacuatione ſenſibili febres ſuſtuliſſe putridas. Id, quod nulla alia ratione factum putamus, niſi, quod ſua ſiccitate putredinem, vel abſumpſerit, vel ſuccos à putredine immunes reddiderit.

Per ſpiritũ refrigerantẽ, per pulſum, & reſpirationẽ.

Vẽtilationem.

Hanc præſtant inquit Galenus, 11. *meth.* 8. & 13. frictiones mediocres rarefacientes; ita ol. camom. aneth. vel amygd. relaxantia. Confert quoque vinum album, & cætera per vrinas, aut aliter vacuantia; ſic pulſus & reſpiratio. Quamobrem cum puluis etiam vacuandi, & refrigerandi ſimul vim obtineat, ventilationem quoque ſatis abunde afferre valebit.

*Puluerẽ vacuare quod iam putruit.*

Poſtremo ab eo, quod iam putruit, cum *iuxta Galen.* 4. *de val. tuen.* 4. 2. *aphoriſm.* 17. ſit omnino alien[illegible] :odem Galeno 11. *meth.* 8.

vacua-

vacuatio & per venæ ſectionem, & per deiectiones, & per vomitum, & per vrinas, & per ſudores, teſte Galen. 11.*meth.* 8. 9. Nos autem *ſupra* indicauimus, quantum vacuatio per hunc puluerem dictas ſuperet vacuationes, hac tamen conſideratione habita, quod (ſi eo modo paretur, quo à principio diximus) ſudores, & vrinas eliciendi vim proprie non obtineat. Quare ſi forte natura per has vias critice ſemetipſam exonerare tentet, à pulueris exhibitione deſiſtendum erit, Hippocrate præſertim præcipiente, 1. *aphoriſm.* 40. *quod quæ indicantur, & iudicata ſunt integre, &c.* At ſi ſudoris, vel vrinæ beneficio ſucci duntaxat tenues, ac ſeroſi educerentur, craſſi vero, ac viſcidi intus remanerent, qui vel morbum præſentem producere, vel alium excitare, vel recidiuam efficere poſſent; his omnibus malis puluis iſte ſua vacuatione occurret.

## *Animaduerſiones pro recto Pulueris vſu.*

### Cap. V.

QVemadmodum inſtrumenta, 11.*meth.*5.*de ſanit.tu.x.de marc.*6. vel materiæ, *de art. medicin. ca.* 95. quibus Medici vtuntur ad quamcunque ægritudinem, ſiue leniendam, ſiue depellendam; ſi in tempore, 6. *epidem.*1.*de medic.art.conſt. ca.*14. 11.*meth.cap.*14. & veluti decet vſurpentur; 2. *meth.*1. dicuntur auxilia, præſidia, remedia, & cauſę ſalubres; ſi vero malè, vocantur cauſæ inſalubres: *Inſtrumẽta Medici bene, vel male vſurpata quomodo dicãtur.*

ita pari ratione, ſi puluis propoſitus, veluti decet, & ſeruatis, vt dicitur, ſeruandis exhibeatur, auxilium, præſidium, remedium, & cauſa ſalubris vere dici poterit; & illa procul ab omni metu præſtabit, quæ in proxime pręcedentibus capitibus indicauimus, atque innuimus. Has igitur obſeruationes, ſeu animaduerſiones, quas Galenus 11. *meth*. 14. tum ſcopos, tum capita vocat, reperire, ac perſcrutari breuiter, & quantum res, de qua agitur, expoſtulat, eſt operępretium. Et quamuis authores multa proponant, videlicet, *An* agendum, *Quid*, *Quale*, *Quantum*, *Vbi*, *Quomodo*, *Qua materia*. *Quo ordine*, & ſimilia; nos tamen in præſenti contenti erimus his

*Animaduerſiones ſeu ſcopi quales.*

*& Quot.*

Quinque:
- In quibus ægritudinibus conueniat puluis, de quo eſt ſermo.
- Quo tempore tum ęgritudinis, tum anni, & qua diei vel noctis hora.
- Qua quantitate, & quoties,
- Quomodo, & qua ratione; &
- An aliquid ex iis, quæ contra-indicare ſolent aliorum medicamentorum, tã Chirurgicorum, quam pharmaceuticorum vſum, quo minus ipſe accipiatur, ſit impedimento.

*Animaduerſio Prima, ſcilicet, in quibus affectibus cõueniat.*

Quantum pertinet ad primum. Diximus *ſupra*; idem quoque nunc repetimus, veriſimile eſſe, puluerem hunc, quia corpora humana ab humoribus copia, vel qualitate peccantibus, tanquam à fæce purgandi facultatem habet, tuto, & cum certa (quantum tamen res humanę patiuntur) ſpe vſurpandum.

- Et in
  - Intemperiebus omnibus, dummodo cum materia illæ ſint, ſiue
    - Simplices exiſtant, ſiue compoſitæ; æquales, vel inæquales. Vnde non mirum, ſi efficaciſſimum quotidie experiamur in omnibus febribus humoralibus vocatis finiendis; quemadmodum in præcedenti capite demonſtrabimus.
  - Morbis in mala compoſitione penes
    - conformationem.
      - meatuum, ſeu canalium & cauitatum
        - repletarum, vel obſtructarum ab humoribus
          - tam cũ flatu, & vermibus, quam ſine.
        - In inanitione vero, vel coaleſcentia, & ſimilibus puluis non valet.
    - Magnitudinem, non quidem imminutam, ſed adauctam, vt in tumoribus præter naturam
      - cum inflammatione, vt ſunt calidi tumores
        - vel per ſe, vt
          - inflammatio,
          - eryſipelas.
        - vel per accidens, ſcilicet ratione putredinis, vt
          - ſcirrhus phlegmonodes.
          - œdema phlegmonodes, & ſimilia.
      - vel ſine, vt
        - ſcirrhus,
        - œdema,
        - cancer,
        - hydrops, & ſimiles.
    - Numerum, & ſitum
      - In his puluis partem non habet.
  - Solutione continui, tam à cauſa externa, quam interna; Quæ ſolutio eſt
    - Senſibilis, vt eſt vulnus in corpore plethorico, vel cacochymo, & vlcus, non quidem cuiuſcumque ſortis, ſed quod fluxione tentatur.
    - Inſenſibilis, vt quando partes
      - grauantur, tenduntur, denſantur, rareſiunt
        - Ex humorum, tam ſimplicium, quam compoſitorum fluxione.

Tabulam hanc refer ad pag. 56. lit. D d d. poſt verba *ſpe vſurpandum.*

Ad ſummam, in omnibus iis humani corporis morbis, in quibus humores peccant, vel ſimplices, vel cõpoſiti, calidi, vel frigidi, tenues, vel craſſi, vel ſoli, vel cum flatibus, ac vermibus, vel cum tumoribus præter naturam, vel ſine; hunc puluerem vtilem eſſe, quotidie ſæpius videmus.

Quoniam vero quemadmodũ autore Galeno *de differ. ſympt. c.*1. corpora ſine vmbris reperiri non poſſunt; ita nec morbi ſine ſymptomatis: eã propter non erit à ratione alienum, exiſtimare, quod ablatis pulueris huius ope, & auxilio morbis, ſymptomata quoque ab ipſis nata finiri debere, ſiue talia ſymptomata *de differ. ſympt. cap.* 2. 1. *de cauſis ſympt. c.*1.12. *meth. cap.* 1. pertineant ad actiones læſas, ſiue ad excreta mutata, ſiue ad affectus, ſeu qualitates corporis mutatas.

*Symptomata ſequi morbos, velut vmbra corpora.*

*Symptomatum tres differentiæ.*

Illud tamen haudquaquam ſilentio prætereundum eſt, quod cum ex intemperiebus, quæ cum humoribus coniunctæ ſunt, aliæ ab illis ex toto pendeant, & foueantur; aliæ vero è contra non ab humoribus, ſed potius, vt humores generẽtur, in cauſa ſunt, cumque ex humoribus, qui morbos excitant, alij teſte eodem 4. *acut.* 76. 1. *aphoriſm.* 24. ſint firmati, alij in fluxu, hoc eſt, alij ſe habeant vt cauſa antecedens, alij vero vt cauſa continens, & coniuncta: puluis hic noſter intẽperies quidem illas tollet, quæ ab humoribus pendent, quod ablata cauſa, 2. *aphoriſm.* 22. *& in libris de locis affectibus* ſæpenumero & affectus ab illa genitus aufertur; reliquas vero minime, niſi forte humida foret intemperies, hanc enim ſiccitatis beneficio puluis remouere poſſet.

*Intemperies cum humoribus eſſe duorum generum.*

*Humores morbos excitantes eſſe duorum generum.*

*Puluis quas intẽperies, & quos humores reſpiciat.*

Quod ſi has quoque cordatus, & diligens Me-

dicus auferre in animo habeat ex Galeni præcepto, 2.*aph.*22.*de art.medicin.c.*89.humoribus primo pulueris auxilio eductis; contrariis poſtmodum alimentis, & medicamentis tum extrinſecus, tum intrinſecus adhibitis, aduerſus intemperiem pugnabit. Ita pariter de affectibus, qui ab humoribus naſcuntur, vſu venire credendum eſt.

*Hum. firmati, qui ſunt veluti cauſa coniũcta, fouẽtur ab iis, qui ſunt in fluxu, veluti à cauſa antecedẽte.*

Puluis hic noſter, non quidem firmatos, neque eos, qui ſe habent vt cauſa continens, & coniuncta, ſed qui ſunt in fluxu, ſeu in motu, quive ſe habent, vt cauſa antecedens potiſſimũ purgat. Quoniam vero ſæpe, ac ſæpius fit, vt humores firmati; & qui ſe habent, tanquam cauſa continens, & coniuncta, foueantur, & conſeruentur ab iis, qui ſunt in fluxu, & ſunt veluti cauſa antecedens, iſtis igitur pulueris vi extractis; ij, qui in parte relinquũtur, vel à natura, ſarcina iam leuata, vincuntur; vel arte per retroceſſũ, vel autore Gal. 13.*meth.* 9.21.*de art.medic.*95.3.3.*epid.*76.reprimendo, vel auertẽdo, ac deriuãdo, & per extractionẽ conſumũtur. Et hæc de primo ſcopo, ſeu animaduerſione.

*II. de Tẽpore vniuerſali.*

Quod ſpectat ad alterum de tempore. Iſtud varie conſiderari poteſt; vel penes anni tempus, & vniuerſale, ſcilicet, an Vere, vel Æſtate, vel Autumno, vel Hyeme: & particulare, nempe qua diei, vel noctis, vel Lunæ motus hora: vel penes ægritudinis tempora vniuerſalia pariter, & particularia. Igitur ſi de vniuerſali anni tempore ſermo ſit; quemadmodum teſte Hipp. 6.*aph.*47. 7. *aph.*13.1. *aph.*15. Veris tempus ad alia medicamẽta exhibenda accommodatiſſimum exiſtit, propter rationes, quas Galenus, *in comment.* & alij præſtantiſſimi Hippocratis Interpretes excogitarũt, quasve nunc memo-

memorare non eſt neceſſe, ita & ad hunc puluerem. Vnde, ſi preſeruationis gratia exhibendus eſt, eo præcipuè tempore dandus: Sin præſeruationis, & curationis ratione; Æſtiuo etiam tempore eo vti licebit: etenim præterquam quod humores ſatis fluxiles tunc exiſtunt, viæ ſunt adapertæ; ac proinde ſuo munere fungi perbelle poterit. Neque obſtat, & quod vires Æſtiuo tempore cæteris partibus ſint debiles, & quod in *aphor*. 5. *Sect*. 4. Hippocrates ſcriptum reliquit; *ſub Cane, & ante Canem difficiles ſunt medicationes*; propterea quod medicamentum iſtud nõ eſt ex iis, quæ vires proſternunt; quandoquidem & lactentes, & mulieres grauidas abſque noxa pluries eo vti vidimus; neque caliditate præditus eſt, quod odore, (4. *ſimpl*.) ac fere ſapore careat, quemadmodũ *alibi* demonſtrauimus. Autumnali, & Hyberno etiam tempore exhiberi poteſt, non aliter ac alia medicamenta, vbi neceſſitas vrgeat.

*Obiectio.*

*Solutio.*

*Particulari.*

De tempore particulari certa regula aſſignari non poteſt; cum tamen certum, ratum ac firmum ſit apud omnes, 1. *aphor*. 22. *de totius morb. temp*. 2. 1. *de criſ*. 9. 8. *catatop*. 3. humores facilius, ac prõptius educi, quando ſunt in motu, quam quando ſunt firmati; cumque qualibet diei, vel noctis hora ſui motus principium habere poſſint; hac de cauſa qualibet diei, vel noctis hora poterit aſſumi, ea ſcilicet ipſa hora, qua humores moueri incipiunt; veluti, *de tumor. præter natur*. c. 2. 10. *meth*. c. 6. 13. *method*. 1. 2. 3. 4. 14. *method*. 2. *de inæquali int*. 6. *de art. medic*. 90. fit in fluxionum, & 2. *aphoriſm*. 1. 2. *de diffic. febr*. 11. acceſſionum ipſarum febrium initiis, cæteris autem paribus hora matutina ſeligenda, tũ

*Humores facilius educũtur quando ſunt in motu.*

*Qua diei vel noctis hora pulnis exhibendus.*

*Humores eſſe in motu in fluctionũ, & acceſſionũ initiis.*

quia ventriculus à cibo vacuus eſt, tum quia longe etiam diſtat à noua cibi oblatione, & habemus Hippocratem 2. *acut*.12. 23. monentem, *vel protinus ab accepto pharmaco ſorbendum, non in media purgatione; at vbi purgatio deſierit, tunc ſorbitio detur.*

*Pharmaco aſſumpto quando ſorbitio danda.*

Propter eandem quoque rationem fit, vt facilius munus ſuum puluis abſoluat, ſi in pleniluniis, vel nouilunis, vel quartis porrigatur, quam ſi in interluniis; quia in iſtis humores potius quieſcunt, in illis contra potius cientur.

*In pulueris vſu quomodo Luna ſit ſpectãda.*

Idem quoque ſentiendum eſſe videtur de ægritudinis tẽpore, tam vniuerſali, quam particulari; melius enim eſt circa initia puluere vti, quã aliter Hippocrate præſertim authore 2. *aphoriſm.* 29. & 30. vbi Galenus *in commentariis* pulcherrime digrediens hęc habet: *Circa initia morborũ, in quibus ſperamus ægrotũ conualiturũ, tentandũ eſt maiora afferre remedia, ſunt autẽ hæc, maxime vero venæ ſectio, nonnunquam vero & purgatio, quorum neutrum oportet in vigoribus adhibere, coctiones enim morborum tunc maxime fiunt. Vt igitur hæc citius eueniant, melius eſt in principiis euacuare, quo minorem iam factam materiam, facilius natura poſſit concoquere.* Quæ ſi vera ſunt, quemadmodum veriſſima; tunc erit ad puluerem dandum tempus opportuniſſimum, quando morbus humoralis incipit, principij nomine accepto, non ſolum de principio vniuerſali verum etiam particulari.

*Puluis quo morbi tempore danda.*

*Remedia maiora eſſe venæ ſectionem & purgationem.*

*Hæc, cur nõ in vigore, ſed in principio exhibenda.*

Neq; obſtant aphoriſticæ Hippocratis ſentẽtię, 1. *aphoriſm*.11. & 19. quibus præcipitur, *In acceſſionibus abſtinere oportet*. Non obſtant, inquam, huiuſmodi ſententiæ; propterea quod (vt in explicando quarti argumenti exitu *inferius* fuſe lateque demon-

*In acceſſionibus abſtinendum à cibo.*

demonſtrabimus) de alimento, non autem de pharmaco enunciatæ ſunt. Accedit, quod ſi quando materia turget, vel vrget, tunc eſt (quemadmodum *ſupra pag. 46.* oſtendimus) purganda. Iam vero in febrium acceſſionibus id fit: Eo igitur potiſſimum tempore puluerem exhibere debemus.

Quod autem in acceſſionum principiis materia turgeat, & vrgeat, vel ſe habeat ad modum turgentis, vel vrgentis, illinc facile quis colligere poterit, quod (vt mox dictum eſt) materia tunc mouetur; & in iſto motu periculum imminet, ne in partem aliquam principem, vel principi conſentientem, ruat; immo non raro ruit; vt quando vel in cerebrum rapitur, ex quo delirium, cataphora, vel aliquid ſimile gignitur: vel in cor, vnde prauę pulſuum differentiæ, animi defectus, & ſimilia: vel ad pectus, vnde aliqua ſpirandi difficultas, tuſſis: vel ad ventriculum, vnde cardialgia, ſingultus, ſitis, inappetentia, vomitus, & id genus, vel ad inteſtina, vnde tormina, & aliquis prauus alui fluxus: Quod ſi acceſſiones iſtæ fuerint febrium intermittentium, præter turgentiam, & vrgentiam, aderit & altera conditio ex iis, quæ purgationem ſtatim exigere ſupra *ſuo loco* demonſtrauimus, nimirum *materia, quæ concoqui nequit.*) Etenim cum in talibus febribus putreſcant humores in toto corporis habitu, & carnibus, ibi concoqui non poſſunt, ſed vacuantur vel per ſudorem, vel per vomitum, vel per deiectiones, vel per vrinas, id, quod præter Galeni teſtimonia, Parens meus luculenter ſane definiuit in *Tabulis de febribus* iam prælo commiſſis, & ob publicam vtililitatem in lucem editis; & vſus etiam, & experientia

*In acceſſionibus materiã turgere, & vrgere.*

*In febribus intermittentibus humores nõ concoqui, ſed expelli.*

Tab. 31.

*In acceſſionibus materiã eſſe multam.* quotidiana demonſtrant. Mitto, quod materia, quæ facit acceſſiones, eſt etiam multa; quo in caſu habemus Galeni præceptum *ſuperius ex 2.aphor. 29.* etiam inſinuatum, vacuationem in principio, cruda quantumuis exiſtente materia, eſſe adhibendam. Quamobrem ſi ſalutis humanæ ſtudioſi è certo ſenſu, & vero, non maleuolentia, & liuore impediti, his de rebus rectum ferre voluerint iudicium; certo ſcio, ipſos pro rato habituros, puluerem eo potiſſimum tempore ægrotantibus porrigendum eſſe. *Puluis in acceſſionibus dãdus.* Rationes autem, propter quas vacuatio, non per alia medicamenta, quibus ad aluum ſubducendã paſſim vtimur, eo tempore molienda ſit, ſed tali duntaxat puluere inferius ſuis locis afferuntur *in principio capitis* nimirum *ſexti*, vbi *tuto, cito, & iucunde* puluerem hunc ſuo munere fungi, declarabitur; nec non in *cap.* 7. quando quartum argumentum etiam, atque etiam prometur.

*III. de quantitate, & quoties.* De quantitate, in qua puluis exhibendus eſt, & quoties (quibus de rebus tertio loco diſputandum ab initio propoſuimus) illud in primis animaduerſione dignum exiſtimamus, quod Galenus quoq; 2.*acut.*37.& Hippoc.adnotarunt, nimirũ *ſingulorum præſidiorum quantitatẽ artificioſa egere coniectura: artificioſe autem conicere Viri eſſe, qui vires omnium, quæ in arte ſunt, didicerit, memoriæ mandauerit, atque diligentia omni adhibita ſeſe in operibus Artis exercuerit; paucos tamen tales exiſtere inquiunt.* *Doſin præſidiorũ artificioſã indigere cõiectura, & qualis hæc ſit. In purgãtiũ Doſi, cur Medici ſint religioſi.* Vnde non mirum, ſi religioſi admodum ſint Medici in præſcribenda potiſſimum medicamentorum purgantium quantitate; & ratio eſt, *quia vacuatio humorum peccantium, neque vltra, neque* 1.*aph* 3. *infra* *Humores peccantes*

*modum facienda eſt; quia, ſi vltra modum fiat, periculoſa eſt, cum omnis immodica vacuatio non minus immoderata repletione ſit periculoſa: ſi infra, agitantur magis, magiſque humores, & magnæ in morbis, præſertim acutis, naſcuntur offenſæ.* Quamobrem præcipit Galenus, 2. *acut.* 11 *vt reſpiciamus humorem ſuperabundantem, & naturam, hoc eſt, & vires hominis, qui debet euacuari, & rurſus an ſit homo ex iis, qui difficulter purgantur, an ex iis, qui modico ſumpto medicamento purgantur copioſe? Deniq; vt quam minimum errare contingat, conſuluit, ibidem, vt quibus medicamentum dare quadrabit, iis tantum propinetur, quantum in plurimis mediocriter tum vacuari nouimus, tum experti ſimus.* Vnde, vt ad puluerem noſtra ſe referat oratio, nouimus, & experti ſumus, Scammonij modo, quo dictum eſt, parati, & quod tenues, calidosque humores educere diximus, doſim eſſe à granis ſex ad ſexdecim vſque, vel decem & octo, & viginti in iis, qui difficulter purgantur.

*qua menſura vacuandi.*

*In purgat. moliẽda, quæ ſint ſpectanda.*

*Scammonij Doſis.*

Antimonij vero ſimiliter, vt dictum eſt, parati, à granis quatuor ad duodecim vſque vel quatuordecim, & ſexdecim in iis, qui difficulter purgantur. Vbi vero ex æquo vterque abundet humor, tunc dimidia dicti Scammonij doſis, ſcilicet grana octo, vel decem, & dimidia pariter Antimonij, ſcilicet grana ſex, vel octo ſimul accipienda eſt. Tandem vbi alter alterũ ſuperat humorem, tunc pro ratione humoris ſuperabundantis, medicamenti quoque ipſum reſpicientis quantitas augenda eſt; vt exempli gratia, Si bilis pituitam, vel ſuccum melancholicum ſuperet; dentur Scammonij grana duodecim, Antimonij vero grana quatuor, vel quinque.

*Antimonij Doſis.*

Illud tamen; quod vnius anni ſpatio iam obſeruauimus, haudquaquam ſilentio inuoluemus; & eſt; poſſe nos, ac debere præſcriptam Antimonij, & Scammonij doſim ad tria vſq; grana excedere; vt verbi gratia exhibere ipſius Antimonij ad grana vſque viginti; Scammonij vero ad grana vſque viginti duo; id, quod ea ratione fortaſſe factum eſt; quod Pharmacopolæ maiori cum diligentia, & magis exacte nunc, quam prius puluerem hunc parent.

*Tartari Doſis.* Quod vero ad Tartari doſim pertinet; hęc proportione reſpondere debet iam dictis, ſcilicet, à granis duobus, ad quatuor, vel quinque, vel ſex.

*Lactentibus qua Doſi Pulsis dandus.* Quoniam vero lactentibus etiam dari poteſt; qua doſi ipſis iſte puluis exhibendus ſit, referre nō grauabor. Illuſtriſſimus Comes puerulis trium menſium febre acuta correptis, Scammonij grana tria, & Antimonij duo ſimul dedit. Nos vero grandioribus, qui annum iam acceſſerunt, Scammonij grana quatuor; Antimonij tria, ac Tartari duo exhibuimus, & purgatio optime ceſſit.

*Grandioribus.*

*Puluis quoties dandus.* Erat alterum circa quantitatem explicandum; Quoties vſurpari puluis poſſit, an vna vice tantum, vel pluribus. Sed breuiter diximus, ſi affectus (ſit verbi gratia febris aliqua ex humoralibus) ſumpto ſemel puluere non ceſſet, quando iterum affectus repetet, & nos rurſus puluerem ſecundo dabimus: ſi tertio adhuc affectus reuertatur, & quarto, & quinto; puluerem exhibebimus pariter, tertio, quarto, & quinto, doſim ſemper ſingula quaque vice minuēdo: propterea quod in primis diebus humores beneficio pulueris mouentur, & agitantur, quo fit, vt à qualibet poſtea vel exigua eiuſ-

deim

dem pulueris quantitate facile foras trahantur.

Quod ſi forte puluis prima vice exhibitus parum, vel nihil effatu dignum eduxerit, quãdo puluerem ſecundo exhibebimus, doſim tantum augere debemus, quantum neceſſarium ſit ad aluum ſoluendam. Verum enim vero licet (ſi caſus expoſtulet) toties tuto repeti poſſit; nos tamen ex eo tempore, quo puluere vti cœpimus, nunquam contigit, vt vltra tertiam exhibitionem ad quartam, vel quintam, deuenire coacti fuerimus; nam plurimi ſemel tantum accepto puluere, alij bis, perpauci tertio conualuerunt.

*IV. de Modo.*

Quo ad modum. Si vera ſunt, quemadmodum veriſſima, quæ Magnus Hippocrates *in aphoriſm. 9. Sect. 2.* ſcripſit; *corpora nimirum, cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere*; & quæ Galenus *in penultimo comment. aphoriſm. quod quando purgantibus medicamentis vſuri ſumus, occaſionem arripiamus parandi humores ad fluxum; & aperire foramina, per quæ debet purgatio fieri*; & quis eſt, qui non videat, vtile fore ante pulueris exhibitionem, hæc omnia reſpicere? & ſumpto vna vice puluere, ſi affectus adhuc perſeuerauerit, interquieſcere expedit, & interim humores maiori ſtudio, ac diligentia præparare, & victus ratione, & medicamentis appropriatis, ſyrupis nimirum) dummodo nauſeam non afferant,) vel aquis, ſeu decoctis, apozematis, iuribus alteratis vocatis, & antidotis.

*Præparatio ante Pulueris exhibitiõnem.*

*Pulueris exhibendi varij modi.*

Quibus pro occaſione peractis ad pulueris exhibitionem tali forma deueniendum eſt; puerulis trium menſium cum lacte propinetur, iis, qui pane in aqua decocto vtuntur, in primo panatellæ, vt dicunt, cochleari; adultis cum iure, febricitan-

tibus in acceſſione quidem cum aquę hordeaceæ modico,extra acceſſionem vero cum ptiſana (quē-admodum Veteres & præſertim Galen. 13. *method.* 15. *Hippocrat. li.de alimento Elleborum , epithymum, polypodium*, & ſimilia exhibebant; ) ſunt, qui cum aquis affectui deſtinatis;alij cum vino;iis,qui conſeruis vocatis delectantur, dari poterit cum *conſerua ex acido citri*, vel *violarum*; iis, qui aliquo laborant alui fluxu, cum ſacc.roſ. iis, quibus à capite vel artubus trahere in animo eſt, cum pil. affectui deſtinatis media portione, & dimidia iſtius pulueris; iis denique, quibus à renibus,iecore, vtero, cum *caſſiæ pulpa*; aliis, aliter vtcunque.

*Puluerē iſtum ſuperare omnia alia medicamēta.*

Qua in re cætera omnia pharmaca ſuperare videtur, quæ vſque adeo inſuauia ſunt, vt nec pueri, nec grandiores, præſertim qui delicati ſunt,ea nedum deglutire, verum neque cernere poſſint, neque recordari patiantur: contra vero puluerem noſtrum abſque vlla difficultate ſorbent.

*Poſt pulueris aſſumptionem quid agēdum.*

Pharmaco autem aſſumpto per horam quieſcendum, in qua ſi ſomnus obrepat, dormiendum, inde vigilandum: & ſi quis optet medicamentum facilius,& fœlicius munere ſuo fungi, corpus iuxta Hippocratis decreta 4. *aphor.* 14. 15. moueat. Cibum vero non niſi celebrata purgatione capiat, quod eodem authore 2. *acut.*12. 13. ab aſſumpto pharmaco, vt *ſupra* monuimus, & in media etiam purgatione, neque potandum, neque ſorbendum.Quod ſi puluis non eam excrementorum copiam eduxerit,quæ opus eſſet, altera die clyſter aliquis injici poterit, veluti fit de aliis medicinis, vel iterum puluis accipi in maiori doſi.

*§ Dē contra indicationib.*

De contra-indicationibus, quæ pulueris noſtri

vſum

*Contraind. remedior. vacuantiũ vſum quæ ſint; eaque non impedire pulu. exhibitio. demonſtr.* — Nam:

- (r) Ætas, quę non admittit — Sanguinis miſſionem à 14. anno infra neque vltra ſeptuageſimum. Nec (ſ) medicamenta ſoluentia dum lac (ſ) ſugitur. — Pulueri noſtro locũ dat. Neq; obſtat locus Hip. (s) & Gal. quia loquũtur de elaterio, (s) tithymalo, (s) Scãmonio veterum, quæ ſunt validiſſima; puluis autẽ noſter mitis.
- Anni tempus, quod prohibet — Sanguinis (t. v. x.) miſſionem tum æſtiuum, tum (v) hyemale. Et pharmaci (y) aſſumptionem — Puluerem admittit; quia non excalfacit, & vias ex ſe aperit, quemadmodum ex parte demonſtratum iam eſt, & etiam demonſtrabitur.
- (z. A.) Grauiditas, quæ non fert — (z) ſanguinis miſſionem neque (A) pharmacum — Puluerem vero primis menſibus facile tolerare vidimus.
- Alui (v) fluxus, & vomitus in febribus vtranque vacuationem prohibent — Puluis hic noſter vacuans humores, vomitum, & fluxum concitantes, vtrunque affectum ſupprimit: nec mirum, poſtea quam vomitus (x) vomitum, & fluxus (x) fluxum curat, quemadmodum rhabarbarum toſtum, & aquæ thermales ſalſæ.
- Cruditas, (a) quæ vtranque vacuationem reſpuit, non puluerem ob Antimonium, quod humores crudos fœliciter educit.
- Morbus (b) frigidus, qui neutram pariter ferre poteſt vacuationem — Puluis autem noſter ex Antimonio cum Tartaro (dummodo talis morbus ab humoribus pendeat) ipſum profligat.
- Vitiati (c) humores in primis viis venę ſectioni repugnant. At commode per puluerem educuntur.
- Timiditas, (d) quę non raro eſt in cauſſa, quo minus vena tundatur, pulueris aſſumptionem non formidat.

r 11. *meth.* 14. 15. *de curand. ratio. per ſang.* 13. 4. *de val. tu.* 4. 2. *catatop.* 1. *pag.* 136. *lit. D. Auic. l.* 1. *t.* 4. *c.* 20.
s 5. 6. *epid.* 35.
t 4. *acut.* 19.
v 1. *ad Glauc.* 14.
x 1. *aphoriſm.* 15. 6. *aphor.* 47.
y 6. *aphoriſ.* 47. 4 *aph.* 5.
z 5. *aph.* 31.
A 4 *aph.* 1.
a *de curand. ration. per ſan. miſſ.* 12. *meth.* 1. *Aph.* 22. 29.
b 3. *de loc. aff. c.* 4.
c 4. *de val. tu.* 5. *de cur. ration. per ſanguinis miſſ.*
d 4. *de val. tu.* 4.

*Referenda eſt tabula hæc ad verba,* repugnant. *pag.* 67. *lit.* E e e.

vſum remorantur, nulla alia præter virium proſtrationem, mihi ſeſe offert; hæc enim Galeno teſte. *9.meth.*10. *de opt. ſecta.* 22. cui omnes conſentiunt, neutram fert vacuationem. Nec mirum; quandoquidem quibus vires deperditæ ſunt, iam deſperati ſunt; & vbi ſalus deſperata eſt, 11.*meth.*9. 1.*aphor.*8. 2.*aph.*29. agendum non eſt, ne infamentur præſidia, quæ multis fuerunt, & futura ſunt ſaluti. Cætera vero, quæ aliorum remediorum vacuantium, tam Chirurgicorum, quam Pharmaceuticorum prohibent vſum, huic pulueri haudquaquam repugnant;

*Vires proſtratæ tātū ſunt, quæ contrà indicant puluerīs vſū.*

*Salute deſperata nil agendum.*

*Cōtra-indic. aliorū remedium vacantium vſū, pul. non eſſe impedimento.*

Quibus quidem hunc in modum ſe habentibus, non mirum ſi Galenus 2.*acut.*11. purgationem per medicamentum ſanguinis miſſioni comparans, illam dixerit maiorem certe vtilitatem afferre, hanc vero ſecuriorem eſſe. & rurſus ſi loco ſanguinis miſſionis ſubſtituerit largam alui ſubductionem. Quamobrem ſi pericula, quæ à pharmaci ſumptione impendent, auferantur, quæ auferuntur, ſi puluis paretur eo modo, quo dictum eſt; & ſi ſeruatis ſeruandis exhibeatur, medicamentum per quam maxime vtile, tutum, nec inſuaue in manibus habebimus.

*Purgatio an venæ ſectionem ſuperet.*

*concl. Pulu. eſſe medica. max. vtile, tutū, nec inſuaue.*

*Quibus argumentis nonnulli ad pulueris vſum improbandum vtantur.*

## Cap. VI.

*Puluis, cur tuto, cito & iucunde ſuo munere fungi dicatur.*

QVanquam non ſolum experimentis, verum etiam rationibus ſatis ſuperque (niſi me fallit animus) demonſtrauerimus *ſuperiori capite ſecundo, tertio, & quarto* puluerem hunc noſtrum omnes humani corporis humorales ęgritudines profligare; *tuto*, quia nullam vel per quam maxime exiguã infert moleſtiam, neque debilitat, neq; aluum ſtypticam reddit, ſi ſeruanda ſeruentur; *cito*, quia ſi non vnica vice aſſumptus, ſaltem ſecunda, vel tertia, vel quarta; ad ſummum quinta voti compotes nos reddit; *iucunde*, quia non deformis colore, non fœtidus odore, non inſuauis ſapore exiſtit: ac proinde inter præſidia ſaluberrima, præſtantiſſima, & efficaciſſima, quæve *atteſtante Gal. 1. de ſemine 11. 9. cata top. 2.* Pæoniorum, ac manuum Dei nomen iure, & illo quidem optimo, ſibi vendicare poſſit: *6. catatop. 3.* nihilo tamen minus non defuerunt; non deſunt, neque deerunt (non me latet) ingenia, quæ puluerem hunc parui facere, contemnere, irridere, damnare, & non modo (vt ita dicam) ſibilis; ſed etiam conuicio è Medicina explodere nunquam deſinent.

*Puluerẽ eſſe medicamentũ vere pæonium, & (vt dicũt) manum Dei.*

*Detractorum excuſatio.*

Et equidem (vt libere fatear) horum cogitationes non accuſo, ſed libenti animo excuſo; quod in hac fouea, in quam iſti inciderunt, incidunt, & inciſuri ſunt, ego quoque obrutus eo vſq; iacui, quouſque experientia, & vſu quotidiano certior ſum factus, puluerem hunc, ea, quæ dicta ſunt, extra ludum, & iocum vere præſtare. Sed, quod illis vitio dandum crediderim, eſt, quod poſtea quam nullus præterit dies, in quo varios, & diuerſos ægrotantes à variis, & diuerſis ægritudinibus, humoralibus ta-

*Accuſatio.*

men,

men, pulueris iſtius auxilio amiſſam valetudinem recuperare vident, litigioſiores tamen ipſa lite, & pertinaciores ipſa pertinacia, nullo pacto adduci poſſunt, vt aſſentiri velint, & experimentis, & rationibus jam ſupra allatis; quinimo tenebras, & caliginẽ rebus clariſſimis omni ope, & ſtudio obducere nituntur, vt eos etiam, qui in hac re operã conſumunt, quaſi inutilia tentantes, reprehendãt. Sed age ipſos iam loquentes audiamus.

*Detractorum obiectiones.*

Dicunt nonnulli, ſe puluerem exhibuiſſe, nec tamen vidiſſe profligatos morbos. *Aliȷ* dicunt, in nonnullis ægrotantibus iuuamentum quidem attuliſſe, in aliis vero tormina excitaſſe. *Aliȷ* morbos hoc anno ſuapte natura ſalubres fuiſſe, & qui ſua ſponte, quolibet etiam minimo auxilio ſoluti fuiſſent. *Aliȷ* ſe hucuſque ſine puluere medicinam feciſſe, ſic etiam in poſterum facturos. *Aliȷ* pulueris vſu veterum præcepta, & vniuerſam medicinam huc vſque rite, legitime, & ſancte vſurpatam funditus euerti; vt mirandum non ſit, ſi in Xenodochio Florentino, in quo ex Sereniſſimi Magni DVCIS mandato pulueris vſus intromiſſus fuerat, nunc dimiſſus iam ſit. Ad hoc autem, vt demonſtrent puluerem hunc medicinam deſtruere, pluribus vtuntur argumentis; longum eſſet ſingula perſequi: quare nos, quæ maioris momenti eſſe videbuntur, vel ſaltem ad quæ cætera quoquo pacto reduci poſſe videntur, duntaxat afferemus.

1. 2. 3. 4.

*Eorundẽ Argum.*

*Primum Arg.*

*Primum igitur argumentum, quod ab ipſis pro Achille habetur, vt in ſequenti tabella pingitur, formari poteſt.*

*Purgatio in quib. morbis, & quãdo conueniat.*

- Morbi vel ſunt
  - Acuti, qui vel ſunt
    - ſine inflãmatione: In iſtorum (h) principiis non eſſe purgatione (h) vtendum) niſi materia (h) turgeat, raro autem turget) quia materia (h) eſt cruda, quo tempore aliquid benè (i) euacuare eſt (i) impoſſibile; probant & Hipp. (h) & Gal vt vniuerſus fere Medicorum chorus: ſi quidem oportet (i) coctionem præire, ſubſequi (i) vero diſcretionem, & poſtea (i) euacuationem, vt bona (i) ſit criſis.
    - cum inflãmatione
      - (k) Viſcerum generatim: In his etiam haudquaquam (k) à principio purgationem eſſe adhibendam aperte docent Hippocrates, (k) & Galenus, & vniuerſa Medicorum ſchola, tum propter rationes, quas (k) Hippocrate in litteram adduxit; tum vel maxime, quia materia collecta, & impacta in inflammatione non cedit medicamento.
      - Iecoris ſpeciatim: In hac etiam (l) Gal. & alij omnes Græci, Arabes, & Latini monent in principio nullo pacto pharmacum exhibendum, tum, propter iam dictas rationes; tum, quia magis, magisque irritaretur inflammatio.
  - Longi: In his vero coctionem ſemper expectandam eſſe, (m) Galenus 1. *aphoriſm*. 24. expreſſe præcepit.

h 1 *apho* 21.24.4.*aph*. 10. 1. *de criſib*. 6. *de toti morbi tēp*. 2.2. *in pri. preti*. 37. 2. *acut*. 11. 4. *acut*. 21.22.38. i 4. *aph*. 22. k 4. *acut*. 21.22. l 13. *meth*. 11.

Que

Quæ quidem omnia, ſi vera ſunt, provt veriſſima eſſe, nemo inficias ire poteſt, quando & rationibus, & authoritatibus confirmata ſunt. Ergo neceſſario fatendum erit, in morborum principiis nunquam puluerem hunc habere poſſe locum, niſi quando materia turgeat, quod raro admodum fit.

Alterum argumentum eſt. Si purgatio per talem puluerem in omnibus morbis humoralibus adhibenda eſſet: ergo nunquam Hippocratis & Galeni ſentẽtię locus in Medicina exercenda dabitur, quandoquidem in dictis morbis fere ſemper materia vel turget, vel vrget, & conſequenter receptiſſimum illud oraculum vanum, & ſuperfluum erit. *2. Argu.*

Tertium argumentum. Medicus eſt naturæ miniſter, & æmulus, teſte Galeno 2. 1. *epid.* 45. 51. *in præception.* 28. *de art. medici.* 87. ipſamque bene operantem ſemper imitari debet, 1. *aph.* 21. At vero per Galenum, 4. *aph.* 22. *quo in tempore à cauſſis lus, imiquidẽ morbum facientibus natura grauatur, adeſt autem cruditas humorum; tunc aliquid bene euacuare eſt impoſſibile: ſi quidem oportet coctionem præire, ſubſequi vero diſcretionem, & poſtea euacuationem, vt bona ſit criſis.* Ergo neque Medicus, dum non eſt cocta materia, nec diſcreta, quicquam moliri debet, quia non habet naturam adminiculantem, febres adaugeret, ęgrotantis vires magis magiſque debilitatas redderet, aliaque praua ſymptomata induceret. *3. Argu.* *Medicus eſt Naturæ miniſter, æmulator, imitator.* *Natura quando vtiliter vacuet.*

Quartum argumentum eſt; *In acceſſionibus abſtinere oportet*, Hipp. 1. *aph.* 11. & 19. Galeno, & aliis authoribus conſentientibus; At per vos, puluis iſte in acceſſionibus exhibendus eſt; Ergo receptiſſimum illud præceptum haudquaquam ſeruabitur. *4. Argu.* *In acceſſionibus eſſe abſtinendum.*

*Quintum arg. Plethoræ, & febriũ putridarũ remedium ſaluberrimum*

Quintum. *Præſidium reſpiciens è directo primo, & per ſe plethoram eſt ſanguinis miſſio* per Galenum 2. *aph.* 8. 6. *aph.* 31. & 47. & ſexcentis in locis: immo 11. *meth. cap.* 15. dixit; *Saluberrimum eſt in febribus venam incidere, non continentibus modo, verum etiam a iis omnibus, quas putreſcens humor concitat.* Addo etiam eundẽ Galenum 2. *acu.* 11. cõparando (quemadmodum retro dictum eſt) ſanguinis miſſionem cum purgatione per pharmacum; illam extuliſſe tanquam ſecurius præſidium, hanc vero depreſſiſſe, tanquam minus tutum. Igitur purgatio dimittenda, & eius loco venæ ſectio ſubſtituenda.

*Purgatione, an venæ ſectio ſit præſtãtior.*

*Sextum arg. Lactentibus, & prægnantib⁹ purgationem non conuenire.*

Sextum: Quia purgationẽ per huiuſmodi puluerem diximus conuenire etiam pueris lactentibus. Contra eſt Hippocrates; 5. *in* 6. *epid. text.* 35. quippe qui expreſſiſſimis verbis *elaterium* interdicit pueris: & Galenus *in commentario* non ſolum *elaterium*, verum etiam *ſcammonium*, *tithymallum*, & *Elleborum*. Quamobrem infantulis non erit vllo pacto iſte puluis exhibendus. Huc accedit, quod iidem Authores 4. *aphor.* 1. 5. *aph.* 29. 3. *in* 1. *epid.* 30. prohibent, vtero gerentibus purgationẽ per pharmacum infra quartum menſem, & vltra ſeptimum: &, ſi eam admittunt, id faciunt duntaxat, ſi materia turgeat: nos autem diximus indiſcriminatim, & indifferenter quolibet grauiditatis menſe puluerem poſſe tuto exhiberi.

*Septimũ arg. Purgãtia eſſe calida Puluerẽ calidum.*

Septimum nonnulli addunt. Medicamenta omnia purgantia eſſe calida, id, quod Galenus apertiſſimis verbis indicauit, vt vel alibi, ita vel potiſſimum *primo aphoriſmorum, Commentario* 24. 2. *de alimen. fac.* 11. & etiam acria. Quapropter ſi puluis iſte purgãdi vi præditus ſit, calidus, vt ſit, neceſſe eſt. Et

ſi ca-

ſi calidus, qua fronte in morbis acutis vſurpandus, qui calidi ſunt, & à quibus febres 1.*aph*.7.7.*aph*.19. 5.*aph*.30. inſeparabiles exiſtunt, quæ ſimiliter quatenus febres, 1.*aph*.24.& ſui ratione nõ calefaciẽtibus, neq; exiccantibus, ſed maxime contrariis, hoc eſt, humectantibus, & refrigerantibus egent?

*Febres à morbis acutis inſeparabiles.*

Ad octaui argumenti conſtructionem, nonnullis anſa data eſt ex eo, quod viderint nos deiectum erigere animum eorum, qui puluerem noſtrũ formidantes, tanquam medicamentũ nimis igneum, ipſis demonſtrando puluetem hunc, ne dum calidum, ſed potius frigidum eſſe his rationibus; etenim ſi calida ſunt illa per Galenum, 4. *de ſimplic. medicament rum facult*. quippe quæ, vel valde odorata ſunt, vel dulcia, vel ſalſa, vel amara, vel acria. Profecto cum puluis iſte & odore careat, neque ſit dulcis, non ſalſus, non amarus, non acer; ex neceſſitate ſequitur, non calidum, ſed frigidum eſſe. Huc accedit, quòd puluis iſte nihil aliud eſt, quam cinis quidam ex vſtione Antimonij, Scammonij, & fæcis vini. Iam vero cineres omnes Galeno authore 4. *ſimpl*.3.8. *ſimpl.cap. de cinere* 9.*ſimplic*. 1.) *dummodo ab eis, aliquid veluti fomes quidam igneus, ἐμπύρευμα Graci vocant, per exiguas partes diſp rſum, auferatur*) *terreni ſunt, ac frigidi.*

*Octauum arg.*

*Puluerẽ frigidum eſſe demõſtratur.*

*Pulueris deſcriptio.*

*Cinis calidus ne, an frigidus exiſtat.*

Docens poſtmodum Galenus, quomodo fomes ille auferatur, dicit, *ſi cineres aqua macerentur, ſi enim aqua per quædam corpora modice rara coletur, fit, vt caldæ acreſque partes vna auferantur, reliquumque quod eſt, non amplius calidum ſit, nempe quod igneas ſuas particulas in aquam* (*lixiuium poſtea dicitur*) *depoſuerit*. At vero præter hunc modum auferendi ex cineribus calidas, acresque partes Chymici ſuis

*Lixiuiũ quomodo fiat.*

*Acrimonia quo-*

*modo à medicamẽtis auferatur.* amolitionibus & alium machinati ſunt, nimirum per vſtionem cum ſale nitro, vel fumo ſulphuris.

Etenim quando à medicamento aliquo acrimoniam demere in animo habent, modo, quo dictum eſt, eo vſque ipſum igne comburunt, quo vſque acrimoniam deponat. Voti autem compotes reddi docet rerum magiſtra experientia: ſi quidem guſtu percipiũt, medicamentum ex toto acrimoniam perdidiſſe: quod ſi acrimoniã adhuc retinuerit, ſignum eſt, medicamentum non recte paratum eſſe. Vnde (quod obiter dictum ſit) Gerardus Tanius Florentinus, Sereniſſimi noſtri Pharmacopola, qui de illius mandato iudicium ferre debebat, vtrum pharmacopolæ, qui puluerem parauerant, bene, an male id præſtitiſſent, præter guſtum ad hanc rem determinandam nulla alia regula vſus eſt; in quo enim puluere acrimoniam percipiebat, ipſum rejiciendum; in quo vero nullam, retinendum. Hæc tamen nihil officere, nihil obſtare dicunt Aduerſarij, qui puluerem calidum eſſe putant. Vtuntur autem ad hoc demonſtrandum his Galeni verbis; 9. *ſimp.* 1. *ſane combuſtorum omnium nullum plane eſt frigidum: relinquitur enim in illis veluti* ἐμπύρευμα, *hoc eſt, ignitio quædam, nam ita vocabat Ariſtoteles,* hæc Galenus.

*Puluerẽ calidum eſſe, quid oſtendere videatur.*

Sed poſſent hoc idem confirmare ex ſententia Ariſtotelis; quippe *ſecundo de part. anim. cap. 2. in fine*, ita ſcriptum reliquit. Aduſta fere omnia aliquid habent caliditatis, vt calx, cinis, ſedimenta animalium, &c.

*Nonum arg.*

Nonum. Sunt etiam nonnulli, qui puluerem hunc

hunc contemnunt, ac deſpiciunt, hac ducti ratione. Syluam, inquiunt, habemus medicamentorum, tam flauam, quam atram bilem, & pituitam, tam tenues, quam craſſos, tam calidos, quam frigidos humores electiue ducentium. Igitur ſi iſtis *Tartarum* quoque inſuper addamus, ſiue pro correctiuo (vt dicunt,) ſiue pro adiuuatiuo, non deerunt medicamenta, quibus paſſim vti poterimus ad ægritudines humorales pariter tollendas, non aliter ac fit de puluere propoſito: etenim ſi *ſenæ* verbi gratia, vel *epithymo Tartarum* coniungamus, nonne medicamentum in manibus habebimus ad humorem melancholicum educendum? ita ſi *rhabarbaro*, vel *agarico* idem *Tartarum* addamus, nonne medicamentum effingemus ad bilem, & pituitam contrahendam? *puluere alij vtrię affingi poſſint.*

His nouem argumentis ego decimum adnecto, quod ex pulcherrimo Ariſtotelis loco, 1. *ſect. Problem.* 43. quaſi theſauro depromſi. Diſputans longo progreſſu ſummus ille Philoſophus (quem tanquam naturam ipſam loquentem admirari, & audire tenemur) de medicamentorum purgantium natura, & facultate; ſumma cum ratione demonſtrat, ad hoc, vt medicamentum aliquod purgare dicatur, duas in ipſo, vt ſimul conſpirent, conditiones, operæ prætium eſſe: *altera* eſt, vt illud à calore noſtro nulla ex parte concoquatur; *altera* vero, vt facile diffundi, ac diſpergi per venas poſſit: ea enim, quæ nullo pacto à calore natiuo vinci poſſunt, vbi à ventribus effunduntur, & per venas, & per ſemitas eaſdẽ feruntur; quibus permeat cibus; mox vero (inquit Ariſtoteles) cum nihilo cõcoqui potuerint, ſed victrice perſtiterint poten- *Decimũ arg.* *Purgantium natura ex Ariſtot.*

tia, relabuntur, & quæ ſibi obſiſtunt (oh pulcherrimum dictum, & tanto Philoſopho dignum,) ſecum detrahunt: quæ res purgatio vocitatur. Hoc poſito infert Philoſophus, *æs vero, & argentum, & cætera generis eiuſdem,* hoc eſt (ex communi omnium ſententia) metallica omnia medicamenta, quale eſt, nemine refragante, noſtrum Antimonium, & *ſi concoqui à calore animalium non poſſint, & cõſequenter altera ex duabus conditionibus prædita ſint: tamen quòd reſolui à ventribus, & venas permeare nequeant*) & erat altera in chatarcticis neceſſario requiſita conditio) *purgandi vim non obtinent.* Cum itaque *Antimonium* noſtrum in metallicorum Medicamentorum cenſum irrepſerit, de Ariſtotelis ſententia, forti ratione firmata, è purgantium numero merito erit funditus delendum.

*Metallica vtrum purgandi vi prædita ſint.*

*Vndecimũ arg.*

Poſtremo, antequam propoſitorum argumentorum exitum explicare aggrediamur; ſcrupulum quendam tenuiſſimum, qui adhuc reſidere videtur, nullo pacto occultandum eſſe decreuimus; dicere enim aliquis poſſet. Si puluis iſte (quemadmodum retro demonſtrauimus) eſt quidam cinis: ergo ſiccandi vi non poterit non eſſe prȩditus. Iam vero ſi talem habet naturam, quanam ratione in febribus locum habere poterit, in quibus humida eſſe exhibenda Hippocrates 1. *aphoriſm.* 16. palam præcepit? Et rurſus qui fieri poterit, vt corporis noſtri vires non euertat, ad depopuletur, ſi caloris natiui pabulum, quod eſt humidum radicale vocatum, abſumit? 4. *aphoriſm.* 37. calidum autem innatum ex Hippocratis 1. *aphoriſm.* 15. 4. *aphor.* 37. & Galeni ſententia dicitur natiuus ſpiritus: quin potius per eoſdem 5. *in* 6. *epidem.* 5. natura, & ani-

*Puluis vtrũ ſiccãdi vi præditus ſit.*

*Vtrum in febribus locũ habere poſſit.*

*Vtrũ vires proſternat.*

& anima nihil aliud eſt , quam calidum innatum , vel calor innatus , qui ab initio animal informat , *aphor.* 15. poſtea auget, atque ad mortem vſque nutrit.

Hæc ſunt , vel ſaltem ad hæc reduci poſſunt argumenta potiora,quæ pulueris vſum calcitrare,ac reſpuere videntur , quæve nonnullos cogunt , vt ipſum pro nihilo habeant. Sed quam vana, commentitia , futiliaque ſint, in *ſequenti poſtremo capite* (Deo fauente Maximo)demonſtrabitur.

ſordida, ac ſine honore nunc redditur.

*3. In Medicamentis vtrũ fermẽtatio ſit neceſſaria.*

Tertio; quod conſtat apud omnes, medicamenta compoſita in vſum non eſſe accipienda, niſi facta fermentatione: vnde cũ Galeno fatentur omnes, Theriaca non eſſe vtẽdum, niſi vbi exacte cocta, ac perfecta fuerit. At puluis iſte componitur (vt *primo* ſtatim *capite* dictum eſt) ex tribus, vel ſaltem ex duobus. Igitur ad hoc, vt rite, & legitime tali medicamento vti valeamus, fermentationem, vt prius recipiat, expectare debemus. Iam vero puluercs aridi, ac ſicci fermentationi ſubiici poſſe, intelligentiæ noſtræ vim, ac notionem omnino fugit.

*Pulueres fermẽtationẽ recipere nõ poſſunt.*

*4. Medicamenta ex cõtrariis cõpoſita vtrũ ſe in agẽdo impediant.*

Quarto; quod puluis iſte componitur ex diuerſis, immo contrariis facultate præditis medicamentis, quorum alterum alterius vires impedit, ac deſtruit.

*5. Antimonio qui vtuntur, ſyncope vitam finire.*

Quinto; quod experimento conſtet; eos, qui pro expurgando corpore Antimonio vtuntur; tẽporis progreſſu affatim ſyncope interceptos maximo cruciatu vitam perdidiſſe.

*6. Vtrum alia medicamẽta purgãtia citius, tutius, & incũdius quã puluis agãt.*

Sexto; quidam viri celebres, & clari ſic ſyllogizantur: *Quod eſt omnium medicamentorum purgantium maxime iners, & ineffiçax ad agendum, non purgat, aut curat cæteris iucundius, citius, tutius: Sed eiuſmodi eſt puluis propoſitus, Ergo &c.*

Propoſitio ex ſe conſtat. Aſſumptio probatur.

*Inter quatuor qualitates quæ ſint magis actiuæ.*

Quodlibet aliud medicamentum purgans eſt calidum ex Galeno. 1. *aphoriſm.* 24. 2. *de alim. fac. c.* 11. Puluis vero eſt frigidus, & ſiccus. Ergo quodlibet aliud eſt actiuius & efficacius; cum calidum, & frigidum ita ſint qualitates actiuæ, vt calidum ſit actiuius, quam frigidum; & quatenus humidum,

ac ſiccum agunt, licet ſint qualitates paſſiuæ, humidum eſt actiuius, quam ſiccum. Ergo omni ex parte puluis eſt medicamentum maxime iners, & inefficax ad agendum.

*7. Ad idē probandum.*

Septimo ſic arguunt; *quod curat & purgat tutius, citius, & iucundius, fluere facit humores plus cæteris: Sed hoc non præſtat puluis. Ergo &c.*

*Purgātia exigunt humores fluxiles, & meatus apertos.*

*Puluis vtrum vtrumque impediat.*

Propoſitio probatur, propter hoc enim ante exhibitionem purgatiui medicamenti conamur fluidos humores reddere; vt medicamenta citius, iucundius, ac tutius purgent, & curent. Aſſumptio probatur; quia fluere facit humores, quod & vias aperit, quibus pelluntur, & humores ipſos fluidiores reddit. Puluis autem, vtpote frigidus, & ſiccus, ſua frigiditate, & ſiccitate contrahit meatus, & obſtruit, & humores ipſos conſtipat, denſioreſq; reddit; & ideo ineptos ad fluxum.

*8. Vtrum Scammonium noſtro modo præparatum ſit cinis.*

Poſtremo dicunt, *Scammonium præparatum modo propoſito, non eſt cinis. Ergo falſo ſupponitur, frigidum & ſiccum, vt cinis.* Antecedens probatur, cinis fit combuſtione ignis. At *Scammonium* ſic præparatum non igne, ſed fumo præparatur.

*Fumus quid.*

*Cinis quomodo fiat. Eius proprietates*

Nec dicas, fumum talis naturæ (id eſt, ſulphuris) comburere; tum, quia fumus etiam ſulphuris eſt euaporatio aquea, quæ excepta operculo abit in aquæ guttas, & rorem; vnde non poteſt torrere, vel comburere, ſed ad ſummum elixare; & per elixationem non fit cinis. Tum, quia cinis calefactus non colliquatur; non vnitur in maſſam igni ſuperpoſitus, non euaporat fumum: vtrumq; vero præſtat *Scammonium* dicto modo paratum, vt qui ſic ſyllogizari dignati ſunt, periculum fecerunt.

*Quæſt.*

## Quem finem, & exitum habeant argumenta propoſita.

### Cap. VII.

RAtiones, & argumenta, quibus nonnulli ad pulueris noſtri vſum improbandum vtuntur, vel vti poſſent, iam in *proximo præcedenti capite* adducta fuerunt. Reliquum nunc eſt, vt illorum exitu (quo ad per nos fieri poterit) efficacius explicetur, ad hoc, vt non modo ſalutis humanæ ſtudioſi, verum etiam & Auditores noſtri, & ij, quorum authoritate, ac nutu hæc qualiacunque ſint, ſcriptis obſignare coactus fui, agnoſcant, iure ne, & vere, an iniuria in Medicina locum habere poſſit. Eo autem ordine argumentorum ſolutio explicabitur, quo ipſa propoſita fuerunt. *Occaſio ſcribẽdi.*

Verum antequam id præſtemus, illud prius ſupponendum, & ſtatuendum eſt, quod viam apertam, & directam nobis monſtrabit, & ſatis iter tutum ad difficultates omnes ſuperandas præbebit: nimirum, vt, ſi pulueris huius beneficia percipere velimus, neceſſe eſt, vt ea lege ſit paratus, qua *ſupra* diximus; vtque in illius exhibitione illa ſeruentur, quæ ſeruanda monuimus: alioquin, ſi eas vtilitates, quas expectamus, non afferet, minime mirandum eſſet. Quibus quidem hunc in modum conſtitutis ad argumenta diſſoluenda me conuerto.

Iis, qui dicunt, ſe puluerem exhibuiſſe, non tamen vidiſſe profligatos morbos, & rurſus in nonnullis ægrotantibus iuuamentum attuliſſe, in aliis vero tormina excitaſſe. Reſpondeo. Si voti compotes iſti facti nõ ſunt, id non medicamenti vitio dã- *Obiectionibus detractorũ ſatisfit. Reſponſio ad 1. & 2.*

dum eſt; ſed, vel, quia male paratũ fuerit, vel quia æger ad purgationem non bene diſpoſitus; vel quia non iuſta doſi exhibitum; vel non toties, quoties
*Art.3.* neceſſarium erat. Iis vero, qui aſſerunt; morbos hoc anno fuiſſe leues; nil aliud dicam, niſi quod aliqui nihilominus periere, & poſteaquam perierunt, pro certo habendum eſt, eorum morbos non fuiſſe leues, vt ipſi fingunt; immo (ſi dicere fas eſt) adhuc fortaſſe ſuperſtites eſſent, ſi noſtro puluere eis occurſum ante fuiſſet, quemadmodum iis
4. contigit, qui eo, veluti decet, vſi fuerunt. Alij, quibus placet vti medicamentis hucuſque vſitatis; velim, vt recordentur, Galenum præter Hippocratis medicamenta multa alia, & à ſe ipſo, & ab aliis poſt Hippocratem excogitata, fœliciter vſurpaſſe: Arabes rurſus multo plura addidiſſe: & Latinos nõ paucis præſidiorum generibus medicinam ditaſſe; Medici a.cordati tantum abeſt, vt illa negli-
5. gant, quin potius ea paſſim adhibeant. Iis, qui putant pulueris noſtri vſum medicinam euertere, ſic reſpondendum eſt. Demonſtrent; quæſo, nobis vnum, qui puluerem acceperit ea lege, qua accipiẽdus erat, qui perierit. Demonſtrare nõ poſſunt; qui ergo medicinam deſtruit? Quod ſi in Xenodochio non amplius exhibetur; id fit, non quia illius vſus perniciuſus viſus fuerit, minime vero; ſed quia cum ad Sereniſſimi aures perueniſſent innumera illa, ac propemodum infinita pulueris experimenta *capite ſecundo* iam propoſita, vt illa magis certa, comprehenſa, percepta, rata, atque firma fore cognoſceret, mandatum illud dedit: Vbi vero coram perIlluſtri, ac Reuerendiſſimo Domino Petro Strozzæ S. D. N. à Secret. epiſtol. Viro

Am-

Ampliſſimo, & aliis primariis aulicis ſibi renunciatum fuit, experimenta illa eſſe conſtantia, ac veriſſima; hoc Sereniſſ. Clementiſſimęq; altitudini ſatis fuit: ſtatimque pręcepit, vt in Senenſem oram maritimam magna pulueris ita parati quantitas mitteretur; adhoc, vt illius plagæ incolæ *tuto, cito, & iucunde* ab humoralibus ægritudinibus ſanari poſſent. Nunc ipſorum argumenta, deguſtare incipiamus.

Ad primum; Validiſſimum eſt certe, negari non poteſt huiuſmodi argumentum, ſi ſecundum corticem dũtaxat conſideretur, vtpote quod authoritatibus, & rationibus, fultum ſit: verum, ſi eius medullas penetrare voluerimus; quemadmodum ratio expoſtulare videtur; proculdubio luce clarius patebit, allatas authoritates, & rationes, ne tantillum quidem detrahere ſalubritati, præſtantiæ, & efficaciæ noſtri pulueris. Nam præter *turgentiam*; quam Aduerſarij admittunt exigere purgationem à principio, licet materia ſit cruda, adeſt etiam *vrgentia*, quam nos ex Galeno *de totius morb. temporib.* 2. cum aliis præſtantiſſimis Viris collegimus, quæve maiorem purgationis celeritatem expoſtulat, quam turgentia, quemadmodum ſupra in *tertij capitis calce* demonſtrauimus; neque eſt, quod inutiliter nunc repetatur. Quæ quidem omnia ſi coegerunt Hippocratem, & Galenum ad purgationem in principiis morborum adhibendam, cruda exiſtente materia; cogere quoque & nos debent ad purgationem, maxime vero per puluerem hunc noſtrum; quippe qui non eſt adeo vehemens medicamentum, veluti erant illa, quæ ab Hippocrate, & Galeno paſſim vſurpabantur.

*Primi arg. Reſolutio.*

*Vrgentia quã Turgẽtiã magis expoſtulat purgationem.*

*Obiectio, Vtrum in morbis lõgis conueniat purga. à prin.*

Verum hic forte obſtabit aliquis dicens ex Galeno 1. *aphoriſm.*24.*in longis morbis expectandam eſſe coctionem*. Itaq; neq; purgatio per noſtrum puluerem, neque per pilulas Galeni 1.*catatop.*2. *lib.de remed.paratu facil.* 6. in alopecia laborantibus erit adhibenda à principio, quia ſunt morbi longi.

*Solutio.*

Eſt quidem profectò magna hæc dubitatio, & quæ iam diu multos torſit, torquetque. Cui tamen hac diſtinctione ſatisfieri poſſe arbitramur; nimirum ratione humorum firmatorum coctionem expectandam eſſe; at non firmatorum ratione, minime. Quæ res melius percipietur, ſi firmati humores cauſa continens, vel coniuncta, & non firmati cauſa antecedens nominentur. Nam in morbis longis ratione cauſæ coniunctæ (ſic enim eam appellant) concoctio eſt expectanda; ſed ratione cauſæ antecedentis (ita enim dicitur) nequaquam expectandam eſſe, credimus. Et propterea Galenus in morbo longo pilulas, & illas quidem validas ad purgandum adhibet: Et nos illius exemplo puluerem noſtrum, quia ſcilicet ad cauſam antecedentem reſpicimus.

*Coctio in quibus humoribus ſit expectanda. Cauſa antecedens, & coniuncta quæ.*

*2.arg. ſol.*

Pro alterius argumenti ſolutione dicimus, aphoriſtica illa præcepta locum habere extra turgentiam, & vrgentiam, vt in humoribus firmatis. 4. *acut.*76. Præterea vera eſſe de illis medicamentis, quibus paſſim Veteres illi vtebantur, 2.*acut.*11. 4. *aph.*13.14. 15.5.*aph.*1. quæ erant Elleborus, *elaterium* 5. 6. *epid.* 35. *euphorbium*, peplium, 2. *acut.*11. *Auic.l.*3.*f.*13.*tr.*1.*c.*36.*ſcammonium* (ſed non arte noſtra paratum) *tithymalum*, & huiuſmodi; quę quidem omnia valde calida exiſtunt, 1. *aph.*24. 2.*de alim.ſac.*11. & ſicca, & inſuper venenata, *quæ ve ven-*

*Concocta medicanda quomodo ſit intelligẽdum Veter. Medic. quæ, qualia, eorũ noxa.*

*trem,*

*trem, præſertimque os ipſius, quod maxime tum neruoſum, tum ſenſile exiſtat, affligant, lædantque.* Hęc autem omnia à puluere noſtro procul abſunt, vtpote qui frigidus ſit, neque naturæ noſtræ admodum inimicus, quandoquidem cum exigua moleſtia munere ſuo fungitur, quemadmodum quotidie videmus.

*Tertij arg. Solutio.*

*Naturâ, quãdo eſt à magno morbo oppreſſa, nõ ordinate procedere.*

Ad tertium. Reſpondeo, ſicut alij quoque præſtantiſſimi Interpretes reſpondent. Natura, quando eſt à maximo morbo oppreſſa, ita vt non poſſit ordinate procedere, tunc non præcedente coctione ad expulſionem inſurgit, vt in epilepſia, & apoplexia paſſim fieri videmus, & veluti in Metone, 3.1. *epid.* 24. in muliere trimeſtri, 3.1. *epid.* 30. & in Pericle 33. *epid.* 77. contigiſſe, monet Galenus; qui omnes morbo exiſtente crudo ſine ſignis coctionis iudicati fuerunt. Oh quid ad Galenum in *quarto illo aphoriſ.* 10. *Comment.* 22. Dicunt nonnulli, Galeni ſententiam eſſe veram *vt plurimum.* At (parcant nobis) talis reſponſio non placet. Quare dicendum, Galeni ſententiam eſſe intelligendam de perfecta vacuatione, & de perfecta criſi, quæ fieri non poteſt, niſi præceſſerit naturæ victoria. Quod ſi illi Hippocratis ægroti iudicati fuerunt, morbo exiſtente crudo, criſis tamẽ in eis (ſi recte animum, & oculos conjiciamus) non fuit perfecta; ac proinde eorum, quæ remanſerunt, maturatione, & expulſione indiguerunt. Verum, ſi hæc reſponſio non arridet; dicẽdum, Galenum *in quarto illo aphoriſmorum* 10. *commentario* 22. loqui de criſi, quam natura ex ſe molitur. Iam vero ſi Medicus naturæ auxiliator eſſe debet, quemadmodum debet; ad hoc, vt fœlicius & celerius natura cri-

*Probatur exemplis ex hiſtoriis. Epidemicis.*

*Criſis aliquando viſa ſine ſignis coctionis, morbo exiſtente crudo.*

*Obiectio. Solutio.*

*Criſis vel eſt perfecta vel imperfecta.*

*Criſis à natura, & à Medico.*

*Medicus naturæ auxiliator.*

ticum ſuum opus perficere valeat, à principio manus ſuas auxiliares apponere debet, puluerem noſtrum, vel aliquod aliud (veluti alij cordati Medici faciunt) blandum medicamentum exhibens, materiam minorare iuxta illud Galeni; 2.*aphoriſm.* 29. *vt criſes citius eueniant, melius eſt in principio vacuare, quo minorem factam materiam facilius natura poſſit concoquere.*

*Minoratio materiæ cur à principio cõueniat.*

Ad quartum, in quo non paucis magna vis videtur eſſe, ad pulueris vſum improbandum, accedo. Equidem (ingenue fateor) quotquot Hippocratis codices, quotquot eiuſdem Interpretes habere potui (habui autem complures, & Græcos, & Latinos) omnes cum verbis, tum ſententiis conſentientes, conſpirantesque inueni; in illis aphoriſmis 1.*aphoriſm.* 11. *&* 19. Sapientiſſimum Senem duntaxat de alimento verba facere, non de medicamento purgante; ſonant enim verba, (*nam cibum dare nocuum eſt*,) non dicit medicamentum: Quare quod Hippocrates hic loquatur de medicamento purgante, iſtorum eſt purum, integrum, liquidumque, nullo referente, commentum. Oh dicunt ipſi; ſi in acceſſionibus ab alimento abſtinendum eſt; ergo multo magis à medicamento purgante. Negatur ſimilitudo, & conſecutio: & ratio negationis inde petitur; quod, ſi videamus rationes, propter quas cum Galeno *in commentariis illorum aphoriſmorum* cæteri omnes ex Hippocrate præcipiunt, in acceſſionibus à cibo eſſe abſtinendum, proculdubio, ſi cæci non erimus, luce meridiana clarius perſpiciemus, eſſe quidem à cibi oblatione tunc deſiſtendum, at non à pulueris exhibitione. Dicit igitur, & bene Galenus cum cæteris

*Quarti argum. Solutio.*

*In acceſſionibus vtrũ non ſolum à cibo, verũ etiam à medicamento ſit abſtinendum.*

*Obiectio.*

*In acceſſionibus cur à cibo ſit abſtinendum.*

teris illius loci Interpretibus, in acceſſionibus naturam ab humoribus grauari, ac pene ſuffocari: vnde ſi cibum offeramus, magis magiſque illam grauabimus, ac ſuffocabimus. Addunt etiam (& merito quidem) nonnulli; per cibi oblationem in acceſſione cauſam morbificam augeri. Accedit, quod Galenus *De venæ ſectione aduerſus Eraſiſtr.* 4. expreſſe monet, naturam haudquaquam impediendam, dum propria obit munera, ſed iuuandam. At in acceſſione, eodem Galeno authore, 1. *aphoriſm.* 7.8. natura eſt in pugna, & variis afficitur perturbationibus, totaque in coquendo morbo, & cauſa particularis acceſſionis proxima expellenda innititur. Iure igitur (& illo quidem optimo) concludere poteſt Galenus ibidem non eſſe (quemadmodum ſapientiſſime præcipit Hippocrates) tunc diſtrahendam per cibi oblationem.

Modo videamus, quæſo, vtrum pulueris noſtri exhibitio in acceſſionibus huiuſmodi mala, & incommoda, immo etiam (vt dicunt Aduerſarij) multo maiora afferat, nec ne. Si in acceſſionibus natura grauatur, ac pene ſuffocatur; & blanda per noſtrũ puluerem purgatio tunc adminiſtrata naturam à ſarcina, & à ſuffocationis periculo vindicat, relaxat, & liberat: quinimo humores foras educẽdo eſt in cauſa, ne ferãtur, vel ad partes principes; vel principibus conſentiẽtes: ex quo paroxyſmi fit abbreuiatio, nec non totius etiam febris (quemadmodum ſexcentis iam experimentis factum vidimus,) vel ablatio, vel ſaltem non exigua lenitio. Præterea, ſi in acceſſione ex cibi oblatione materia morbifica augetur: contra ex purgatione per noſtrum puluerem minuitur. Tandem, ſi natura

*Pulueris exhibitio in acceſſionibus quot & quæ beneficia afferat.*

non eſt impedienda à ſuo munere,ſed iuuanda; & purgatio per hunc puluerem non modo impedimentum naturæ non affert,immo potius iuuamétum; & ratio eſt, quia ſi in acceſſione tota in cauſa particularis acceſſionis proxima expellenda innititur, quemadmodum innititur, poſteaquam in acceſſionibus indicationes fiunt; 1.*de diebus decret. cap.*7.& pulnis noſter tunc datus hanc naturæ expulſionem iuuat. Oh ergo id etiam præſtare potetunt cætera medicamenta ſubductoria, quæ vſque ad hanc diem vſurpata fuerunt.

*Obiectio. Medicamenta alia ſubductoria vtrũ conueniant in acceſſionibus.*

*Solutio. Medicamẽta ſubductoria ſunt duorum generum.*

Non valet ſimilitudo; propterea quod medicamenta dicta,vel ſunt lenientia, & hæc in acceſſione locum non habent,quoniam cum ex parte quadam conſtent, quæ in alimentum poſſet conuerti, illas noxas in acceſſione afferrent,quas & alimentum parere *ſupra* diximus. Si vero ſoluentia, quæ apud Veteres erant in vſu; quia nimis calida 2.*de aliment.fac.cap.*11.1.*aph.*24.exiſtunt,ſimulque acria, 2.*acut.*11. & magnam inferunt naturæ moleſtiam; ideo in acceſſione nullo pacto conueniunt. Quam quoque dictorum medicamentorum caliditatem, & moleſtiam reſpiciens fortaſſe Princeps eruditiſſimus Auicennas *l.*4.*f.*1.*tr.*2. *cap.*7.*bis.& cap.*38. mirandum non eſt, ſi prohibuerit à motione per huius generis medicamenta in die paroxyſmi, ſeu periodi: tametſi, quando neceſſitas adſit, permittat, vt moueamus.

At audio ſciolum aliquem dicentem, medicamentum ſubductorium exhibere in acceſſione refragari doctrinæ Galeni *lib. Quos, Quando purgare oportet fol.*88.*literis E. G.* ratione confirmatæ. Verum demonſtret, quæſo, talem Galeni doctrinam

ſua

ſua ratione fulcitam. Reſpondet, eſſe *in libello, Quos purgare conueniat, quibus &c.* vbi hæc verba leguntur; *nam dum acceſſio infeſtabit, à ſuperioribus educes; vbi vero deſtiterit, quod intermiſſionem dicimus, ab inferioribus trahes.* Subdens poſtmodum rationem, inquit; *multis enim per acceſſiones vomitus excitatur, & ſanguis è naribus erumpit, non paucis intermiſſione facta lotium, & aluus fluit.*

*Dubitatio. Vtrũ pulueris exhibitio in acceſſione ſit contra Galeni doctrinã.*

Verum, amabo, ad meliorem mentem, voluntatemque iſte ſe conuertat. Nam mitto libellum illum, (quemadmodum apud omnes eſt in confeſſo) non à Galeno, ſed ab Oribaſio fuiſſe conſcriptum; ad quod credendum; illud nos adducere poteſt, quod neque in ordine ſuorum librorum, neque in catalogo de libris propriis talis libelli mentio habetur: neque in libris, qui vere germani ipſius Galeni exiſtimantur, vllibi talem ſententiam notatam, ni fallor, inueniemus: Sed rationem conſidero. Hæc de illis, duntaxat, acceſſionibus præciſe tenere videtur, in quibus vomitus excitatur, & ſanguis è naribus erumpit; non enim eſt vniuerſalis, neque extenditur ad alias omnes. Iam vero aliæ, quam plures reperiuntur acceſſiones, in quibus neque vomitus apparet, neque ſanguis erumpit: Quare ſaltem in his pulueri noſtro dabitur locus. Verum, neque ſi in illis etiam exhiberetur, in quibus vomitus adeſt, nocumentum adferret, minime vero propterea (quod veluti pluribus experimentis obſeruatum eſt) puluis iſte datus, quando natura ſui exonerationem per ſuperiora tentat, eiuſdem naturæ conatum, vomitum eliciendo, iuuat, & conſequenter non modo non incommodum, ſed potius non mediocre adiumentum illi affert.

*Solutio. Liber Quos, Quando, &c. vtrũ ſit Galeni partus.*

*Puluerẽ datum in acceſſionibus in quibus adeſt vomitus, iuuamentũ afferre.*

*Sãguinis fluxum è naribus, vel eſſe criticum, vel ſymptomaticum.*

Et quod ad acceſſiones, in quibus ſanguis è naribus erumpit, ſpectat, dicimus; talem ſanguinis fluxum vel eſſe omnino criticum, & ægrotantem integre liberare, id, quod in febrium declinatione, coctionis ſignis præcedentibus, cum conferentia, & tolerantia, paſſim & fieri videmus, & Veteres obſeruatũ reliquerunt; vel ſymptomatice in principio erumpere abſque vlla ægrotantis conferentia, vel tolerantia. Si primo modo excernatur; nemo eſt, qui non videat, & ab euacuatione per hũc puluerem, & per aliud quodvis ingenium abſtinendum eſſe; *quæ enim* (vt ſæpe inculcauimus de ſententia Hippocratis) 1.*aphoriſ*.20. *iudicantur, & iudicata ſunt integre, nec mouere, &c.* Quod ſi altero modo fiat: tunc, & quis eſt, qui non videat, eſſe ipſius multitudinem (pro quo quidem munere obeundo, non infimum, ne dicam, primum locum euacuationem per hunc puluerem ſibi vendicare, jam demonſtratum eſt) demendam; *leuata namque*, inquit Galenus 11. *meth*. 15. *quæ corpus noſtrum regit, natura, exonerataque eo, quo, velut ſarcina premitur, haud ægre, quod reliquum eſt, vincit.*

*Puluis in quo ſanguinis fluxu è naribus dandus ſit.*

At huius difficultatis, de qua pulueris detractores tantopere bachantur; & acerrime furiunt; hic finis eſto.

*Quinti arg. Solutio. Plethora duplex. Puluis in qua plethora magis, & in qua*

Ad quintum reſpondeo, diſtinguendo de plethora; altera enim eſt à ſanguine non putreſcente, altera vero à putreſcente. In illa non negamus (tranſeat,) licet in hac quoque puluis locum habere poſſit ſua vacuatione, aſſerente Galeno 4.*de valet.tuend.cap*.4. vbi venæ ſectionis adſunt impedimenta, dejiciendam largius aluum eſſe; & rurſus, quia eodem authore *lib.de plenit*.10. fieri nequaquã poteſt,

poteſt, vt ſanguis ſincerus vnquam reperiatur in venis (veluti *ſupra capite tertio* dictum eſt) magis conuenire ſanguinis miſſionem; at in altera aſſerimus magis purgationem per puluerem: & ratio eſt, quia per Galenum 2.*de differ.febr*.2.*&* 9.2.*de criſib*.6.*&* 11. vbi ſanguis putreſcit, vel ſupra modum aſſatur, ſecundum quidem partem ſubtiliorem omnino in flauam conuertitur bilem, ſecundum vero craſſiorem in atram. Iam vero iſte puluis ratione *Scammony* flauam bilem euacuat, ratione vero *Antimony* atram. Huc accedit, quod eodem Galeno authore, 5.*ſimpl*.15.3.*de temperam*. res, quæ putreſcunt, vel vruntur, mutantur ſecundum ſubſtantiam. Ergo, ſi ſanguis putrefactus naturam ſuam mutauit, & aliam adeptus eſt, non amplius eo indiget præſidio, quod prior illius natura exigebat, ſed alio, eo nimirum, quod expoſtulat altera natura, in quam ſanguis conuerſus eſt.

*minus locum habeat.*

*Sanguis quando putreſcit, in quos humores conuertatur.*

*Sanguis putrefactus, quibus egeat præſidiis.*

Ad ſextum. Diſtinguo de medicamentis ſubductoriis.

*Sexti arg. Solutio.*

*Medicamẽta ſubductoria eſſe duorum generum.*

- Calidiſſima, & in quibus, vt dicebant Arabes, eſt venenoſitas, cuiuſmodi erant illa, quibus Hippocrates, 2.*acut.*11. 4.*aph.*13.14.15. 6.*aph.*1.5.6.*epid* 35. & Galenus, vt *ſupra* diximus, vtebantur: talia autem ſunt
  - *Elleborus,*
  - *Elaterium,*
  - *Peplium,*
  - *Euphorbium,*
  - *Scammonium,*
  - ſed aliter, quàm à nobis paratum.
- Alia enim ſunt Minus calida vel ſaltem mitiora, & in quibus nihil eſt veneni, vt
  - *caſſia,*
  - *manna,*
  - *myrobalani,*
  - *tamarindi,*
  - *ſena,*
  - *Epithym.*
  - *rhabarbarum,*
  - *agaricus,* & id genus.
  - Quæ ſunt ſimplicia.
  - *diaprunis,*
  - *diacathol.*
  - *diaſena.*
  - *mel.roſ.ſolut.*
  - *vel cum ſacc.*
  - *vel ſine,*
  - *ſyr.viol.ſol.*
  - & huiuſmodi.
  - Quæ ſunt compoſita.
    - Huiuſmodi medicamenta partim ab Arabibus, partim à Latinis excogitata fuerunt. De quibus cenſuram faciens erudiſſ. Mercatus *in lib. de morb. Mulier.* dicit *mannam, ſenam, epithy.cum caſſia,& ſyr.roſ.ſol.* eſſe imbecillia: ſed *rhabarbarum, agaricum, diacatholiconem,&c.* eſſe mediæ efficaciæ.

Qua

Qua diſtinctione ſtãte,ad argumentum reſpondemus. Medicamenta,quibus Hippocrates,& Galenus ad corpora expurganda vtebantur,nec pueꝛulis lactentibus,nec grauidis eſſe exhibenda,propter rationes, quas *in commentariis* Galenus ipſe affert,& eas nũc repetere non eſt neceſſe; Cõcedo. At ea, quæ ab Arabibus, & à Latinis proponuntur, & quorum vſum ſecuriſſimum eſſe, experti ſunt,& nos etiam quotidie experimur; tuto exhiberi poſſunt. Quamobrem cum Hippocratis; & Galeni venia & grauidis, & lactentibus medicamenta illa mitiora dare poſſumus. Ergo tanto magis puluerem noſtrum; quippe qui (veluti ab initio diximus) non nauſeam inducit, cum odore, & ſapore careat; neque magnam etiam moleſtiam, quia neque calidus eſt, nec venenatus, neque vehementer corpus exagitat, vel debilitat, neque vllum aliud incommodum affert.

*Lactentibus & Grauidis, quæ pharmaca exhiberi poſſint.*

*Puluerẽ & lactẽtibus & grauidis exhiberi tuto poſſe.*

Ad ſeptimum reſpondemus. Vidit, & guſtauit difficultatem hanc oculatiſſimusGalenus 1.*aph.*24. modumque ad eam ſuperandam nobis aperuit, dum inquit *non ob igneam febris caliditatem* (addere etiam poſſumus nos, *non ob acutorum morborum feruorem*) *purgationem ſuis medicamentis* Galenum, & nos per puluerem noſtrum adhibere, *ſed propter humores illam igneam febris*, & acutorum morborum *caliditatem efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum vacuatione fieri vtilitatem, quam id, quod neceſſario conſequitur ex purgantib. medicamentis detrimẽtum. eſt autẽ vtilitas maior, ſi abſq; moleſtia omnis humor noxius, & infeſtãs ſit euacuatus.*

*7 Arg. ſol.*

*Purgãtia quare adhibeãtur in febribus, & aliis morbis acutis.*

Prꝛæterea pulueris Detractores animaduertant, puluerem hunc haudquaquam calidum eſſe,

quemadmodum ſæpe diximus, & *in octaui argumenti conſtructione* demonſtrauimus. Quod ſi Galenus 1.*aph.*24. dicit, medicamenta omnia purgandi vi prædita eſſe calida; vltro id concedimus de illis, quibus ipſe vtebatur: at puluerem hunc alterius eſſe naturæ, iam demonſtratum eſt.

*Purgant. omnia veterum eſſe calida, puluerem noſtrum frigidum.*

*8. Arg. ſol.*

Ad octauum afferre poſſem pro reſponſione receptam quandam à nonnullis de medicamentis calidis diſtinctionem; videlicet; quædam reperiri

1. medicamenta calida, quippe quę caliditate *volatili* (ſic enim eam appellant) ſunt prædita, quamve, vbi primùm à calore noſtro tractari incipiunt, ſtatim amittunt, neque corpus noſtrum recalfacere

2. apta nata ſunt. Eſſe rurſus alia medicamenta calida, quę caliditate fixa (ita nuncupatur ab ipſis) donata ſunt; à qua nunquam denudantur, & vbi à calore noſtro tractantur, eorum conſopita, fixa caliditas in actum emigrat, atque adeo exit, vt nos abunde ſatis excalfaciant.

*Medicamẽta calida ſunt duorum generum.*

Iam vero puluis, de quo eſt diſputatio, non in iſtorum medicamentorum cenſu eſt habendus, quę cum caliditate fixa prædita ſint, nunquam ea ſpoliantur, ac proinde vere excalfaciunt: ſed ex eorum numero exiſtit, quorum caliditas volatilis fugiens euolat, neque excalfacere poteſt. Verum, ſi cui hæc reſponſio non placeat, dicimus, vltima illa Galeni verba ne tantillum quidem caliditatis pulueri noſtro frigido afferre; propterea quod mitto Galenum ipſum 3.*meth.*3.9.*ſimplic.de calcitide.* fateri, reperiri nonnulla, quæ tantum abeſt, vt per vſtionem caliditatem adipiſcantur, quin potius caliditatem, quam prius habebant, aliqua ex parte amittant, cuiuſmodi eſſe dicit *ærugimem,* *miſy,*

*Vſta nonnulla caliditatem amittere; alia eſſe, quæ illam*

*miſy*, *& calcitim*, cuius etiam cenſus *piper* exiſtit, ex quo ſal Chymice extractus multo temperatior pipere ipſo exiſtit; Sed conſideremus, quæſo, ſales omnes artificiales, qui beneficio ignis conficiuntur, quos frigidos eſſe comperiemus, vt *ſal ex omphacio, margaritis, corallis*, & ſimiles. Et quod ſpectat ad Galeni locum *quinto ſimp.* Dicimus, ibi loqui de vna duntaxat, eaque ſimplici vſtione: nos vero de multiplici, & eiuſdem rei, & permixtæ cum aliis rebus: ſi quidem *Antimonium* & ſemel, & bis, & tertio igne examinamus, & ferro inſuper, ſeu carbone ignito illius puluerem quaquè verſus, dum vritur, indeſinenter verſamus; ad hoc, vt ipſius ignis vis intus; & incute fomites illos igneos, ſeu particulas illas calidas per cineres diſperſas penitus, & omnino detrahat, eripiat, auferat, diſſipet; *ignis* enim (vt bene inquit M. Tullius *2. de nat. Deorum 57.*) *quocunque innaſit, cuncta diſturbat, ac diſſipat.* Et inſuper *Antimonium*, quod arte noſtra paratur, non per ſe ſolum, ſed vna cum ſale nitro vritur.

*adipiſcuntur.*

*Sales artificiales frigidi.*

*Antim. quod noſtrũ pulverem ingreditur, quãta diligentia parandũ ſit.*

*Neq; caliditatem acquirere.*

*Ignis vim cũcta diſſipare.*

Huc accedit *Antimonium* ipſum ſuapte (omniũ conſentiente authoritate) frigidi eſſe temperamẽti: at vero talia per vſtionem Galeno authore *nono ſimp. cap. 1.* caliditatem acquirunt. Quare ſi forte fortuna *Antimonium* in primis duabus combuſtionibus caliditatem aliquam adeptum fuerit, in poſtrema totam amittet; poſtea quam, quæ calida iam ſunt, igne tractata, caliditatem deponunt.

*Antimonij temperamentum.*

Neque obſtant ea, quæ ex Ariſtotele *cap. 2. in fine*, adducta fuerunt, propterea quod non loquitur Philoſophus vniuerſaliter de omnibus aduſtis, verum de aliquibus tantum: nam non dixit *omnia*

ſimpliciter; ſed *fere omnia.* Præterea non dixit; Aduſta eſſe penitus, & abſolute calida, ſed quod *habent aliquid caliditatis.*

*Obiectio.* At illi rurſus inſtant, dicentes; illud, *quod primo, & per ſe, & immediate aliquid præſtare natum eſt, ſemper illud efficiet. Si ergo ignis primo, & per ſe, & immediate calorem afferre natus eſt; ſemper ipſum generabit, & ſemel, & bis, & ter, & quater.*

*Solutio.* Reſpondeo ego. Si patiens eodem modo ſemper ſe haberet in ſecunda, & in tertia vſtione, quẽadmodum in prima, illud, quod inducitur, in nuper allata obiectione, ſequeretur. At vero patiens non ſemper in caſu noſtro eodem modo ſe habet, *Antimonium* enim in ſecunda; vel ſaltem in tertia vſtione non eſt amplius paratum ad recipiendam nouam caliditatem, quandoquidem 2. *de Anima, text.* 16. receptio quælibet à recipiente recipitur per modum recipientis; & per conſequens *Antimonium* in ſecunda, & tertia vſtione nouam caliditatem non adipiſcetur.

*Recipiens recipere per modũ recipiẽtis.*

*Noni arg. Solutio.* Ad nonum reſpondeo. Nos haudquaquam negare, quin alia inſuper medicamenta ægritudines humorales tollendas accommodata reperiri non poſſint; minime vero, quotidie enim noua emergunt ingenia, quæ quidem & iam vſitatis remediis rite, ac legitime vti, & noua quoque, ſi opus fuerit, excogitare valebunt. Interim vero ex iis, quæ hucuſque inuenta, & iam ſunt in vſu, nullum eſt, quod mirificam pulueris noſtri vim aſſequatur, & exæquet. Nam inſuauitatem, & faſtidium ab aliis medicamentis inſeparabile mittamus; conſideremus caliditatem, hæc profecto Galeno 1. *aphor.* 24. non inficias eunte cunctis aliis pharmacis eſt adnexa; & à

*Medicamẽta noua quotidie reperiri poſſe.*

*Puluis noſter cur cætera ſuperet.*

& à puluere abeſſe demonſtratum eſt. Reſpiciamus contra-indicationes innumeras, quæ aliorum medicamentorum vſum præpediunt; hę certe pulueri nihil ſunt impedimento, quemadmodum *ſupra cap.5. verſus finem* innuimus.

*Inſuauitatem & faſtidiũ cunctis alijs pharmacis eſſe annexa.*

Ad hæc aliis medicamentis ſubductoriis non poſſumus ſerie continuata, & bis, ter, quater, & quinquies; & ſexies vti, quemadmodum hoc puluere. Oh dicent forſan Aduerſarij; etiam nos ex noſtris pharmacis beneficio ignis, & fumi ex ſulphure caliditatem auferemus; atque ita æqualia illa reddemus pulueri. At, nonne vident, quod ſi his ingeniis ſua medicamenta tractent, quod ſoluendæ alui vim ab eis ſimul cum caliditate prorſus auferent? Proinde donec nouum aliquod non effinxerint pharmacum, quod inſuauitate, caliditate, contra-indicationibus, & cæteris noxis careat; puluere noſtro læta fronte interim vtantur; vel vt nos illo vtamur, veniam dent.

*Obiectio. Verũ vi ignis, & fumi ſulphuris ex aliis pharmacis caliditas auferri poſſit.*

*Solutio.*

Ad decimum. Optime ſanę quidem concludit Philoſophus, & re vera ſi Antimonium integrum, intactum, rude, & infractum, quemadmodum ex ſua extrahitur minera, puluerem noſtrum ingrederetur; proculdubio non ſolum, vt Ariſtoteles comprobauerat, non purgaret; ſed ſuo etiam veneno necaret. Iam vero; quia tali arte paratum iſtius pulueris compoſitionem ingreditur, vt & venenum amiſerit, & ſuperari quidem à calore noſtro non poſſit, ſed bene per venas diffundi; hinc eſt, quod purgationem efficere valeat.

*Decimi arg. Solutio.*

*Antimoniũ nõ præparatũ eſt venenum.*

Ad vltimum reſpondeo, (& reſponſionem elicio ex iis, quæ Gal. *Comm* 24. ſcripta reliquit primo aphoriſmorum) puluerem hunc in febribus lo-

*Vltimi arg. Solutio.*

*Puluis iſte quare in febribus conueniat.* cum habere non quidem ſiccitatis ratione; ſed quia humores, qui eas & producunt, & fouent, euacuat. Et etiam propter alias rationes, quas capite quarto in medium adduximus. Præterea vires *Vires non debilitat.* haudquaquam debilitat; propterea quod veluti Aurum (vt ab initio diximus) abſque propriæ ſubſtantiæ diminutione, Antimonij auxilio, à recrementis omnibus depuratur; ita corpus humanum ab humoribus præter naturam ipſum infeſtantibus. Neque humidum tangit radicale; quandoquidem ſi cum humido excrementitio Antipathiam, ergo cum radicali Sympathiam habet: id quod ſalem præſtare innuere videtur Galenus XI. ſimplicium verſus finem. *Puluis habet Sympathiam cũ humido radicali, & antipathiam cum excrementitio.* Quod ſi forte fortuna aliqua reſideat inductæ ſiccitatis ſuſpicio; ad hoc, vt eam minuere, expurgare, & ex toto extinguere valeamus, ius inſulſum (quod celebrata purgatione poſt aliorum pharmacorum aſſumptionem propinare ſolemus) iis, qui puluerem deuorarunt, exhibere poterimus. *Siccitatẽ à pharmaco relictam, ius inſulſum tollit.*

APPEN-

# APPENDIX AD CAPVT SEPTIMVM.

## *IN QVA NOVIS ARGVMENTIS ſatisfit, Quibus nonnulli ad pulueris vſum refellendum mouebantur.*

AD primum dicimus. Et quis eſt, qui neget aliorum pharmacorum tam lenientium, quam ſoluentium vſum, ſeu vim? Medicinam enim hucuſque remediis, ac præſidiis affluentius opulentam, ditatamque repente auaram, mendicam, & pauperrimam reddere nunquam in mentem nobis venit. Verũ quia talis puluis *tutius, citius, & iucundius* (quemadmodum in *ſexti cap. principio* diximus) quam reliqua vſitata, ac trita pharmaca, munere ſuo fungitur; & rurſus, quia (vt *in quinti cap. fine* oſtendimus) quæ aliorum medicamentorum vſum prohibẽt, vt hoc pulueris præſidium adhibeamus, permittunt: propter has omnes cauſſas excellentius, ac præſtantius hoc, quam cætera, auxilium eſſe, prædicere merito non deſiſtimus.

*Primum arg. noui. Reſolutio.*

*Medicinã ſemper eſſe ditandã.*

*Puluis, cur cætera trita pharmaca ſuperet.*

*2.Solutio.* Quod vero ad alteram difficultatem pertinet, quam Viri nonnulli doctiſſimi tam multis verbis, ac tantopere nobis opponunt. Equidem ab his deſiderarē, non, vt viderent (viderunt enim millies,) ſed vt ad memoriam reuocarent Galeni doctrinam, 1.*meth.*& 3.*meth.*2. *de curandi ratione per ſang. miſſ. cap.*3. & *alibi*. qua præcipit in Medicina *non omnia ſola ratione reperiri poſſe, neque omnia ſola experientia, ac partim ratione, partim experientia.* Quæro ego, quænam ſint illa, quę ſola experientia comperiantur? mitto cætera; & ſolum accipio ipſius purgationis opus. Quanam arte inueniuntur purgantia? experientia ne, an ratione? Audiamus Galenum 2.*acut.*11. *in lib. de ſimplic. medicam. fac.* hanc litem dirimentem. *Quod medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quemnā expurgent humorem & ſi omnino purgent, in libris de ſimplicium medicamentorum facultate didiciſti:* & *paulo poſt circa finem eiuſdem commentarij* inquit: *Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantum propina, quantum in plurimis mediocriter vacuari*, audiamus quæſo, non enim dixit, *ratio docuit*, ſed *tum nouiſti, tum ſis expertus.*

*In Medicina, nec omnia ſola expe- riētia, nec omnia ſola ratione reperiri.*

*Purgātia ſola experientia reperiri.*

Illam igitur Medicinæ partem, quæ ad medicamenta purgantia ſpectat, eſſe Empiricam, de Medicinæ præſtantia, vel honeſtate nihil derogat. Verum, ſi cuncta, quæ in Medicina habentur, empirice inueniri quis aſſereret; id proculdubio malum eſſet, turpe, inhoneſtum, indecorum, prauum. At vero nos id ne ſomniauimus quidem.

*Medicinam, quo ad purgātia, eſſe Empiricam, non eſt inhoneſtum.*

*3.Arg. Solutio.* Ad tertium reſpondeo, & reſponſionem quoque video placuiſſe aliis viris ſapientiſſimis; fermentationem eſſe quidem neceſſariam in medicamen-

*Fermētatio in qui-*

camentis *compoſitis*, *quæ vel melle, vel ex aliquo alio liquore excipiuntur*, cuiuſmodi ſunt *ſyrupi*, *conſerua*, *antidoti*, *electuaria*, *confectiones*, *opiata*, *& non opiata*; *pilulæ*, *trochiſci*, & alia id genus. Verum medicamenta, quæ ex tempore parari poſſunt, veluti ſunt ſpecies appellatæ, ac pulueres, nulla indigent fermentatione. Ex quo ſpeciebus epithematum extrinſecus adhibendis, & item pulueribus innumeris tam purgatiuis, vt ſunt *ſpecies hieræ*, *puluis ex hermodactylis Valerij Cordi*, *pulueres multi ex ſena laxatiui* à variis authoribus propoſiti, & cum *Diagrydio* & ſine, pulueres alij ex Turbith, *puluis laxatiuus magiſtralis*, quē inter cętera ingrediūtur *Turbith*, *diagrydium*, *ſena*, quā non purgatiuis, (quemadmodum ſunt pulueres aduerſus lumbricos, aduerſus flatus, aduerſus peſtem, pro ſcabie; cardiaci, *diamargaritonis*, & alij ſexcenti; quibus nemo eſt, qui paſſim non vtatur, nullam in eis deſiderans fermentationem; quam pariter in puluere, de quo agimus, non eſt, quod expectemus.

*bus medicamentis ſit neceſſaria.*

*Puluerē & purgatiuorum, & non purgatiuorū genera multa.*

Ad quartum dicimus; in Medicina non modo non eſſe inauditum, verum neque nouum, neque inuſitatum componi medicamenta variis, & etiam (ſi vſus poſtulet) contrariis prædita facultatibus, pro varietate, ac diuerſitate ægritudinum, humorum, & partium affectarum: *Naturæ enim* (vt magnus ait Hippocrates 5. *6. epi. 1.*) *morborum medicatrices: Natura eſt, quæ* (vt idem ſcriptum reliquit *Lib. de Alim.*) *abunde omnia omnibus præſtat:* Natura eſt, quæ vtitur medicamentis calidis aduerſus morbos frigidos & è contra frigidis aduerſus calidos: Natura eſt, quæ medicamentis cholagogis, ad flauam bilem educēdam, & phlegmago-

*4. Arg. Solutio.*

*Medicamenta ex contrariis componi poſſe.*

*Neque ſibi eſſe impedimento.*

*Natura morborū medicatrices.*

*Et abūde*

*omnia omnibus præſtare.*

*Indicata tot eſſe debent, quot indicantia.*

*Natura eſt, quæ intrinſecus actiua paſſiuis applicat.*

gis ad pituitam vtitur. Quinetiam, ſi cum Galeno 4. *meth. cap. 7. pag. 29. C.* tot debent eſſe indicata, quot indicantia. Ergo ſi plures, & cōtrarij affectus indicantes, indicatum quoque medicamentum, parandum erit ex pluribus, & contrariis viribus præditum. Neque ſequitur, alterum ab altero impediri: quandoquidem *Natura eſt*, quæ (vt dicunt) *actiua paſſiuis applicat*.

*6. Arg. Solutio.*

*Antimonij aliter parati noxa.*

Ad quintum. Quod qui *Antimonio* aliis modis hucuſque parato, eoque ſolo vtuntur, & in ſyncopen, & in cordis palpitationem, & in alia grauia, inſanabilia, & mortifera ſymptomata incidere poſſint, equidem id vltro admitto: imo iam inde à *cap.* 1. principio quando artem, qua parandum eſt pro puluere noſtro *Antimonium*, docuimus; ſalutem eorum, qui tale medicamentum aliter accommodatum ac per ſe aſſumunt, in maximum vitæ diſcrimen adduci, monuimus. Nec mirum ſiquidem, tametſi multum laboris, ac diligentiæ in illius præparatione adhibeant; nihilo tamen minus non omne, quod in eo eſt ſulphuris, vel auripigmenti, ſeu arſenici, vel alterius mortiferi, aufertur. id, quod vehementia illa ſymptomata ſatis demonſtrant, quæ viri iſti doctiſſimi dicunt (& ſumma quidem cum ratione) accidiſſe iis, qui eo vſi ſunt. Verum, ſi ea arte, quā à principio innuimus, paretur; nihil tale tredecim ab hinc menſibus, ex quo ipſū quotidie paſſim ter, & quater, & ad duodecim vſque vices adhibemus, vidimus afferre. Quinimo Illuſtriſſimus Comes, cum Vxore, liberis & vniuerſa familia, cum iam per quadriennium hoc medicamentum vſurpet, & quotidie Florentiæ multis illud exhibeat; attamen nihil tale vn-

*Antimonium noſtra præparationis per quadriēnniū nocumen tum non attuliſſe.*

le vnquam accidiſſe, obſeruatum eſt.

At audio, illos adhuc inſtare, fabulas, & nugas eſſe, *Antimonium* ea arte, qua nos diximus, paratum à periculis iam dictis vindicatum, ac liberum reddi. *Primum*: quia per talẽ præparationẽ, *Antimonium* re vera non vritur, neque calcinatur: ea enim: quæ vere comburuntur, & calcinantur, & ſecundum molem, & ſecundum pondus minuuntur; *Antimonium* vero in propoſita præparatione, & eandem molem, & eandem grauitatem ſeruat. Accedit, quod quando *Antimonium* vritur Dioſcoride authore *l.* 5. *cap.* 58. in plumbum, & in Hydrargyrum vertitur. Præterea ſubiũgunt; non omnia, quæ vruntur, mutari (parcat, inquiunt, nobis Galenus 5. *ſimpl.* 15. 3. *de temperam.* ſecundũ ſubſtantiam; ferrum enim etiam ſi diu in fornacibus detineatur, vbi extrahitur ac refrigeſcit, adhuc ferrum exiſtit.

*Obiectio.*

*Antimonium vtrum vratur, & calcinetur.*

*Et vtrũ per vſtionem conuertatur in Plumbum, & Hydrargyrum.*

*Vtrũ, quæ vruntur, mutẽtur ſecundũ ſubſtantiam.*

Quod ſi iſtis aliquis ex noſtris objiciat; ſi noſtra *Antimonij* parandi ars per triplicem combuſtionem, & continuam ferri, vel carbonis igniti veſſationem ipſius perniciem non coercet, neque refrænat; cur eſt, quod in iis, qui noſtrum puluerem aſſumunt, magnas, & miras illas ruinas, & pericula non conſpicimus, quæ *Antimonium* aliter paratum edere ſolet? Nobis reſpondent; non videri, quod *Antimonium cum Tartari cremore* mixtum exhibetis: iam vero *cremoris* iſtius beneficio fit, vt è corpore medicamentum ita celeriter educatur, vt maximas illas noxas, quas diu in corpore manens inferret, producere non valeat.

*Ferrum dum vritur, vtrũ ſubſtantiam mutet.*

Porrò; quod ad inſtantias propoſitas perti- *Solutio.*

net ( vt ingenue fatear ) non inficior, me niſi tot, tantoſque ( quos ab initio propoſui ) vidiſſem effectus, & in dies viderim, propter nuper allata argumenta rationibus confirmata, forſan ipſis aſſenſurum. Verum, quia vſus, & experientia, quibus in purgatione obeunda Hippocrates, 1. *aph.* 2.& 23. 4.*aph.* 2. & Galenus 2. *acut.* 11. *in lib. de ſimplic. medicamen. facult.* ſtandum eſſe præcipiunt) contrarium ſingula quaque die pluries omnino mihi oſtendunt; hinc adducor, vt credam, prædictas rationes probabiles quidē videri, neceſſario tamen haud concludere. Quamobrem, quando primum aſſerere non verentur, *Antimonium* non vri, neque calcinari, falluntur: ſiquidem (quemadmodum Dioſcorides *lib.* 5. *cap.* 58. ab ipſis allegatus, & Matthiolus *in Commentario*, & alij omnes, qui hac de re pertractant, vno ore fatentur) re vera vritur. Ad rationem autem, quando inquiunt, *Antimonium* ſecundum molem, & ſecundum grauitatem, dum igne tractatur, non mutari. Parcant nobis, minuitur enim ſecundum vtrumque; propterea quod omne id, quod in eo *ſulphuris*, *Auripigmenti*, ac tetri reperitur, ſenſim ignis vi diſſoluitur, euaneſcit, eripiturque: ac proinde quod reliquum eſt *Antimonij*, vt & ſecūdum molem extenuetur, vtque non adeo ponderet, neceſſe eſt; id, quod ſenſus etiam demonſtrat. Quod pariter talis *Antimonij* cum *ſale nitro* præparatio, calcinatio ſit, & appelletur ab iis, qui hiſce ſtudiis delectantur; Hic locus nihil habet dubitationis? qui hoc ſibi perſuadere nolunt, eorum commentarios petant.

*In purgatione experientiæ ſtandum. Antimoniū verò vri, & calcinari.*

Quare ad alteram rationē ex Dioſcoridis officina depromptam ora, & oculos conuertentes, dicimus

cimus, Dioſcoridem fateri quidem, quando *Antimonium* comburitur, verti in *plumbum* (concedo:) at quod in *Hydrargyrum* conuerti dicat, hoc eſt, quod iſti de ſuo addunt. At (inquiunt fortaſſe:) ſat eſt, Dioſcoridem dixiſſe *Antimonium* (dum vritur) verti in plumbum. Bene quidem. Verum animaduertant, Dioſcoridem intelligere (quemadmodũ Matthiolus optime notat) *Antimonium in plumbũ* conuerti, *niſi continue, & indeſinenter verſetur:* at in noſtra *Antimonij* præparatione ſemper, & perpetuo tempore miſceri debet, & agitari, ſic enim fit, quò minus in plumbum conuertatur. Accedit, quod Dioſcorides intelligit de *Antimonio*; quod ex ſe tantum comburitur, non autem de *Antimonio*, ſimul cum alia re permixto, nimirum cum *ſale nitro*, veluti nos facimus, prohibentes pariter iſtam *Antimonij in plumbum* verſionem. Sed quid plura? omne id, quod ex triplici noſtra ipſius *Antimonij* vſtione reſtat; oculi apertiſſime vident, non eſſe plumbum, ſed materiam quandam ſubalbam, vel ſubflauam, quæ facili negotio in puluerem, & cinerem redigitur, ac diſſoluitur.

*Antimonĩũ quãdo in vſtione fiat & nõ fiat plumbũ.*

Quod verò ſpectat ad illã Galeni propoſitionẽ, 5. *ſimpl.* 15. 3. *de temperam.* qua ea, quæ vruntur, ſecundum ſubſtantiam mutari, firmiter aſſerit. Equidem mihi facile perſuadeo oculatiſſimos noſtros Aduerſarios optime noſſe, prædictam propoſitionem non ſolum apud Medicos, verum etiam apud Philoſophos eſſe receptiſſimam: ratio autem eſt; quia in iis, quæ vruntur, quemadmodum, & in iis, quæ putreſcunt, extinguitur calor natiuus ab externo, in illis quidem conſumptis humidis partibus, in his vero extractis. Vnde differt vſtio à

*Vſta ſecundum ſubſtantiam mutari, & cur.*

*Vſtionis & Putredinis differentia.*

putredine *per ebullitionem, & vaporationem*. Neque (quantum ego quidẽ exiſtimo) adductum ferri experimentum, quod per ipſos, quando comburitur non mutatur ſecũdum ſubſtantiam; huic propoſitioni quicquam officit; propterea quod (veluti ex Ariſtotele *quarto Meteor. cap.3.* colligere poſſumus) ferrum ad hoc, vt elaborari poſſit, ſoluitur, (at non niſi à maximo igne, nam licet idem Philoſophus *inferius eodem capite*, dixerit, ferrum non ſolui, hoc eſt intelligendum, non ſolui à *paruo igne*, vt liquidum fiat: verum in iſta ferri ſolutione ſubſidet fęx, & ipſum fit purum. Quod ſi ſæpe id fit, magis magiſque depuratur ferrum, fitq; *ſtomoma*, quod non eſt ſimplex, nec proprie ferrum, ſed diuerſæ naturæ, quemadmodũ Matthiolus pluribus rationibus, & Galeni authoritatibus demonſtrat. Inſuper ferrum facile flectitur abſque eo, quod diſrumpatur, ſtomoma vero diſrumpitur. Sed (vt ad ferrum, & ad Ariſtotelem noſtra reuertatur oratio) *ſi adhuc ferrum eodem igne tractaretur, multum ipſius ſubſtantiæ*, inquit Ariſt. *periret* (ecce, quod ore proprio Philoſophus fatetur, ferrũ per combuſtionem penes ſubſtantiam mutari) & pondus minueretur. Ita, vt, ſi ad finem vſque igne vehementi tractaretur, tota ipſius ſubſtantia tandem periret, ſolaque fæx remaneret (quam *ſcoriam* vocant) & ſquamulæ. Id, *quod fabri prudentes cum optime* (ſubiungit Ariſtoteles) *teneant, ad illud vltimum non perueniunt*.

*Ferrũ ab igne vtrũ ſoluatur.*

*Igne depurari.*

*Fieri Stomoma.*

*Stomoma diuerſæ naturæ à ferro.*

*Vtrũ ferrum ab igne minuatur & mutetur in ſubſtãtia.*

At de iam dicta Galeni propoſitione, nec non ferri experimento, hęc ſint ſatis. Reſtat, vt *Antimonium* noſtrũ à poſtrema vindicemus Aduerſariorum obiectione, aſſerentium non videri ex illius vſu magna detrimenta, atq; damna, quę procul dubio.

*Obiectio.*

bio produceret, niſi *Tartari cremor*, quem vna cum ipſo exhibemus; illud è corpore cito educeret. Verum commentum iſtud, quod ipſi confingunt, & comminiſcuntur, facile nos delemus: quandoquidem *Antimonium* noſtrum dabimus (ſi ipſis placet) etiam ſine tali cremore, & certi ſumus, ea tamen certa cognitione, quam ſcilicet Medicina admittit, nihil incommodi allaturum. Neque exigua illa talis cremoris portiuncula, quam cum *Antimonio* noſtro permiſcemus, in eum finem, quem ipſi cogitant, huic Medicamento à nobis additur, ſed propter rationes, quas in *primi capitis calce* attulimus. Et quamquam duplicem cremori huic vim tribuant, qui de eo pertractant, nimirum incidēdi humores craſſos, ac Tartareos, meatuſq; obſtructos aperiendi; & inſuper alui benigne ſubducendæ: hęc tamen præſtat diuerſa, prout varia doſi exhibetur: etenim ſi parua quantitate, nimirum ad ſeptem vſque, vel octo grana porrigatur, vt nos facimus, humores duntaxat, & vias parat: ſi vero in magna ad drachmam ſcilicet vſque, & ſemis, etiam aluum placide mouebit. At, quando puluerem noſtrū exhibemus, non plenam hanc ipſius doſim præſcribimus; ſed illam minorem. Et de hoc ſatis. Nūc reſtat, vt ad refellēda tria poſtrema argumēta ab eruditiſſimis Viris pariter, & amiciſſimis mihi propoſita, accedamus; quibus quidē ego vtinam cumulate poſſem, voluntate certe reſpondebo.

*Tartari cremor cur cum Antimonio noſtro permiſceatur.*

*Cremoris Tartari vis duplex.*

*VI. Arg. Solutio.*

Quod igitur ad ſextum ſpectat; conſidero primum maiorem iſtius argumenti propoſitionē. Fateor equidem, medicamenta purgantia, ad hanc vſq; diem vſurpata inertia, & inefficacia, non purgare, neque curare citius, quam validiora, & effica-

*Purgātia quæ citiꝰ, tutius, & iucūdius purgēt, & curent,*

ciora; at,quod hęc vehementia purgent, & curent *tutius,& iucundius*; hoc eſt,quod, vt admittã, ratio non patitur: propterea quod purgantia valida & efficacia,habent ſine vlla cõtrouerſia, neſcio, quid veneni,teſte *Meſue li.2.*& pręterea guſtui admodũ ingrata,& inſuauia exiſtũt:quo fit,vt minus *tute*,& minus *iucunde* ſuo munere fungãtur,quã inertia,& min⁹ efficacia. Et quãuis negare nõ poſſimus,quin citius id,quod optamus, moliantur: tamen,cũ non ſemper id præſtare videamus;multaq; ſæpe occurrant,quæ illorum vſum contra-indicent; neq; poſſint ſine metu quotidie,ſi affectus perſeueret,exhiberi,duplicatis,triplicatis,quadruplicatis,& (ſi etiam opus ſit) quintuplicatis vicibus,quemadmodũ de noſtro puluere facimus;hinc eſt,quod non raro vſu venit,vt puluis noſter,quamuis placate, & clementer munus ſuum abſoluat,iners,& inefficax,alicui videri poſſit; voti tamen nos ſatis cito cõpotes reddit, cum ſecuritate, & iucunditate.

*Purgãtia Galeni calida. Ariſtoteles cognouit etiam frigida.*

Vtrumque tamen ſit,hoc poſito, ad aſſumptionis, ſiue minoris propoſitionis probationem deſcendo. Quod medicamenta purgantia Galeni tẽpóre vſurpata eſſent calida,veriſſimum eſt, & ab ipſo ſcriptis obſignatum, & à nobis ſupra *in 7.arg. ſolut. & obſtruct.* inſinuatum, non nouit illa ætas, quemadmodum hæc noſtra, medicamentum purgans frigidum, quamuis Ariſtot.1.*ſect. probl.*43. id admittere videatur.

*Puluis noſter frigidus, & ſiccus.*

*Purgationis per*

Quod inſuper puluis hic noſter frigidus ſit, ac ſiccus, vltro concedimus. At quando concludunt: *Ergo quodlibet aliud medicamentum purgans erit hoc puluere propoſito actuuus & efficacius.* Nego eſſe actuoſius,& efficacius ratione ſecuritatis,&ratione iucun-

iucunditatis. Ob *erit ſaltem ratione celeritatis*. Reſpondeo non ſemper, ſed raro admodum, ſcilicet quando continget, vt vnica vice vniuerſam è corpore materiam morbificam eduxerit cum conferentia, ac tolerãtia: at multo ſæpius fieri videmus, id non ex toto, ſed ex parte præſtare. Quod vbi fit; non poſſumus quotidie continuata quadam ſerie pluries tale medicamentum repetere omnium acclamatione, ſunt enim huiuſmodi medicamenta non ſolum calida vehementer, & acria, verum etiam naturæ noſtræ inimica, vt *retro* diximus.

*Puluerem cum cæteris purgãtibus cõparatio.*

Accedit etiam, quod licet reperiatur in corpore ægrotantis aliquid vſum iſtius medicamenti purgantis indicans; complura tamen ſunt, quæ illius vſum prohibent, vt in *quinti capitis fine*. Ex altera vero parte puluis noſter vel vnica duntaxat vice perſæpe purgat, & curat, ac proinde tunc tantum eſt efficax, quantum ſufficit; vel, ſi id non faciat, poſſumus ipſum vnoquoq; die tuto iterare; neque (vt *paulo ante* diximus) quæ alterius medicamenti vſum præpediunt, puluerem non admittunt. Igitur iure, & illo quidem optimo poſſumus nos & ratione ſecuritatis, & ratione iucunditatis abſolute aſſerere puluerem noſtrum cætera purgantia, quęcunq; illa ſint, in actiuitate ſuperare: & quo ad celeritatem, ſi non ſemper, ſaltem vt plurimũ, & maiori ex parte. Ob. *calida ſunt actuoſiora frigidis*. Reſpondeo ex Ariſtotele 1. *probl.* 43. purgantia purgare, non tantum, quia calidiora, vel frigidiora, vel ſicciora, vel humidiora, vel amariora, cæteriſq; eiuſmodi qualitatibus inſigniora, ſed propter alias rationes, quas ex eodem Philoſopho *in decimi argumenti conſtructione, ac reſolutione* adduximus; ita,

*Calida vtrũ ſint actuoſiora frigidis.*

*Purgandi vis in quo conſiſtat.*

*Solutio.*

*Puluis noſter vtrum ſit cinis.*

*cap.3. in fine tertiæ Rationis. & cap.6. in conſtructione 8.arg. & ibidem in 11.argumento.* ter, ni fallor fecimus in toto hoc opere) puluerem hunc eſſe cinerem, ſemper diximus, eſſe cinerem non ſimpliciter, nec abſolute; ſed eſſe *veluti* cinerem, & eſſe *cinerem quendam*, hoc eſt (ſignificare voluimus) proportionem habere quandam cum cinere. Siquidē, quemadmodum id, quod reliquum eſt rerum, quæ

*Cinis quid ſit.*

penitus comburuntur, proprie ac vere cinis dicitur; ita illa, quæ *aliquo modo* ignem perpeſſa ſunt, & ex *aliqua parte* aliquid propriæ ſubſtantiæ & illius, quod ſubſtantiam conſequitur, amiſerunt, vbi

*Antimonium noſtrum eſſe proprie magis cinerē, quā ſcammonium noſtrum.*

in puluerem poſtea redacta ſunt, cineres, *analogia quadam* dici poſſunt. Vnde, cum in hoc noſtro puluere *Antimonium* diu, multumq; magis igne agitetur, quā reliqua ipſum puluerem ingrediētia: hinc eſt, vt ipſius reliquię magis quoq; cinis dici poſſint.

*Scammonium noſtrū improprie cinerem eſſe.*

Quod vero ad *Scammonium*, de quo eſt omnis lis, pertinet; cum igne admodum remiſſe, ac leniter tractetur, ſed quid dico *igne*? *fumo* potius: proinde cineris nomen minus proprie meretur. Sat eſt tali arte quinq; illa nocumenta à Meſue, *lib.2.de ſimpl.* cæteriſque in *Scammonio* reperta ex eo abſtuliſſe, pręcipue vero nimiam eius acrimoniā, & caliditatem.

*Scammonij quinque noxas noſtra præparatione tolli.*

Quamobrem, ſi Scammonium, quod puluerem noſtrum ingreditur, & calefactū colliquatur, & igni ſuperpoſitum vnitur in maſſam, & euaporat fumum, nil mirum, poſtea quam non eſt perfecte, & abſolute cinis; etenim ſi ad hunc vſq; terminum, ſcilicet verum cinerem redigeretur, vim vndiq; amitteret; ſed eſt cinis *proportione quadam*; quoniam ſcilicet illius fumi *ſulphuris* beneficio partes omnes noxiæ eripiuntur, & euaneſcunt.

*Cineris proprietates.*

INDEX

# INDEX
# RERVM MEMORABILIVM IN HAC METHODO CONTENTARVM,
## locupletiſſimus.


A.

IN Acceſſionibus abſtinere oportet 59 60.71
Et cur 86
An non ſolum à cibo, verum etiam à medicamento ibid.
In eis materia turget, vrget, & eſt multa 61. & ſeqq.
In acceſſionibus febrium intermittentium humores non concoquuntur, ſed expelluntur 61
In eis puluis dandus 62
Acrimonia quomodo à medicamentis auferatur 73.74
Ætas quæ non admittit venæ ſectionem, nec purgationem per alia medicamenta, ſeu pharmaca; euacuationem per hunc puluerem admittit 67. vide Tabulam
Alui fluxus ſanguinis miſſionem, cæterorumque pharmacorum vſum contraindicant, ſed non pulueris ibid.
Eius tumorem, ac duritiem hic puluis aufert 25
Animaduerſiones, ſeu ſcopi, quales, & quot 56
Pro recto pulueris vſu quales. Quomodo vocentur, Quæ ſint 56. & ſeq.
Anni tempus, quod prohibet aliorum medicamentorum vacuantium vſum, puluerem admittit 58.67
Antimonij nomina 12
Quid ſit 13

*Antimonij Vſus* ibid.
*Noſtræ præparationis iam per quadriennium obſeruatum eſt non attuliſſe nocumentum* 102
*Noſtra præparatio, eiuſque vires* 15.16.95
*Bene præparati ſigna* 15
*Vtrum comburatur,& calcinetur, & vtrum taliter paratum tranſeat in plumbum,& hydrargyrum* 103
*Vtrum noſtrum ſit vere cinis* 112
*Doſis* 63
*An purget* 76
*Quomodo præparetur pro hoc puluere* 15.16.95
*Vires,ac temperamentũ* 95
*Quomodo dignoſcatur vtrum bene ſit præparatum* 15.16
*Non eſt calidum* 44.94
*Alio modo parati vires* 16
*Qui eo vtuntur ſyncopa vitam finiunt* 79
*Non præparatum,venenum* 97
*Appẽdices tres,prima,pag.*24
*ſecunda* 78
*& tertia* 99
*Argumenta, quibus vtuntur Aduerſarij aduerſus puluerem* 69.*& ſeq.*
*Soluuntur à pag.*84.*vſque in finem libri.*
*Ariſtoteles,& Galenus experientia,& ratione vtuntur* 18
*Arthritici dolores hoc puluere leuantur* 31
*Aurum ab Antimonio depuratur ſine auri deperditione* 16
*Authoris intentio* 10
*Cur iterum hanc Methodum in lucem venire permiſerit* in Præf.

C.

*Cachexiam hic puluis ſanat* 25
*In Cacochymia quomodo venæ ſectio, & quomodo purgatio conueniat* 40
*Calida vtrum ſint actuoſiora frigidis* 109
*Caliditas ex aliis pharmacis vtrum vi ignis, & fumi ex ſulphure auferri poſſit* 97
*Capita in hac methodo explicanda* 11
*Cauſæ internæ morborum duæ* 38

Antecedens, & coniuncta, quæ 84
Cholera, Cardialgia, & cætera ſymptomata tali puluere ſedantur 27
Cinis calidus ne, an frigidus exiſtat 73
Quomodo fiat 80
Eius proprietates ibid.
Quid ſit 112
Coctio in quibus humoribus ſit expectanda 84
Concocta medicanda, vt intelligendum ibid.
Coctionem in morbis longis eſſe expectandam, quomodo ſit intelligendum ibid.
Coctiones fiūt in vigoribus 42
Comes quibus rationibus permotus puluerem compoſuerit 6
Eiuſdem pleuritide laborantis hiſtoria 9
Curatio ibid.
Comitiſſæ grauidæ ſymptomata ibid.
Curatio 10
Coniectura artificioſa qualis 62
Contra-indicantia aliorum præſidiorum vſum, non impediunt pulueris vſum, & quæ, & quot ſint 67
Contraria contrariis curantur, & quo ordine cauſis, Morbis, & Symptomatis ſint adhibenda 38
Craſſitudo quibus tollatur inſtrumentis 49
Cremoris, ſeu ſalis Tartari vires 16.107
Criteria duo 17
Et quale Epicuri Empiricorum, Platonis, Methodicorum, Ariſtotelis, & Galeni 18
Criſis viſa eſt quandoque ſine ſignis coctionis, morbo exiſtente crudo 85
Et eſt duplex ibid.
Et eſt à Natura, & à Medico ibid.
Cruda quando ſint purganda 45.46.85.86
Cruditas contra-indicat cæterorum remediorum vacuantium, non autem pulueris vſum 67

D.

Delirium maniacum, & melancholicum tali puluere ſedantur 28
Detergentia ſunt duorum generum 111
Detractorum pulueris obie-

ctiones proponuntur 69.70
Soluuntur 81.82.83
Argumenta 69.& ſeqq.
Soluuntur à pag.83.vſque ad finem libri.
Excuſatio,& accuſatio eorundem 68.69
Doſis præſidiorum artificioſa indiget coniectura 62
Qualis hæc ſit ibid.

E.

EPicurus, & Empirici ſola experientia nitebantur, rationes negligebant 18
Excretionis promouẽtia ſunt duorum generum 111
Experientia,& ratio,duo criteria 17
Experimenta particularia eorum, qui pulueris auxilio ſanati ſunt à pag.18.vſque ad 78
Extenuantia ſunt duorum generum 111

F.

FEbris cum accidentibus curatur hoc puluere 19
Et acuta 31. Quartanæ multæ ibid.& ſeqq.
In Febribus intermittentibus humores non concoquuntur, ſed expelluntur 61
Febres à morbis acutis inſeparabiles 73
Earum remedium ſaluberrimum 72
Quibus egeant 43.& 46. 73.76
In ipſis vtrum pulvis conueniat 76.98
Cur ipſis puluis iſte conueniat 46.98
Eius curatio iuxta Galeni methodum à pag.47 & ſeq.
Eius cauſæ omnes 49
Scopi ad eas curandas ibid.
Fermentatio in quibus medicamentis ſit neceſſaria 100
Ferrum dum vritur, vtrum ſubſtantiam mutet 103
Vtrum igne ſoluatur 106
Depuratur,vertitur in Stomoma, Minuitur, & mutatur ibid.
Filia Comitis à febre curatur 10
Frigidi,& ſicci effectus 111
Frigida ſunt duorum generum ibid.
Fumus quid ſit 80

Graui-

G.

GRauidarum ſymptomata, & curatio 93
Grauidis, quæ pharmaca tuta ibid.
Ipſis purgatio non conuenit 72


H.

HIſtoriæ ægrotantium, qui hoc puluere ſanati ſunt, cur ab Authore ſcriptæ fuerint 24
Sunt numero xxvj. pag. ead. & ſeq.
Sine ipſis opus legi poteſt 25
Humida vtrum actuoſiora ſint ſiccis 110
Et non adeo mala ſunt veluti ſicca ibid.
Humores facilius educuntur, quando ſunt in motu, quam quando ſunt firmati 59
Sunt autem in motu influxionum, & acceſſionum principiis ibid.
Firmati, qui ſunt veluti cauſſa coniuncta, fouentur ab iis, qui ſunt in fluxu veluti à cauſſa antecedenti 58
Non firmati ſunt cauſſa antecedens: Firmati vero coniuncta 84
Peccantes, qua menſura ſint vacuandi 62.63
Vitiati, contenti in primis viis, contra-indicant venæ ſectionem non autem vacuationem per puluerem 67
Vitiati, cum ſint alieni, quam primum vacuandi 41
Morbos excitantes ſunt duorum generum 57
Hydropem inchoatam hic puluis tollit 25


I.

IGnis omnia diſſipat 95
Vtrum ex aliis medicamentis, vt ex puluere caliditatem auferre poſſit 97
Indicata tot eſſe debent, quot indicantia 102
Inedia vacuat per accidens 51
Ingredientibus puluerem auditis timere non debemus 12
Inhibitio ad prophilacticem ſpectat 52
Inſtrumenta medicinalia quo-

modo vocentur 55
Intemperies cum humoribus duorum ſunt generum 57
Iſchiadici dolores hoc puluere mitigantur. 30

L.

Lactentibus qua doſi pulius exhibendus 64
Quæ pharmaca ipſis tuta ſint 93
Purgatio eis nõ conuenit 72
Liber quos, quando purgare oportet, vtrum ſit Galeni 89
Lixiuium quomodo fiat 73

M.

Medicamenta ſubductoria ſunt duorum generum 88.92
Vtrum alia diuerſa à noſtro puluere poſſint exhiberi in acceſſione 88
Vtrum præſtent effectus, quos hic puluis 7
Lactentibus, & grauidis qualia danda 93
Eorum effectus 7
Inſuauitas, & incõmoda ib.
Cur cum ipſis odorata permiſcenda 17
Cur in principio non in ſtatu conueniant 42
Vtrum in ipſis fermentatio ſit neceſſaria 79
Vtrum quæ ex contrariis compoſita ſunt, in agendo ſibi ſint impedimento 79.101
Vtrum cætera purgantia citius, tutius, & iucundius Puluere agant 79
Quomodo ab eis acrimonia auferatur 73.74
Noua quotidie reperiuntur 96
Calida ſunt duorum generum 94
Vtrum ſubductoria vſitata eoſdem effectus, quos puluis præſtent 78
Medicina eſt adiectio, & ablatio 38
In ea nec omnia ſola experientia, nec omnia ſola ratione reperiuntur 100
Eam non reddit inhoneſtam, quod purgantia empiricè ſint inuenta 100
Semper eſt ditanda 99
Medicus eſt naturæ miniſter, æmulus, & imitator 71
Auxiliator 85
Menſtruorum ſuppreſſionem puluis iſte aufert 25
Metalla, & metallica medicamen-

camenta non purgant 79
Methodum hanc cur Author iterum, vt ederetur permiſerit 24
Sine hiſtoriis legi poteſt 25
Minoratio materiæ cur à principio conueniat 86
Morbi exitiales non ſunt tangendi 42
Humorales quibus curentur 7
Frigidi contra-indicant alias vacuationes per alia remedia , non per puluerem 66
In lõgis,vtrũ cõueniat purgatio à principio 84
Multitudo quibus inſtrumentis tollatur 49

N.

NAturam magno morbo oppreſſam non procedere ordinate in vacuatione , probatur exemplis , & hiſtoriis epidemicis 85
Quando vtiliter vacuet 71
Eſt morborum medicatrix 101
Abunde omnia omnibus præſtat 101.102
Actiua intrinſecus paſſiuis applicat 102

O.

OBiectiones Aduerſariorum 69
Obiectionib. ſatis fit 81.82.83
Obſtructio quibus tollatur 49
Occaſio ſcribendi 10.81

P.

PHarmaco aſſumpto, quãdo ſorbitio danda 60
Pharmacis cunctis aliis eſſe inſuauitatem & faſtidium annexam 97
Plato, & Medici Methodici ratione pro criterio vtebantur 18
Plethora venæ ſectione tollitur 39
Duplex 90
Vtrum in ea puluis conueniat ibid.
Eius remedium 72
Pleuritis ſigna 9
Curatur per hunc puluerem 35.36
Præter naturam tria ſunt in nobis 38
Puluerem quibus de cauſſis Comes compoſuerit 8
Superare cætera medicamenta vacuantia 8.50 51.66.83.93.96.99
Sanguinis miſſionem,eiuſq; vice ſupplere 39.40.49.50

Cur cætera medicamenta vacuantia ſuperet 39. 41.96.99
Cerberus dici poteſt 12
Ex quibus conſtet ibid.
Quando Author eo uti cœperit, & propter quas cauſſas 8
Quid ſit, & eius deſcriptio 73
Baſis ipſius 13
Comitem à pleuritide ſanat 9
Comitiſſam à grauidationis ſymptomatis ibid.
Filiam a febre 10
Obſonatorem a febre cum epinyctidibus ibid.
Quos humores educat 41
Qua diei, vel noctis hora exhibendus 59
Habet ſympathiam cum humido radicali & antipathiam cum excrementitio 98
Illius ingredientibus auditis viriles animi timere non debent 12
Varij modi exhibendi 65
Quæ ſint ea, quæ nobilitatem, & præſtantiam illi afferant 14
Auferre ægritudines humorales ſine venæ ſectione, ſine vacuatione per medicamentum, pagin.19.& ſeqq.
Probatur experimentis à pagin.19.vſque ad 37
Rationibus à pag.37.vſque ad 48
Euacuationem per ipſum factam ſuperare illam, quæ fit per venæ ſectionem 39.40.41.50
In eo reperiri purgantis medicamenti conditiones
Superare & inediam 50.51
Vtrum ſuperet, vel ſuperetur à medicamentis febris putridæ cauſſas tollentibus 49
Vtrum ſuperet vacuationem, quæ fit per exercitationes, frictiones, balneum 51
Vtrum ſuperet ea medicamenta, quæ craſſitudinem, & multitudinem demunt 49.52
Vtrum vires proſternat 76.98
Vtrum febres finiat 44.47. 76.98
In morbis ex euacuatione non habet locum 38

Sed bene in iis, qui à repletione: idque cito, tuto, & iucundè ibid.
Et non ſolum in cacochymia, verùm etiam in plethora 40
In acceſſione dandus 62
In acceſſione datus quæ beneficia afferat 87
Vtrum ſic datus, ſit contra Galeni doctrinam 89
Vtrum dandus ſit in acceſſionibus, in quibus adeſt vomitus ibid.
Quæ illius vſum contra-indicent 46
Ante illius vſum præparatio 65
Eſt immunis à periculis purgationis 43.44
Quæ calidum eſſe demonſtrare videantur 74
Non eſt calidus 44.72.94.108
Sed frigidus, & ſiccus 44.108
Vtrum ſit ſiccus 76
Eo aſſumpto quid poſtea agendum 66
Pro recto illius vſu quinque ſunt ſcopi à pag.56.cum ſeqq.
Primus in quibus ægritudinibus conueniat ibid. & ſeqq.
Secundus, quo tempore anni, diei, vel noctis, vel lunæ, vel morbi à pag. 58. & ſeq.
Tertius, de doſi, & quoties à pag.62. & ſeq.
Quartus, de modo à pag. 65. & ſeq.
Quintus de contra-indicationibus 67
Corporis præparatio ante puluerem 65
Vtrum de medicinæ honore auferat aliquid 78
Vtrum impediat humorum fluxibilitatem, & meatus conſtipet 80
Vtrum ſit cinis 112
Luna quomodo in eius vſu ſit ſpectanda 60
Febres non auget, ſed finit 44
In quibus ægritudinibus conueniat à pag.56.& ſeqq.
Quas intemperies, quos humores reſpiciat 57
Lactentibus, & vltra, qua doſi exhibendus 64
Lactentibus exhiberi poteſt, & grauidis 93

*Eſſe medicamentum maxime vtile, non inſuaue, vere Pœonium, & manum Dei, & operatur tuto,cito & iucunde, & cur* 68
*Detractorum eius accuſatio,& excuſatio* 68.69
*An dici poſſit medicamentum nouum* 13
*Cur Author eo prius vti voluerit* 8
*Quomodo eo vti cœperit* ib.
*Vtrum alij pulueres effingi poſſint* 75
*Cur ſemel exhibitus non ſemper ſuo munere fungatur* 22
*Et quid in eo caſu agendum* 22.23
*Euacuat per ſe* 51
*Euacuat quod iam putruit* 54
*Tollit viſcoſitatem, obſtructionem, & prohibitam tranſpirationem* 52.53
*Pulueres fermentationem recipere non poſſunt* 79
*Purgatiui, & non purgatiui multi* 101
*Purgatio, & venæ ſectio maiora ſunt artis remedia* 42. 60
*Venæ ſectionis vicem ſupplere poteſt* 39
*Cur periculoſa* 43
*Ad eam,qui ſint idonei ibi.*
*Tunc adhibenda, quando maior expectatur vtilitas,quam noxa* 46
*Quæ fit per puluerem comparatur cum ea, quæ fit per cætera purgantia* 108.109
*Bene, an male ſit adminiſtrata, experientia conuciendum* 23
*In ea,quæ ſint ſpectanda* 63
*Non conuenit lactentibus, neque prægnantibus* 72
*In quibus morbis, & quando conueniat* 70
*An venæ ſectionem ſuperet* 45.72
*Purgantia medicamenta per experientiam ſunt inuenta* 23.100
*Cum ipſis, cur alia medicamẽta ſint permiſcẽda* 17
*Vtrũ citius,tutius,& iucũdius purgẽt,& curẽt* 79
*Eorum conditiones* ibid.
*Cur purgent* 44
*Sunt calida medicamenta Veterum* 51.72.94
*Et ſimul acria* 72


*Ariſto-*

Ariſtoteles cognouit etiam frigida 108
Eorum natura ex Ariſtotele 75
Noſtra à Veteribus diſcrepare 84.94
Qua quantitate exhibenda 44
Cur Medici in ea præſcribenda ſint religioſi 62
Cur poſſint exhiberi in febribus, & aliis morbis acutis 93
Exigunt humores fluxiles, & meatus apertos 80
Purganda quando ſint cruda 45
Putredo quibus egeat 53
Putridæ febris cauſa qualisnam ſit ibid.
Quid indicet, & indicata à putredine præſtari à puluere ibid.

Q.

EX quatuor primis Qualitatibus, quænam ſint magis actiuæ 79
Quartanæ multæ tali puluere curatæ 31. cum duabus ſeqq.

R.

RAtio, & Experientia duo criteria 17
Recipiens recipit per modum recipientis 96
Remedia maiora ſunt venæ ſectio, & purgatio 42.60
Cur hæc non in vigore, ſed in principio exhibenda 60

S.

SAles artificiales frigidi ſunt 95
Sal cum humido excrementitio habet antipathiam, cum radicali ſympathiam 98
Salute deſperata, nil agendum 67
Sanguis bifariam vitiatur 39
Quomodo curentur iſta vitia ibid.
Quando putreſcit, in quos humores conuertatur 40.91
Et in quos, quando aſſatur 91
Tunc quibus auxiliis egeat ibid.
In venis nunquam ſincerus 40
Sanguinis fluxus è naribus

duplex 90
Et in quo puluis conueniat ibid.
Sanguinis miſſionis contraindicationes 67
Hæc quomodo conueniat in Plethora 40
Quomodo in cacochymia ibid.
Vſque ad animi deliquium in ſynocho putrido ex communi omnium ſententia, Auerrhoe excepto, conuenit ibid.
Hæc, & purgatio maiora ſunt Artis remedia, & cuinam prima laus tribuenda 42
Scammonij nomina 12
Quid ſit 13
Vſus. Doſis 63.64
Vtrum noſtro modo præparatum ſit cinis 80
Ab eo noxæ, quomodo tollantur 112
Antiqua illius præparatio, & noua, & vires 14.15
Scopi pro febribus putridis tollendis 49
Pro recto pulueris vſu, quales ſint, quomodo vocentur 55.56
Siccitatem à pharmaco relictam, ius inſulſum emendat 98
In Synochis putridis ſanguinis miſſio conuenit vſque ad animi deliquium 40
Symptomata ſequuntur morbos, velut vmbra corpora 57
Eorum tres ſunt differentiæ ibid.

T.

Tartarum quid ſit: Eius vſus 13
Præparatio: ad hoc vt fiat cremor, ſeu ſal 16
Vires ibid.
Doſis 64
Quare cum puluere miſceatur 17.107
Tenacitas quibus inſtrumentis tollatur 49
Timiditas venæ ſectionem impedit, non vacuationem per puluerem 67
Tertianæ duæ, & vna hoc puluere tolluntur 26
Sic duplex notha 36
Tranſpiratio prohibita quid expoſtulet 49

V.

Vacuandum cur in principio 42

Vacua-

Vacuatio duplex, perfecta & imperfecta 85
In hac præſtanda, quæ ſint ſpectanda 63
Vacuationis ſuperfluæ ob medicamentum curatio 23
Variolas hic puluis leuat 34. 35
Venæ ſectio, & purgatio maiora ſunt artis remedia 42. 60
An hæc illam ſuperet 41. 45. 72
Exquiſite, ac ſtatim euacuat 49. 50
Veritas in rebus tunc ineſt, quando ratio experimentis conſentit 18
Et in tenebris iacet ex Democrito ibid.
Veterum medicamenta qualia: eorum noxæ 84
Ea exhibebant cum alimentis 65
Vini fæx quid 12
Quomodo fiat cremor, ſeu ſal Tartari 16
Virtus in purgatione conſideranda: eius tamen Hippocrates non meminit 46
Hæc proſtrata contra-indicat pulueris vſum 67
Vomitus contra-indicat ſanguinis miſſionem, & purgationem per alia pharmaca, puluerem tamen admittit 66
Vrgentia quid ſit 45
Quotuplex ibid. & ſeq.
Venenata materia: Actu ruens ad partem principem, vel principi conſentientem: Quæ coctionem non admittit: Quando eſt multa: omnes iſtæ dicuntur materiæ vrgentes ibid. vide Tabul.
Vrgentia magis quam turgentia vacuationem exigit 83
Cur Hippocrates nullam ipſius quemadmodum nec virtutis fecerit mentionem 46
Vſta ſecundum ſubſtantiam mutantur 15. 94
Nonnulla caliditatem, alia frigiditatem adipiſcuntur 94
In quo differant à putrefactis. 105

FINIS.

Hartmann
Med. Theraj. 3 eds.
Materia Medica 2 eds.
Ettmueller
Poppius
Cornachinus